UNED

VIII - 743 - págs

UNED

UNED

K00001533312
F.A.061
V.4
UNED

# ANTONII AUGUSTINI

*ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS*

OPERA OMNIA.

UNED

Filología

UNED

R. 71852

# ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

## OPERA OMNIA

*Quæ multa adhibita diligentia colligi potuerunt.*

Volumen Quartum

QUO

ANTIQUÆ COLLECTIONES DECRETALIUM

CUM ANTONII AUGUSTINI NOTIS

Continentur.



LUCÆ MDCCLXIX.

TYPIS JOSEPHI ROCCHII

*CENSORIBUS APPROBANTIBUS.*

UNIVERSIDAD NACIONAL DE EDUCACIÓN A DISTANCIA BIBLIOTECA

UNED

UNED

# JOSEPHI ROCCHII TYPOGRAPHI

## *PRÆFATIO.*

EDitos a nobis ſuperiore volumine Dialogos de Emendatione Gratiani jure ac merito ſequuntur volumine hoc ANTIQUÆ COLLECTIONES DECRETALIUM CUM ANTONII AUGUSTINI NOTIS. Nam quandò ad ea AUGUSTINI ſcripta devenimus, quæ ad jus pontificium aperiendum atque illuſtrandum pertinent, ipſe temporum ac rerum ordo ſanè expoſcebat, ut hæ illos conſequerentur. Poſteaquàm enim fuerunt antiquitùs a Gratiano pontificiæ leges in id conjectæ volumen, cui nomen Decreto eſſe voluit, atque ei ab Palea neſcio quo Gratiani Auditore nonnulla fuerunt addita; leges, quæ indè latæ ſunt, una cum aliis quibuſdam, quas Gratianus omiſerat, his, quos nunc edimus, libris digeſtæ fuerunt: quæ deindè leges in id volumen fuerunt congeſtæ, quod, Gregorii IX. Pontificis Maximi juſſu conflatum, Gregorianum idcircò dicitur. Itaque ANTONIUS AUGUSTINUS, qui in jure pontificio illuſtrando totus erat, antequàm etiam Gratiani proponeret emendationes, ſeſe ad Gregorianum volumen converterat, atque fontes, unde manaverat, aperiendos eſſe duxerat. Quamobrem quum ſibi innoteſcerent Antiquæ Collectiones Decretalium, quæ tum Barcinone, tum Tarracone, partim etiam Panormi in Bibliothecis adſervabantur, eas, notationibus a ſe auctas atque illuſtratas, edere cogitavit. Volumen miſit ad Gregorium XIII. Pontificem Maximum præfatione ſanè luculentâ, qua de iis, qui pontificias leges collegerunt, de utilitate hujuſmodi librorum, deque totâ re eruditè ac eloquenter diſſeruit. Ea præfatio priorem in hoc volumine locum obtinet. Nos quoniam ejuſmodi præfatione AUGUSTINUS ſatis abundè de his agit libris, multaque etiam de eiſdem dicta ſunt ab eruditiſſimo Gregorio Mayanſio in Commentario de AUGUSTINI Vitâ, nihil hîc addemus. Unum dicam, ANTONII AUGUSTINI Notationes multam voluminis tenere partem, eſſeque omni eruditione, multâque vetuſtatis notitiâ refertas. Demonſtrant illæ quidem, ut cætera etiam omnia, quæ ab AUGUSTINO comparata ſunt, quantoperè vir ſummus omne ſtudium, omnem diligentiam, omnem laborem in antiquitate perquirendâ, atque in diverſis librorum exemplis ſimùl conferendis examinandiſque conſumeret, ut quidem omnia in vulgus ederet ita ſedulò expenſa, ita exquiſitè tractata, ut nihil omnino accuratius, nihil elaboratius fieri poſſit. Quod ſi in quacumque re utilitatis multum parere debet, certe in legibus vel edendis, vel reſtituendis maximam vim habet.

Ex-

Exemplari nos uſi ſumus volumine illo, quod ab ipſo AUGUSTINO editum fuit Ilerdæ typis Petri Roburii & Joannis Villanovenſis An. MDLXXVI. Illud verò diligentiſſimè, nec ſine multo labore, multiſque vigiliis contulimus cum ejus voluminis exemplo, quod Lutetiæ editum a Carolo Labbæo An. MDCIX. Jacobi Cujacii notationes habet. Varias utriuſque voluminis lectiones notavimus, eaſque, uti etiam ea omnia, quæ a Cujacio notata fuerunt, nos in margine deſcripſimus hac notâ * intùs appoſitâ. Magna ſane ex his omnibus utilitas exiſtat oportet. Si quid enim in Ilerdenſi volumine aut deſit, aut perperàm exſcriptum fuerit, quod quidem vel exemplarium vitio, vel librariorum errore, vel ita humanarum rerum ferente naturâ mirum accidiſſe non eſt, omne hoc emendatum, atque ad veritatem redactum exſtat. Notationes ANTONII AUGUSTINI, quæ hactenùs in voluminis finem conſpiciebantur rejectæ, nos ſingulis paginis exſcripſimus, ut legentium commodo conſuleremus.

Indicem Pontificum Maximorum, & Conciliorum omnium, qui tum Ilerdæ, tum Lutetiæ fuit in principio voluminis deſcriptus, omittendum mihi eſſe cenſui. Nam quoniam hic idem Index locum habebit aptiorem in ſequenti volumine quinto, fruſtra illum in utroque volumine contineri exiſtimavi. Index autem rerum, & verborum omnium, quæ in totâ hujus voluminis mole notari debent, a me multâ cum curâ atque diligentiâ confectus extremas paginas occupat.

Jam ſatis conſtare puto, nihil a me reliquum fieri, ut ANTONII AUGUSTINI ſcripta omnia quam emendatiſſima, quamque ornatiſſima in vulgus edam. Medium, ut exiſtimo, curſum confeci. Quæ ſuperſunt, apud nos omnia ſunt, in eiſque magnum ſtudium, multamque operam ponimus, ut nihil vel ad emendationem, vel ad doctorum hominum commodum, vel ad operis ornamentum atque elegantiam in illis quoque deſit.

# In his collectionibus referuntur verba Conciliorum, quorum nomina hæc ſunt.

*Africanum.*
*Agathenſe.*
*Apud Altheum.*
*Apud Alumnas.*
*Antiochenum.*
*Apoſtolorum Canones.*
*Arauſicum.*
*Arelatenſe.*
*Aurelianenſe.*
*Beluacenſe.*
*Cabilonenſe.*
*Carthaginenſe.*
*Calcedonenſe.*
*Claromontenſe Urbani ſecundi.*
*Apud Compendium.*
*Apud Comfluentiam.*
*Eliberitanum.*
*Generale Gregorii primi.*
*Guarmatienſe.*
*Joannis Papæ.*
*Lateranenſe Alexandri tertii.*
*Lugdunenſe.*
*Magocenſe.*
*Magocienſe.*
*Maguntinum.*
*Maticenſe.*
*Apud S. Medardum.*
*Mediomatricenſe.*
*Meldenſe.*
*Apud Metiam.*
*Nannetenſe.*
*Pariſienſe.*
*Pictavienſe.*
*Apud Ravennam Joannis duodecimi.*
*Remenſe Eugenii tertii.*
*Sardicenſe.*
*Apud Silvanectum.*
*Apud Symmachum, ſive Sinachum.*
*Toletanum.*
*Triburienſe.*
*Turonenſe Alexandri tertii.*
*Valentinum.*
*Apud Vermerias.*
*Vormacienſe, vide Guarmatienſe.*

Nomina Pontificum Romanorum, quorum reſcripta referuntur.

*Alexander.*
*Alexander tertius.*
*Benedictus.*
*Bonifacius.*
*Cæleſtinus.*
*Cæleſtinus tertius.*
*Calixtus.*
*Clemens.*
*Clemens tertius.*
*Deodatus.*
*Deusdedit.*
*Eugenius.*
*Eugenius tertius.*
*Felix.*
*Felix ſecundus.*
*Gelaſius.*
*Gregorius.*
*Gregorius tertius.*
*Gregorius ſeptimus.*
*Gregorius octavus.*
*Hadrianus.*
*Hilarius.*
*Honorius.*
*Hormiſda.*
*Innocentius.*
*Innocentius ſecundus.*
*Innocentius tertius.*
*Joannes.*
*Leo.*
*Leo tertius.*
*Lucius.*
*Lucius tertius.*
*Nicolaus.*
*Paſchalis.*
*Paſchalis ſecundus.*
*Paſchaſius ſecundus.*
*Pelagius.*
*Pius.*
*Stephanus.*
*Symmachus.*
*Theodorus.*
*Urbanus.*
*Urbanus tertius.*

Sacrorum Librorum nomina hic relata.

*Exodus.*
*Leviticus.*
*Salomon.*

Sanctorum Patrum nomina.

*Auguſtinus.*
*Beda.*
*Cyprianus.*

*Hie*

*Hieronymus.*
*Hilarius.*
*Iſidorus.*

Aliorum Scriptorum, & librorum nomina.

*Burchardus.*
*Theodori Pœnitentiale.*
*Theodorus.*
*Pœnitentiale Romanum.*
*Liber Romani ordinis.*
*Geſta Romanorum Pontificum.*
*Corpus Canonum.*
*Juſtiniani Imp. Novellæ.*
*Henricus Imperator.*

---

# Principis Editionis Auctoritates.

EGO frater Gaſpar a Saona, Prior monaſterii S. Mariæ Gratiarum, lector eccleſiæ cathedralis Ilerdenſis, & primam cathedram doctoralem ſacræ Theologiæ in univerſitate Ilerdenſi regens, hunc librum, qui inſcribitur *Antiquæ Collectiones Decretalium*, cum notis Reverendiſs. Domini Antonii Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis, mandato ejus, ſive ejus Vicarii generalis legi, & nihil in eo inveni, quod ſit religioni Chriſtianæ contrarium, aut moribus corrumpendis aptum: quin potius omnia fere ſunt ex conſtitutionibus Romanorum Pontificum, & antiquorum patrum Decretis ſumpta, & ad eorum cognitionem maxime pertinentia. Ideoque arbitror debere permitti, ut imprimantur, & vendantur, in cujus rei teſtimonium hæc ſcripſimus in ſupradicto monaſterio prope muros. Ilerdæ die XX. Februarii, anno M.D.LXXV.

*F. Gaſpar de Saona.*

EGO Petrus Salas Sacræ paginæ Doctor, & cathedram divinarum litterarum, ſive Theologiæ a bonæ memoriæ Jacobo Conchillos quondam Epiſcopo Ilerdenſi inſtitutam in univerſitate Ilerdenſi regens, hunc librum inſcriptum *Antiquæ Collectiones Decretalium*, cum notis Reverendiſs. Domini mei D. Antonii Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis ex juſſione ejus, ſive Vicarii generalis legi, & nihil in eo inveni contrarium juri divino, aut pietati Chriſtianæ, aut quod damnum afferre poſſit moribus legentium: immo vero omnia mihi videntur conſtitutionibus Apoſtolicis, & juri canonico, ex quo fere cuncta ſumuntur, & ejus cognitioni eſſe maxime utilia. Quocirca arbitror licentiam imprimendi, atque vendendi dandam eſſe in cujus rei fidem hæc ſcripſi. Ilerdæ die XX. Februarii, anno M.D.LXXV.

*Petrus Salas.*

EGO Honofrius Moliner Canonicus ſedis Ilerdenſis & Vicarius generalis Reverendiſs. D. Antonii Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis, viſa relatione ſupraſcripta Reverendorum fratrum Gaſparis de Saona, & Petri Salas ſacræ paginæ Doctorum licentiam præſtamus imprimendi, atque vendendi in urbe, & diœceſi Ilerdenſi hunc librum, cujus titulus eſt *Antiquæ Collectiones Decretalium*, cum notis ejuſdem Reverendiſs. D. mei ſupraſcripti, in cujus rei fidem has litteras fieri juſſimus. Dat. Ilerdæ die XX. Februarii, anno M.D.LXXV.

*Vidit Moliner Vicarius Generalis.*

AN-

# ANTIQUÆ COLLECTIONES DECRETALIUM
*CUM NOTIS*
# ANTONII AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.



UNED

UNED

# ANTONII AUGUSTINI AD GREGORIUM XIII. P. M.

## *PRÆFATIO.*

CUM juris pontificii Gregori fontes, atque origines exquirere, non levem eſſe putarem ad id cognoſcendum, atque enucleandum aditum, diu, multumque in conciliorum libris, Pontificum Maximorum reſcriptis, veterum decretorum, atque epiſtularum, ut vocant, decretalium collectionibus, in Græcorum denique de eiſdem rebus tum regulis, quos canones ipſi appellant, tum interpretationibus, ac lucubrationibus ſum verſatus. Illa tunc admirabar veterum feliciſſima tempora, quibus maxima ingenia in religionis Chriſtianæ propagatione operam navarunt ſuam, a Conſtantino Maximo Auguſto ad Leonem, & Marcianum Imperatores, in quibus eluxerunt Athanaſius, Gregorius cognomento Theologus, Baſilius, Jo. Chriſoſtomus, Epiphanius, Cyrillus apud Græcos; apud noſtros Hilarius, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus; & qui eodem tempore clavum iſtum tenuerunt, & claves Romanæ, atque univerſalis eccleſiæ Damaſus, Cæleſtinus, Innocentius, & Leo ille Magnus. In his enim ſumma ſapientia, & divinarum, humanarumque rerum cognitio, cum ſingulari pietate, atque eloquentia magnopere contendere viſa eſt. Neque illis antiquiores omittendi ſunt apud Græcos clariſſimi viri Dionyſii duo, alter Areopagites dictus, alter Alexandrinus, Origenes, Clemens Alexandrinus, & Gregorius Thaumaturgus; apud noſtros Cyprianus, Tertullianus, Lactantius, & Clemens Pontifex Romanus, aliique permulti Clementis ſucceſſores. Ita per hos,



quo-

quorum nomina expreſſi, factum eſt; ut illorum temporum conciliis, atque decretis, aliiſque variis ſcriptorum monumentis nihil habeamus aut magis pium, aut magis ad fundamenta religionis, noſtrique juris perquirenda accommodatum. Verum enim vero neſcio quomodo, barbarorum tyrannide omnes bonas diſciplinas vexante, vix nobis in tantis tenebris aliquot ſingulari pietate viri faces præluxerunt, ſacraſque res, atque hæc ipſa jura, ſi minus diſerte, non tamen ineptiſſime tractarunt. Illud quidem certe his poſterioribus viris debemus, quod eorum opera factum eſt, ut multæ ſuperiorum lucubrationes non perierint. In primis laudandi ſunt Iſidori Hiſpani duo, qui & Pontificum Romanorum epiſtulas, & omnium conciliorum decreta collegerunt. Hos ſecuta eſt brevior canonum collectio, cui titulus fuit *Corpus Canonum*, cujus Nicolaus, & Leo Quartus apud Gratianum diſtinct. XIX. XX. mentionem faciunt, eam nuper Moguntiæ editam vidimus. Hos poſſumus fontes juris Pontificii apud Latinos appellare. Græcos habuiſſe certum eſt, qui omnia conciliorum acta, regulaſque collegerint. Antiquiſſimus Sabinus fuit Heracleæ Thraciæ Macedonianus Epiſcopus, cujus menſio fit in eccleſiaſticis Socratis hiſtoriis. Quæ ad manus meas pervenerunt, duo genera collectionum ſacrarum regularum, ſive canonum ſunt. Namque Alexius Ariſtenus, Joannes Zonaras, & Theodorus Balſamon, verbis conciliorum, & quorundam veterum Epiſcoporum, qui canones conſcripſerunt, relatis, interpretationes addunt ſuas. At Joannes Scholaſticus, & Photius ambo Conſtantinopolitani Antiſtites, & Matthæus Blaſtares monachus, & Conſtantinus Harmenopolus, & his omnibus brevior Arſenius ſub certis quibuſdam titulis ſententias canonum comprehendunt, adjectis

et-

etiam legum de eiſdem rebus decretis; ex quo factum eſt, ut id genus librorum Nomocanones appellarent. Horum antiquiſſimus Joannes eſt cognomento Scholaſticus, quo Patriarcha Juſtinianus legum Romanarum collector eſt mortuus. Photius Iſidoro Hiſpalenſi poſterior fuit, Conſtantinus, & Matthæus Ivone, & Gratiano antiquiores non fuerunt. Ipſa quoque acta multorum conciliorum extant, quorum lectione maxime juris Pontificii cognitio augeri poteſt. Superioribus Græcis non diſſimiles fuerunt apud nos Martinus Bracharenſis, Dionyſius Exiguus, atque Creſconius: duo illi tantum interpretes verborum, Creſconius artem aliquam excogitavit, quamvis & ipſe idem Martinus aliquem canonum ordinem eſt ſecutus. Sed Creſconius locos edidit communes, in quos & Pontificum, & conciliorum decreta collocavit. Sed hic uſus eſſe videtur eo tantum libro, quem corpus canonum appellamus; in quo nulla Pontificum decreta ſunt ſupra Syricium Pontificem, nulla concilia præter Græca, & Africana, quæ etiam extant Græce conſcripta. Idem Creſconius Ferrandi Carthaginenſis diaconi mentionem facit, qui de eadem re breviter ſcripſerit, Gratianus Fulgentii, niſi forte idem ſit ſcriptor; horum nos ſcripta non vidimus. Secutæ ſunt pleniores Decretorum collectiones Burchardi Vormacienſis, Deuſdedit presbyteri Cardinalis, Anſelmi Lucenſis, & Ivonis Carnotenſis, cujus nomine & Panormia, & Decretum inſcribitur. Exſtare etiam dicitur Gregorii presbyteri collectio Polycarpus inſcripta, qua nos adhuc caremus. Horum non inutilis labor fuit, ex omni reſcriptorum, & conciliorum genere, & ex ſcriptis ſanctorum patrum, capita quædam in ocos certos communes digeſta referre. In quibus conantur Romanæ iſtius eccleſiæ, quæ omnium eſt ſemper mater, & magiſtra,

ſtra, auctoritatem, & poteſtatem, privilegiaque eccleſiarum, & perſonarum eccleſiaſticarum adverſus impios, & audaces viros tueri; docere denique quid inferiores ſervare oporteat, quid in cauſis, ac litibus eccleſiaſticis a ſuperioribus ſit obſervandum; aliaque in hanc ſententiam multa collegerunt. Sed Gratianus eorum omnium luminibus obſtruxit multis quæſtionibus, & diſtinctionibus additis, & ex jure civili Romanorum, quod eo tempore cœperat reviviſcere, multis capitibus. Huic Gratiani collectioni Palea diſcipulus dicitur aliquot addidiſſe capita, quibus ejus nomen adſcribitur. Eo nos hodie volumine utimur: ſit licet, ut ceteræ collectiones, privata auctoritate conſcriptum. Gratiano ſub Eugenio tertio mortuo, quæ poſtea collectiones conſcriptæ fuerint, Joannes Andreæ filius dilucide initio Gregorianæ collectionis retulit, qua de re mox agemus. Earum nos exemplum edere, Pater Beatiſſime, ſub tuo nomine cogitamus. Nam cum earum collectionum libros in Tarraconenſi, & Barcinonenſi eccleſia conſervari didiciſſem, nihil antiquius habui, poſteaquam veluti poſtliminio poſt longam peregrinationem meam in Hiſpaniam ſum reverſus, quam eorum lectione librorum uti, eoſque cum Gregorianis conferre. Maximam inde utilitatem adferri poſſe, facile deprehendi; nam & ipſa illa antiquitatis cognitio, ut in ceteris rebus, propius accedit ad ipſarum rerum originem; & ut fontium purior eſt hauſtus, ſine illis ſordibus, quæ in rivulis, & lacunis hærere ſolent: ſic in his pleno gurgite, atque dilucidiore veterum ſcriptorum ſententiis fruimur. Multa ſunt a Raimundo detracta, quæ niſi legantur, vix relictorum ſententiam deprehendimus. Ex unius ſæpe reſcripti corpore plura veluti membra ſub variis titulis poſita, ſi iterum conjungantur, multo facilius cogno-

gnoſcuntur. Inſcriptionum hic quoque, & nominum certior ſcriptura eſt, & errata noſtrorum librariorum tum in his, tum in aliis pleriſque corrigimus. Cœpit ejus rei facere periculum Innocentius Quartus, cum ex regiſtris archetypis pleraque mutanda eſſe cenſuit, Audacius Antonius Contius nuper, & Joannes Quinctinus, qui multa inſerere auſi ſunt Pontificiis reſcriptis. Eorum ego ingenium laudo, atque quod dant minime aſpernor; id tamen mihi malo exemplo fieri videtur, ſi quod publica auctoritate accepimus, liceat nobis privata voluntate interpolare. Illi quidem præclare notas addunt, quibus ſua ab alienis diſtinguantur: at res eſt plena periculi; cum facile in his librarii labi ſoleant, & aliena verba vel longius ſeparata in noſtrorum verborum numerum referre. Huc accedit, quod illi permulta aut dedita opera, aut alia quacumque de cauſa omittunt; quæ non minus utilia ſunt, quam ea, quæ adſcribunt. Noſtrum igitur conſilium fuit, has ſeparatim collectiones edere, eaſque & notis, & ſcholiis, aliiſque auxiliis, ne hærere in eis fortaſſe lector poſſet, ſtudioſos viros juvare. Veterum autem interpretum, quorum nos ingenia ſuſpicimus, gloſſas, ut vocant, alio tempore edere cogitamus, Vincentii, inquam, Hiſpani, Alani, Laurentii, Tancredi, Joannis, Jacobi, & Rogerii; & ſi qui alii ſunt, qui ſi velint ſacramento contendere, a Bernardo Gregorianæ collectionis ſcholiaſte magnam partem ſcholiorum repetere facile poterunt. Sed hæc alias. His vero ipſis, quæ exornare cœpimus, utinam perficere id poſſimus, quod magnopere optamus; ut digna res ſit, quæ Sanctitati tuæ placere poſſit, & quæ ad Pontificium jus, quod a te illuſtrari, atque augeri expectamus, aliquod adferat auxilium.

DE

# De quinque veteribus Collectionibus Decretalium epiſtularum, ex Joanne Andreæ filio, & aliis ſcriptoribus.

PRimus poſt Gratiani collectionem Bernardus Circa fuit, Papienſis Præpoſitus, mox Faventinus Epiſcopus, qui ſub eiſdem fere titulis, quibus Gregoriana collectio, qua hodie utimur, conſtat, Pontificum Maximorum epiſtulas Decretales collegit, quarum poſtremæ ſunt Alexandri Tertii, & Lucii Tertii, & aliorum ad Cæleſtinum Tertium, cujus nullum reſcriptum exſtat in hoc volumine. Hanc primam compilationem Henricus Oſtienſis, & Joannes Andreæ filius, & Ægidius Bellamera appellant, ipſe Breviarium Extravagantium, qui ſcholia ſcripſerunt, librum primum vocant. Sic etiam ceteras collectiones alii compilationem ſecundam, tertiam, quartam, quintam; alii librum ſecundum, tertium, quartum, quintum appellaverunt. Idem Bernardus ſub eiſdem titulis ſummam ſcripſiſſe dicitur, cujus initium fuit: *Profectus diſcipuli, gloria magiſtri: item ſcholia, ſive gloſſulas eidem primæ collectioni adſcriptas*: nos vidimus aliquot ſine nomine ſcriptas, ſed multo plures adſcriptis nominibus Vincentii, Alani, Tancredi, Laurentii, Rogerii, & aliorum, Bernardo antiquiores a Guillelmo Durante cognomine Speculatore, & ab ejus interprete Joanne Andreæ filio fuiſſe dicuntur Rufinus, Silveſter, Joannes Hiſpanus, & alter Joannes Falenſis, ſive Fanenſis, ſive Faventinus, ut alii referunt; quorum nos ſcripta non vidimus. Hi fortaſſe, aut corpore canonum uſi ſunt, aut Decretorum collectionibus Burchardi, Ivonis, Anſelmi, & Gratiani, & aliorum ſcriptorum.

Papienſem Bernardum imitatus eſt Gilbertus, atque etiam Alanus, ſed nomen his præripuit Joannes Gallenſis, ſive Vallenſis, cujus liber ſecunda compilatio dicta eſt. Hic Volterris natus poſt duodecim annos a prima collectione eorundem Pontificum reſcripta collegit, itemque Cæleſtini Tertii, eiſdemque mox addidit ſcholia quædam. Sed & Hugo Ferrarienſis Epiſcopus ab Innocentio Tertio ſæpe relatus, & Bernardus major Compoſtellanus Archidiaconus hujus collectionis interpretes fuerunt. Nos eorundem Scholia vidimus, quorum nomina ſupra ſcripſimus, Vincentii, in quam, Tancredi, Alani, Laurentii, & aliorum, non pauca etiam ſine nomine, quæ ejuſdem Joannis fuiſſe putamus.

Tertiam collectionem cœperat idem Bernardus Compoſtellanus ex regiſtris Innocentii Tertii, eaque aliquando Romana compilatio dicta eſt. Sed offenſi Romani, quod uſu judiciorum minus recepta referret, ab eodem Innocentio impetrarunt, ut Pontificia auctoritate aliqua collectio ederetur. Cui rei Petrus Beneventanus notarius præfectus eſt, anno XII. ejuſdem Pontificis. Tum primum pubiica auctoritate facta collectio juris Pontificii eſt: nam ſuperiores omnes ſive Decretorum, ſive Decretalium collectores privata auctoritate ſcripſerunt: & reſcripta ab eis relata negari poterant, niſi ab Sacriniariis Romanæ Eccleſiæ comprobarentur. Fuit hujus collectionis interpres, ut Joannes Andreæ filius refert, Paulus Hungarus: nos eadem nomina in ſcholiis vidimus, quæ in aliis collectionibus.

Quartæ collectioni cauſam præbuit Concilium Generale Lateranenſe, in quo idem Pontifex capita LXXI. edidit, ſed & illo quinquennii ſpatio poſt tertiam collectionem aliquot ediderat conſtitutiones. Ita duplex editio exſtat, altera Canones ejus tantum Concilii continet, altera alias quoque conſtitutiones. Ejus interpres Vincentius fuiſſe dicitur: ego Joannem, & Jacobum, & Robertum, ſive Rogerium legi.

Quinta Collectio Honorii Tertii conſtitutiones habet a Tancredo Bononienſi Archidiacono collectas, ſub ipſius Pont. Max. nomine. Ejus interpres fuit Jacobus Albanus Faventinus Epiſcopus Henrici Oſtienſis præceptor.

# COLLECTIO PRIMA DECRETALIUM

CUM NOTIS

# ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

## Breviarium extra. (a) Bernardi Præpoſiti (1) Papienſis [b].

## PROŒMIUM.

JUſte judicate filii hominum [c], & nolite judicare ſecundum faciem (d), ſed juſtum judicium judicate [e]: ut oſtendatis vos diligere juſtitiam (f), qui judicatis terram; illum præ oculis cordis habentes, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua (g): qua enim menſura (h) menſi fueritis, vobis remetietur (i): cum & de talento credito (k) teneamur (2) (l) reddere rationem. Sit itaque juriſperitus [m] in conſilio cautus, in patrocinio fidelis, in judicio juſtus. Ut autem vobis uberior (n) allegationum, vel judiciorum copia præparetur, ad honorem Dei, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ, ac ſtudentium [o] utilitatem, ego B. (p) Papienſis præpoſitus exempla [3] (q) de veteri, novoque jure (r) ſub titulis compilavi, ſuper operis imperfectione veniam poſtulans a lectore.



[1] *Epiſcopi.* [2] *teneamini.* [3] *extra.* alii, *extravaganti.*

a *Incipit Breviarium Extr.* Barcinonenſis liber. *Extravagantium*, Romanus. *Incipit Breviarium*, Tarraconenſis, alia voce omiſſa. Appellari Extravagantes ſuſpicor, quod extra corpus canonum vagarentur, ſive extra Decretorum libros.

b Sic ſe poſtea idem appellat: & hoc in Barcin. & Romano libro eſt. *Epiſcopi* in Tarrac. & ut ſuſpicor, in Ant. Contii libro, qui hunc Papienſem Epiſcopum vocat. Fuit autem poſtea non Papienſis, ſed Faventinus Epiſcopus, ut Joann. Andr. ſcribit.

c *Si vere utique juſtitiam loquimini, recte judicate filii hominum.* David pſalmus 58. aut Græcis 57. εἰ ἀληθῶς ἄραδικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθεῖ κρίνατε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. LXX. apud Juſtinian. Nebienſem. *recta* pro *recte* Hieron. & Complutenſ. & εὐθείας pro εὐθεῖ. *vero* pro *vere* eſt apud Hieron. juxta LXX. *Si utique in veritate ſiletis juſti, in tempore litis decet vos juſte loqui, & recte judicare filios hominum.* Chald. apud Nebienſ. *Juſte judicate*, eſt in breviario Rom. in antiphona quadam feriæ quartæ. Inde Bern. ſumere potuit.

d μὴ κρίνετε κατ᾽ ὄψιν. Joann. c. 7. *faciem* interpretatur *ſuperficiem* Laurentius vetus hujus libri interpres.

e ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνετε.

f *Diligite juſtitiam, qui judicatis terram.* Sapient. c. 1. ἀγαπήσατε τὴν δικαιοσύνην οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. Complutenſ. g καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Matth. c. 16. *Et tunc reddet unicuique ſecundum opera ejus.* Complutenſ.

h καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν. Matth. c. 7. & Marci c. 4. *Et in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis* τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Lucæ c. 6. *Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis.* αὐτῷ τῷ μέτρῳ, Heſiodi verba ſunt.

i Sic Barcinon. & Tarracon. *eadem vobis remetietur*, Roman. non male.

k Matth. c. 25. l Sic Barcinon. & Tarrac. *teneamini*, Rom. quod æque placet.

m A judice ad juriſperitum convertitur oratio: cum tamen neque apud veteres, neque hoc tempore omnes judices ſint juris periti. n Sic Barcinon. ſed *vobis* neque in Tarrac. eſt neque in Romano libro.

o *Ad* pro *ac*, Rom. p Sic in omnibus eſt malo, *Ego Bernardus.*

q Sic fortaſſe in Barcin. *extra* in Rom. & Tarrac. uno, *extravag.* in altero antiquiori, quod placet.

r Operæ pretium eſt Vincentii Hiſpani veteris interpretis verba referre: *Quia non omnia poterant comprehendi in Decretorum corpore, ut diſt. XIX. ſi Romanorum; ideo magiſter B. Papienſis Præpoſitus hoc opus compilavit; cujus intentio eſt, diverſa extravagantia Romanorum Pontificum, & auctoritates novi, & veteris teſtamenti compilare ſub titulis, materia ſunt ipſæ conſtitutiones, ſeu Decretales &c.*

# COLLECTIONIS PRIMÆ DECRETALIUM
## LIBER PRIMUS.

### TITULUS I.
### DE CONSTITUTIONIBUS.
### CAPUT I. (*a*)
*Ex concilio Meldenſi.*

De conſtit. c. 1. Canonum ſtatuta ab omnibus cuſtodiantur (*b*). Et nemo in accuſationibus (1) (*c*), vel judiciis (*d*) eccleſiaſticis ſuo ſenſu, ſed eorum auctoritate ducatur.

### CAPUT II.
*Gregorius in Regiſtro* (*e*).

c. 2. eod. tit. Cognoſcentes &c. & infra (*f*). Res (*g*), quæ culpa caret, in damnum [*h*] vocari convenit. Quotiens vero novum (*i*) quid ſtatuitur, ita ſolet futuris formam imponere, ut multa diſpendiis præterita (*k*) non commodet [*l*], & ita (2) (*m*) ne detrimentum ante prohibitionem poſſint ignorantes incurrere, quod eos poſtmodum dignum eſt veritos (3) (*n*) ſuſtinere.

### CAPUT III.
*Idem* (*o*).

Pervenit ad me (4) &c. & infra (*p*). Hoc enim quod per prophetam, & in lege (*q*) Vide de conſecr. diſt. 3. c. 12.
Deus præcepit de ſabbato, tam diu teneri potuit, quam diu legem juxta literam licuit cuſtodiri: at poſtquam Chriſti gratia ſupervenit (5) (*r*), præcepta legis, quæ juxta litteram dicta ſunt (*s*), ſervari non poſſunt. Nam ſi quis dicit hoc de ſabbato eſſe ſervandum (*t*); dicat neceſſe eſſe & carnalia [*u*] ſacrificia perſolvenda: dicat præceptum (*x*) de circumciſione adhuc eſſe tenendum [*y*].

CA-

[1] *actionibus.* [2] *infra.* [3] *vetitos.* [4] *nos.* [5] *venit.*

*a* Numeros titulorum, & capitum nos addidimus, nulli enim ſunt in exemplaribus: item ea, quæ in margine edidimus, paucis exceptis, quæ ad varietatem pertinent. *Meldenſi cap. XI.* Burchard. libro 1. cap. 61. & Ivo parte 5. cap. 171. decreti. Sed *cap. XXXIV.* in conciliis.

*b* Sic etiam Raimundus, & Contius. *Ut canonum ſtatuta, ſine præjudicio ab omnibus cuſtodiantur*, concil. *Ut* omittit Burchard. & Ivo, cetera, ut in concil. *rite cuſtodiantur*, Ivo ſolus. *Canonum vero ſtatuta ab omnibus intemerata ſerventur*, Cabilonenſ. concil. cap. 2.

*c* Sic Barcinon. & Cont. in margin. *in actionibus*, concil. & Roman. & Burchard. & Ivo, & Raim. vocem *actionibus* habuit Tancredus, qui addidit *civilibus*, & Oſtienſ. ait, *actionibus vel accuſationibus*.

*d* Sic in concil. & in Barcin. & Tarrac. & in Gregorianis, *vel in judiciis*, Roman. & Burch. & Ivo.

Poſt verba hujus capitis additur in conciliis: *In exponendis etiam, vel prædicandis divinis ſcripturis ſanctorum catholicorum, & probatiſſimorum patrum ſenſum quiſque ſequatur, in quorum ſcriptis, ut beatus dicit Hieronymus, fidei veritas non vacillet*, Hucuſque Burch. & Ivo. excepta voce *vacillet*, pro qua eſt *vacillat* apud Iv. & voce *ſcriptis*, pro qua eſt *ſcripturis* apud Burchard. editum; nam in veteri *ſcriptis* eſt. Poſt verba ſupra ſcripta in conciliis additur: *Sed & qui in monaſteriis religioſe reſidere debent, & vocum novitates, ut innoteſcant, ſtudio proferre ſatagunt, acerrime ut præſumptores arguantur, & comprimantur.* Locus Hieron. eſt in epiſt. ad Lætam de inſtit. filiæ, ut in marg. Ivonis adſcriptum eſt.

*e* Recte Ant. Contius addidit *ex lib. 7. epiſt. 35. ad Fortunatum Epiſc. Neapolitanum.*

*f* Integra clauſula ex regiſtro B. Gregorii hæc eſt, quam Contius omiſit: *Cognoſcentes qualis fraternitatem veſtram zelus pro Chriſtianis mancipiis, quæ Judæi de Galliarum finibus emunt, accenderit: adeo nobis ſollicitudinem veſtram placuiſſe ſignamus; ut inhibendos eos ab hujuſmodi negotiatione, noſtra etiam deliberatio judicaret.* Et poſt alia: *Si autem quædam ex eiſdem mancipiis talem ægritudinem fortaſſe incurrerint, ut intra ſtatutos dies vendi non valeant; adhibenda ſolicitudo eſt, ut dum ſaluti fuerint priſtinæ reſtituta, ſimiliter modis omnibus diſtrahantur: quia rem &c.* In ſuperioribus verbis pro *ſignamus ſignificamus* malim ſcribere, pro *noſtra etiam*, quod in veteri libro legi; *veſtra etiam*, eſt in editis. *g Rem, quæ*, regiſtr. aptius, & Raim. *h Ad damnum*, regiſtr. in Raim.

*i* Sic etiam Raim. vox *vero* in Rom. non eſt. *Quoniam vero quotiens novum*, regiſtr.

*k* Sic in veteri reg. libro, *multis*, pro *multa* editi libri, ea vox a Raim. omiſſa eſt. *l Non commodent*, Raim. & regiſtr. editi libri veteres *non commendent: non commendet*, unus ex veteribus Raim. libris.

*m* Malo, *& infra*, ut eſt in Rom. & in veteri Tarrac. Sequuntur enim in regiſtro hæc verba a Raim. & Contio prætermiſſa. *Si qua apud eos mancipia de emptione anni præteriti remanſerunt, vel a vobis nuper ablata ſunt, dum apud vos ſunt poſita, ea habent alienandi licentiam.* Sic vetus liber, in aliis *oblata*, pro *ablata* & vox *ea* deſideratur.

*n Vetitos* magis placet, quod eſt in Rom. & in regiſtro, & in Raimundi libris.

Poſt hujus capitis verba ſunt alia ad eamdem rem pertinentia; *ne fraus fieret, cum Baſilius Judæus cogitaret mancipia Chriſtiana liberis ſuis donare, ut ſub ea ſpecie poſſet mancipia retinere jure patriæ poteſtatis.*

*o* Addi poſſet *Romanis civibus*, ex libro 11. cap. 3. ejuſdem regiſtri.

*p* Integra clauſula extat apud Gratian. de conſecrat. d. 3. cap. 12. & apud Ivon. libro 2. tit. 13. cap. 1. Panormiæ, & part. 4. cap. 6. decreti, & in regiſtro, in omnibus eſt *ad me* in Romano *ad nos.*

*q Et* non eſt in Romano *enim*, in Barcinon. pluribus verbis in regiſtro. *Hoc enim, quod per prophetam dicitur:* „ Ne inferatis onera per portas veſtras die ſabbati: tamdiu &c. “ verba Hieremiæ cap. 17. hæc ſunt *Nolite portare pondera in die ſabbati, nec inferatis per portas Hieruſalem; & nolite eicere onera de domibus veſtris in die ſabbati*: μὴ ἄρετε βαστάγματα ἐν τῇ ἡμερᾳ τῶν σαββατων. καὶ μὴ εἰσφέρητε διὰ τῶν πυλῶν ἱερουσαλήμ. καὶ μὴ ἐκ φέρετε βαστάγματα ἐξοικιῶν ὑμῶν ἐν, τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββατων. LXX. βαστάγματα *pondera, & onera* Latinus interpres vocavit: *portas Hieruſalem* in *portas veſtras* mutavit Gregorius, aut memoria lapſus, aut ita exiſtimans prophetam intellexiſſe.

*r* Sic Barcin. *venit Chriſti gratia*, Rom. & duo Tarrac. *gratia omnipotentis Dei Domini noſtri Jeſu Chriſti apparuit*, regiſtr. *s Quæ per figuram dicta ſunt, juxta litteram ſervari non poſſunt*, regiſtr. aptius.

*t* Sic etiam vetus regiſtri liber, in editis *eſſe* non eſt.

*u* Sic Barcinon. *dicat, neceſſe eſt, carnalia*, vetus Tarrac. *dicat, neceſſe eſt etiam carnalia*, regiſtr. & Rom.

*x Quoque* additur in regiſtro.

*y* Sic Barcinon. *eſſe adhuc tenendum*, Rom. *corporis hucuſque retinendum*, regiſtr.

Ad-

## CAPUT IV.

*Aug. ſuper illud epiſtolæ ad Hebræos (a).*

c. 3. hoc tit. TRanſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt, ut legis tranſlatio fiat (*b*). Quia enim ſimul (*c*), & ab eodem, & ſub eadem ſponſione, utraque data ſunt (*d*); quod de uno dicitur, neceſſe eſt, ut de altero (*e*) intelligatur.

## CAPUT V.

*Idem in epiſtola ad Galatas (f).*

TEſtificor autem omni homini rurſum circumcidenti ſe (*g*), quoniam debitor eſt univerſæ legis faciendæ (*h*) I. * ex debito omnia legalia debet [I] adimplere (*i*). * idest.

## CAPUT VI.

*Hieronymus in parabolis (k).*

c. 5. eod. NE innitaris prudentiæ tuæ (*l*). Prudentiæ ſuæ innititur (*m*), qui ea, quæ ſibi agenda, vel dicenda (*n*) eſſe videntur (*o*), patrum decretis præponit.

## CAPUT VII.

*Aug. ſuper epiſtol. ad Romanos (p).*

NAm concupiſcentiam neſciebam, &c. (*q*) c. 4. eod.
Hoc elegit (*r*) Apoſtolus generale, unde omnia mala oriuntur (*s*). Bona eſt ergo lex [*t*], quæ dum hoc [*u*] prohibet, omnia mala prohibet [*x*].

# TITULUS II.

# DE RESCRIPTIS, ET EORUM INTERPRETATIONIBUS [*y*].

## CAPUT I.

*Alexander III. Senonenſi Archiepiſcopo (z).*

SIcut Romana eccleſia [*aa*] omnium eccleſiarum, diſponente domino, mater eſt, & magiſtra (*bb*): ita & nos [*cc*], qui eidem eccle- c. 4. eod. De reſcr. c. 1. & c. 12. de app. in hac collect.

B 2 ſiæ

I *tenetur.*

Adduntur alia a beato Gregorio, quæ partim ad circuncifionem, partim ad ſabbatum pertinent, docta, & pia; & ad extremum de lotione die dominica non prohibenda, quæ apud Grat. & Ivonem leguntur. Hujus capitis Raimundus rationem non habuit; tum quia pars ejus apud Grat. extaret, tum etiam quia capite proximo de eadem re brevius ageretur.

*a* Sic etiam Raim. & Cont. addi poteſt, *cap. VII.* quamquam hæc Auguſtini eſſe verba incertus ſum. Eadem tamen extant in gloſſis, quæ dicuntur ordinariæ.

*b Enim* unus Tarracon. & Raim. omittunt. Eſt in ſacris libris, in quibus eſt, *ut & legis*, pro *ut legis.* μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. Paulus.

*c* Sic etiam Raim. & gloſſ. ord. & Barcin. & unus Tarrac. *Quia cum ſimul*, vetus Tarrac. & Roman. Vox *enim* in uno ex veter. Raim. libris non eſt. *d* Alias *dicta ſunt*, Cont.

*e* Sic etiam Raim. vox *ut* non eſt in gloſſ. ord.

*f* Adde *cap. V.* ſumpta autem hæc ſunt ex verbis Paul. & interpretis, qui minuta ſcholia inſeruit: eam gloſſam interlinearem vocant. *g Teſtificor autem rurſus omni homini circumcidenti ſe* Complut. μαρτύρομαι δὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ. Paul.

*h* ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι. Paulus in Complut. ποιῆσαι alii.

*i* Sic Barcin. & Tarrac. *tenetur* pro *debet*, Rom. ut editum eſt, gloſſ. interl. & addit, *quod exigit circumciſio; Ut enim baptiſmus ſuam, ſic circumciſio ſuam exigit juſtificationem. Hæc ut deterreat, Paulus ſcripſit, non ut faciant, ut ex alio Ambroſii ſcholio, ſive cujus alterius, apparet.*

A Raimundo hoc etiam caput omiſſum eſt non ſine juſta cauſa.

*k* Adde *cap. III.* ſunt, qui negent Hieronymi eſſe eum librum. Eadem verba ſunt in gloſſa, ut vocant, ordinaria.

*l Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. Ne ſis ſapiens apud temetipſum, time dominum, et recede a malo.* Salomon Hieronymo interprete. ἴσθι πεποιθὼς ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐπὶ θεῷ. ἐπὶ δὲ σῇ σοφίᾳ μὴ ἐπαίρου. ἐν πάσαις ὁδοῖς σου γνώριζε αὐτήν. ἵνα ὀρθοτομῇ τὰς ὁδούς σου, μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ: φοβοῦ δὲ τὸν θεὸν, καὶ ἔκκλινε ἀπὸ παντὸς κακοῦ. LXX. In Græcis verbis eſt σοφία, hoc eſt *ſapientia*, pro *prudentia*, & pro *cogita illum*, eſt *cognoſce illam*, & pro *ſapiente* eſt *prudens.*

*m* NE SIS SAPIENS APUD TEMETIPSUM. *Videtur forte alicui, hoc idem eſſe mandatum, quod præmiſſum erat;* ET NE INNITARIS PRUDENTIÆ TUÆ: *ſed multum diſtat. Innititur enim ſuæ prudentiæ &c.* Hieron. *Videtur idem dixiſſe:* NE INNITARIS PRUDENTIÆ TUÆ. *Sed prudentiæ ſuæ innititur &c.* gloſſ. ord. *Prudentiæ innititur ſuæ*, vetus Tarrac. ut editum eſt, Raim.

*n* Hæc in Barcinonenſi ſunt omiſſa: habent alii.

*o* Sic Barcinon. *eſſe* omittunt duo Tarrac. & Rom. & Raim. & Hieron. & gloſſ. ord.

Poſt verbum *præponit*, addit Hieronymus: *Sapiens vero eſt apud ſemetipſum, & is, qui in illis, quæ ex patrum magiſterio potuit recte cognoſcere, ſeſe præ ceteris quaſi doctior extollit.* Item gloſſ. ord. *ſed ſapiens eſt apud ſemetipſum, qui in illis &c.* *p* Adde *cap. VII.* an Auguſtini verba ſint, incertus ſum: leguntur in ea, quæ dicitur, gloſſa ordinaria.

*q Sed peccatum non cognovi, niſi per legem; nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret:* NON CONCUPISCES, Hieronymus, ſive quis alius. ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, εἰ μὴ διὰ νόμου τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, οὐκ ἐπιθυμήσεις. Paulus. In Græcis verbis, & additur, *Nam & cupiditatem*, inquit, *ignoraſſem.* *r Hoc enim elegit*, Raim. ſolus.

*s Unde omnia*, gloſſ. ord. aliis omiſſis. *Unde oriuntur omnia mala*, vetus Tarr. ut editum eſt, Raim.

*t* Sic etiam Raim. *Bona lex*, gloſſ. ord.

*u* Sic Raim. & gloſſ. ord. hoc in Barcin. deſideratur.

*x Omnia prohibet*, gloſſ. ord. ſed Raim. & alii, ut edidimus. Additur in gloſſis, quem librum eſſe ex variis ſcriptoribus ſumptum credimus: *concupiſcentiam aliqui generalem intelligunt, aliqui illam, de qua in decalogo:* NON CONCUPISCES REM PROXIMI TUI, VEL UXOREM: generalem, quia ex ea omne malum.

*y De reſcriptis*, Raim. & unus Tarr. aliis omiſſis. Vox *eorum* in Rom. deſideratur. vetus Tarr. & Barcin. ut edidimus, ſic etiam eſt in tertia collectione. Hoc idem Ant. Cont. teſtatur ſe in veteribus collectionibus inveniſſe.

*z Epiſcopo*, unus Tarrac. non recte. Confirmantur edita tum Gregorianis libris, tum ea collectione, quæ poſita eſt poſt concilium Lateranenſis Alexandri tertii, quam Alani, aut Gileberti eſſe ſuſpicamur; nam parte 10. cap. 11. hoc idem caput invenies.

*aa* Recte Cont. addidit a Raim. prætermiſſa, eadem ſunt in concil. & in hac collectione c. 12. de appell.

*bb* Hæc in concilio non ſunt, habent ceteri libri.

*cc* Sic Barcin. & Tarrac. unus, & Cont. ita etiam, nos, d. c. 12. & Rom. & vetus Tarrac. & concil.

UNED

ſiæ [*a*] licet immeriti, ſupernæ (*b*) diſpoſitionis providentia præſidemus, prout dominus nobis miniſtravit (*c*), conſultationibus reſpondere cogimur ſingulorum (*d*); & quæ videntur (*e*) dubia, Apoſtolicæ circumſpectionis providentia declarare. Sane quæſitum eſt (*f*) ex parte tua a nobis; utrum ſi alicujus cauſa rei (1) (*g*) inter aliquos (*h*) delegatis judicibus abſque remedio appellationis [*i*] committitur (*k*): & altera pars litteris Apoſtolicæ protectionis eſt munita (*l*), quibus eſt ei generaliter indultum, ut liceat ſibi (2) libere appellare: ſi in vocem (*m*) appellationis prorupit (3), utrum ejus in eadem cauſa appellationi ſit deferendum (*n*). Huic igitur [*o*] inquiſitioni tuæ præſentibus litteris (*p*) reſpondemus: quia (4) ejus in hac parte appellationi (*q*) non eſt deferendum aliquatenus [*r*]; poſtquam eſt cauſa judicibus ſine appellatione [*s*] commiſſa, quia ſpeciale mandatum derogat generali. c. 4. eod.

## CAPUT II.

*Idem Cantuarienſi Archiepiſcopo* [*t*].

EX parte venerabilis fratris noſtri (*u*) Conventrenſis (*x*) Epiſcopi, noſtris eſt auribus intimatum; quod cum de cauſa, quæ inter G. & F. clericum [5] (*y*) ſuper præbenda de Norhal. (*6*) (*z*) diligenter cognoviſſet, & eidem (*aa*) G. ſecundum (*bb*) tenorem litterarum noſtrarum, in quibus continebatur (*cc*), quod ſi conſtaret prædictum F. de perjurio eſſe convictum, & (7) perpetuo illi præbendæ renuntiaſſe (8) [*dd*]; ab eadem præbenda ap. ces. amoveretur (*ee*), eo cognito [*ff*], & probato, cum prælibatam præbendam eidem G. adjudicaſſet [*gg*], prædictus F. (*hh*) in vocem appellationis prorupit, & ad nos veniens ad te (*ii*) ſecundum hunc tenorem litteras apportavit [*kk*]: quod eidem (*9*) præbendam (*ll*) præciſe, & abſ- c.2.eod.tit.

(1) *aliqua cauſa.* (2) *ei.* (3) *eruperit*, alii *proruperit.* (4) *quod.* (5) *clericos.* (6) *Noralis.* [7] *&.* [8] *abrenuntiaſſet.* (9) *ei.*

*a* Vox *eccleſiæ*, in vet. Tarr. aliquando deſiderabatur. d. c. 12. *b Divinæ*, Cont. ſolus. *c* Sic Barcinon. *Miniſtraverit*, Cont. & concil. *prout nobis dominus miniſtraverit* Rom. & duo Tarrac. & d. cap. 12. *prout nobis miniſtraverit*, vetus Tarrac. d. c. 12. *prout dominus miniſtraverit nobis*, alter Tarrac. ibid. &, additur in concil. *ante* pro *ut*.

*d* Sic d. cap. 12. & Cont. ordo verbor. mutatur in concil. & Rom. & vet. Tarrac. quod referre non eſt neceſſe, apte hoc loco a veteri interprete refertur ſimilis locus cap. 15. de officio, & pot. jud. deleg. in hac collectione.

*e* Hæc clauſula in Rom. deſideratur, eſt in aliis. *f eſt*, in Barcin. ſolo deſideratur.

*g* Sic Barcinon. vox *rei* neque in Gregor. eſt, neque in Rom. *utrum ſi aliqua cauſa*, Tarrac. unus, & concil. vox *utrum* a Raim. eſt omiſſa. *utrum ſi aliquando cauſa*, d. cap. 12.

*h* Hæc omiſit Raim. ſunt in concil. & d. cap. 12.

*i* Sic etiam d. cap. 12. *appellatione remota*, concil. *ſublato remedio appellationis*, Raim. *ſubmoto* pro *ſublato* unus ex veter. Gregor. *k Committatur*, vetus Tarrac. d. cap. 12. & unus Gregor.

*l Litteris Apoſtolicis protectionis munita*, d. cap. 12. ſed in duobus. Tarrac. ibid. *Apoſtolicæ* ſcriptum eſt, vox *eſt*, in Barcinon. & in uno Tarrac. omittitur, & in concil. *litteris Apoſtolicis altera pars munita*, Raim. & Cont. *ſit munita*, unus Gregor. *m Si* omiſit Raim. habent ceteri.

*n Ei in eadem cauſa ſit deferendum*, d. cap. 12. aliis omiſſis. *ejus ſit in eadem cauſa appellationi deferendum*, concil. omiſſa voce *utrum*. *An ejus in eadem cauſa debeat appellationi deferri.* Raim. vox *utrum*, in Tarrac. uno deſideratur. vox *an* in uno Gregor. *o Hoc igitur*, d. cap. 12. *Huic ergo*, Rom. *Huic* Tarrac. unus, altera voce omiſſa. *Hoc ergo*, concil. Omittuntur hæc a Raim.

*p Præ litteris tuæ inquiſitioni*, d. cap. 12. *inquiſitioni tuæ taliter præſentibus litteris*, Tarrac. unus ibid. *præſentibus litteris inquiſitioni tuæ*, concil. *Inquiſitioni tuæ taliter*, Raim. aliis omiſſis.

*q* Sic Barcinon. *quod* pro *quia*, Tarrac. duo, & concil. *quod ejus appellationi in hac parte*, Rom. *appellatio* pro *appellationi*, Raim. *quod ei in hac parte non eſt deferendum aliquatenus appellationi*, vetus Tarrac d. cap. 12. *ei in hac parte non eſt aliquatenus deferendum*, alter Tarrac. aliis omiſſis.

*r* Sic Barcin. *non eſt aliquatenus deferendum.* Concil. & Rom. & duo Tarr. *appellatio non debet admitti*, Raim.

*s Appellatione remota*, concil. & Raimund. & d. cap. 12. Eſt etiam in aliorum verborum ordine major varietas, quam contempſimus.

Ad extremum addam aptius hoc caput ſub titulo de appellationibus in conciliis, in hac collectione ſcribi, quam ſub tit. de reſcriptis: non recte a Bernardo bis totidem verbis eadem eſſe conſcripta: ſed feramus, multis in rebus ab eodem adjuti.

*t* Sic etiam Raim. & Cont. *Idem R. Cant. Archiepiſcopo*, in concil. plenius parte 7. cap. 18. titulo de poteſtate judicum delegatorum, & de variis litteris, diverſis temporibus impetratis.

*u* Hæc omiſit Raim. addidit Cont. ſunt etiam in concil. *x* Sic etiam Raim. *Coventrenſ.* Concil. *Convenſis* vetus Tarrac. non ſine mendo. *alii*, ut editum eſt, quod repetitum ſemper cenſeatur.

*y* Sic Barcinon. & vetus Tarracon. F. *Clericos*, Rom. & unus Tarrac. & Raim. F. ſignificare Philippum dicitur in duobus Tarrac. in calce hujus reſcripti, ſic legi, *opus Fidiæ*, in veteri monumento pro *Phidiæ*, item in denariis *Pilipus* pro *Philippus.*

*z Præbendam de Nothar.* Barcinon. *præbendam de N' alis*, vetus Tarrac. *præbenda de Noralis*, Rom. & alter Tarrac. *præbenda de Norhale*, concil. *præbenda de Novalis*, Raim.

*aa* Sic etiam in concil. *cognoſcens legitime eidem*, Raim. & Cont. *bb* Sic in concil. & in Gregor. *G. poſſeſſionem ſecundum*, Tarrac. unus, non ſine mendo. *F. ſecundum*, eſt in uno Gregoriano.

*cc* Sic etiam concil. *continentium* Raim. brevius.

*dd* Sic etiam concil. & Raim. *& quod perpetuo illi præbendæ abrenuntiaſſet*, Roman.

*ee Appellatione ceſſante* pro *ap. ceſ.* concil. *amoveretur ab ea* Raim. *appellatione ceſſante* addidit Cont. ante verbum *amoveretur.* *ff* Sic etiam Raim. *eoque cognito*, concil.

*gg* Vox *eidem* in concil. non eſt. vox *præbendam* in Rom. deſideratur. *præbendam adjudicaſſet eandem*, Cont. alii etiam veteres *abjudicaſſet*, non recte; eſt enim adjudicata G. abjudicata F.

*hh* Sic in concil. *ipſe*, Raim. F. addit Cont. cum notis: eſt ſine ulla nota in uno ex vet. Greg.

*ii* Pro his verbis uſque ad illa, *quod eidem* Raim. ſcripſit, *& ad te*: in concil. ut edidimus, exceptis illis, *ad te.* *kk Reportavit* concil. & Raimund. poſt alia verba.

*ll* Sic Barcinon. *ei* pro *eidem* Rom. & duo Tarr. & Raim. *quod ei*, concil. alia voce omiſſa.

UNED

abſque cauſæ cognitione reſtitueres, & Epiſcopum, qui (*a*) poſt appellationem eum præbenda ſpoliavit [*b*], auctoritate Apoſtolica (*c*) alicui beneficium conferendi (1) [*d*] poteſtatem [*e*] ap. ceſ. privares, donec per ſe, vel per nuntium ſuum, aut (*f*) per litteras ſuas de tanto exceſſu (*g*) ſatisfacturus ad ſedem Apoſtolicam accederet; & prænotatum (2) (*h*) G. ſi eundem F. in jam [*i*] dicta præbenda præſumeret moleſtare, vinculo excommunicationis uſque ad dignam ſatisfactionem aſtringeres (*k*). Unde (3) quoniam (*l*) non credimus nos ita [*m*] præciſe ſcripſiſſe; & ſi taliter (*n*) ſcripſimus, hoc ex nimia occupatione contigit; & in hujuſmodi litteris intelligenda eſt condicio, etſi non [*o*] apponatur, ſi preces veritate nitantur: f. t. per A. ſ. præ. m. (*p*) qua. inſpecto tenore litterarum [*q*], quas prædicto Epiſcopo direximus; ſi inveneris, quod ſecundum prædictum modum ei ſcripſimus (4), & in litteris noſtris appellatio fuerit [5] inhibita (*r*), & in litteris, quas tibi præfatus F. (*s*) reportavit, non fuit (6) [*t*] habita mentio priorum litterarum; ſententiam præfati Epiſcopi omni. oc. & ap. ceſ. (7) [*u*] confirmes, & ſæpedictum F. (8) [*x*] cum litteris noſtris, quas tibi detulit, ad præſentiam noſtram venire [*y*] compellas.

## CAPUT III.

*Alexander III. Wintonienſi Epiſcopo* [*z*] *pars c. quamvis ſimus* [*aa*].

Ceterum ſi aliquis (*bb*) ad certos judices ſuper aliqua cauſa (*cc*) ab Apoſtolica ſede commiſſorias litteras impetraverit [9] (*dd*); & adverſarius ejus (*ee*) eandem cauſam poſt impetratas litteras ipſas aliis judicibus impetraverit forte committi (*ff*), niſi de commiſſione prioribus judicibus facta (10)(*gg*), in litteris commiſſionis (*hh*), quæ aliis judicibus delegentur, mentio fiat; nihilominus (*ii*) priores judices in cognitione, ac deciſione (11) cauſæ (*kk*) procedere debent [*ll*]; nec ſecundæ litteræ ſuper eadem cauſa taliter impetratæ (*mm*) de jure [*nn*] poſſunt obtinere alicujus roboris firmita-

cap. 3. eod. tit.

[1] *auferendi.* (2) *prænominatum.*
(3) *Verum.* (4) *ſcripſerimus.*
(5) *ſit.* alii, *fuit.* [6] *fuerit.*
(7) *remota.* (8) *Philippum.*
(9) *impetravit.* (10) *delegata.*
[11] *ad deciſionem.*

*a Et ipſum, qui &c.* concil. non recte, *litteras noſtras reportavit.* & infra. Raim. *& Epiſcopum, qui &c.* Cont. addidit. Vox *noſtras* in uno ex vet. Greg. non eſt.

*b* Sic prior concil. editio. *eam* pro *eum* eſt in poſteriore, *eum præbenda ſpoliaverat*, Cont.

*c* Sic etiam Cont. vox *Apoſtolica* in concil. & in uno Tarracon. deſideratur.

*d* Sic Barcinon. & Cont. *auferendi* concil. & Rom. & duo Tarrac. licet. *auferendum* in altero ſit mendoſe mihi *auferendi* vox non diſplicet, neque enim Epiſcopus conferendo peccavit, ſed auferendo a Philippo beneficium poſt appellationem, eaque levior pœna eſt. *e* Hæc vox in concil. & in duobus Tarr. deſideratur.

*f* Sic Barcinon. vox *ſuum* in concil. & in uno Tarrac. & apud Cont. non eſt. *aut per nuntium vel*, Rom. *aut per nuntium, aut*, Tarrac. vetus. *g* Hæc in concil. non ſunt. habet Contius, & ceteri.

*h* Sic ſolus Barcinon. *prænominatum*, concil. aptius, & Cont. licet ejus operæ *prænominatam* ediderint.

*i Super jam*, concil. *in jam* Cont. *in* aliquando vetus Tarrac. caruit. *k Adſtringeres*, concil. *condignam ſatisfactionem conſtringeres*, Cont. *l Unde quia*, concil. *Verum quoniam*, vetus Tarrac. & Raim.

*m* Sic Barcinon. & concil. *nos* omittitur a Raim. & Rom. & duobus Tarrac.

*n* Hæc omiſit Raim. uſque ad illa, *& in hujuſmodi*, addidit Contius alieno loco, ſunt in concil. ſuo loco poſita. *o* Sic Barcinon. *etiam ſi non*, concil. & Raim. & duo Tarrac. & Roman.

*p Præ*, in uno Tarrac. non eſt. *fraternitati tuæ taliter &c.* concil. *mandamus*, Raim. aliis omiſſis.

*q* Sic in concil. *litterarum tenore*, Tarrac. duo. *inſpectis litteris*, Raim.

*r* Hæc omittunt concil. & Raim. & Cont. *ſit* pro *fuerit*, Rom. *fuit* Tarrac. duo *fuerit* Barcin.

*s* Vox *tibi* neque in concil. eſt, neque in Gregor. F. in Barcinon. deſideratur. *quas prædictus F. tibi*, Rom. & unus Tarrac. *t* Sic in concil. & in veteri Gregor. *non fuerit*, Rom. & Cont. & alii.

*u* Hæc omittunt Raim. & Cont. *omni contradictione, & appellatione ceſſante*, concil. *omni occaſione, & app. ceſſ.* Rom. & duo Tarrac. *x* Sic Barcinon. & Rom. & Raim. *Philippum*, duo Tarrac. *& prædictum F.* concil.

*y* Sic Raim. & concil. *noſtram tamque falſarium venire*, Cont. mendoſe pro *tanquam falſarium*, ſed ea quoque verba ex ſcholio aliquo ſumpta ſunt, & extat Alani veteris interpretis ſcholium in eam ſententiam. „ Hoc ideo " inquit „ mandat, quia falſæ præſumuntur litteræ iſtæ, & quia tantam continent iniquitatem „ arg. Cod. de precibus Imp. offerend. QUOTIENS UNIVERSA, & falſarius litterarum Papæ ad Papam mitti de„ bet, ut 19. diſt. IN MEMORIAM, vel ipſius voluntas eſt inquirenda, ut infra de crim. falſi. cap. ult. Alan. Hæc etiam Bernardus refert mendoſe in vulgaribus gloſſis nulla Alani mentione habita.

*z Idem Vinton. Epiſcopo*, Roman. & Raim. aptius. *Witan.* unus Tarrac.

*aa* Hæc omittunt Raim. & Cont. Integra clauſula exſtat cap. 7. de officio, & poteſt. jud. delegati, in hac collectione, & poſt concil. Later. d. parte 7. cap. 8. cujus inſcriptio eſt; *Idem Winton. Epiſcopo.* mox ſequitur cap. 9. *Idem eidem*, in eadem *Ceterum &c.* *bb* Sic etiam Raim. *Ceterum ſi qui*, concil.

*cc* Vox *certos* non eſt in concil. neque in Barcinon. *ſuper aliqua cauſa, ad certos judices*, vetus Tarrac. & Rom. excepta voce *certos. Ad judices ſuper aliquam cauſam*, Tarrac. alter. *Ad judices ſuper aliqua cauſa*, Contius in aliis Gregor. omittuntur duæ illæ voces *ad judices.* *dd Impetravit* Tarrac. unus, *litteras commiſſorias impetrent*, concil. *impetraverit commiſſorias litteras*, Cont. vox *commiſſorias* a Raim. eſt omiſſa.

*ee* Sic Raim. *ejuſdem*, vetus Tarrac. multa in conciliis deſiderantur.

*ff* Sic Barcin. *impetraverit aliis judicibus* Tarrac. duo *poſt impetret aliis judicibus forte committi*, Rom. aliis omiſſis *impetrent aliis judicibus forte committi*, concil. *poſt modum obtinuerit committi aliis*, Raim. & Cont.

*gg Delegata* pro *facta*, Rom. vox *judicibus* in concil. non eſt. *de commiſſione priore non habita mentione*, Raim. & Cont.

*hh* Hæc uſque ad illa *mentio fiat*, omiſit Rom. & Raim. ſunt in concil. excepta voce *judicibus* item in vet. Tarrac. eſt, *commiſſoriis* pro *commiſſionis.* *ii* Sic in concil. omittitur in Gregor.

*kk Ac cauſæ deciſione*, concil. *cauſæ, ac deciſione*, Rom. *ad deciſionem cauſæ*, unus Tarrac. cetera in his omnibus ut edita ſunt. *ad deciſionem cauſæ*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *ll* Sic etiam in concil. *poſſunt procedere* Raim.

*mm* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *eamdem cauſam*, Tarrac. duo.

*nn* Hæc neque in concil. ſunt, neque in Gregor. neque in Rom.

UNED

tatem (*a*). Si vero in ſecundis litteris habetur (1) (*b*) mentio de commiſſione prioribus judicibus facta [*c*], prædicta cauſa a priorum eſt exempta (2) (*d*) judicio; cum eædem litteræ (*e*) non ſint tacita veritate impetratæ. Unde (3) ſi præſentibus partibus de ipſarum aſſenſu cuilibet (*f*) cauſa committitur, & proceſſu temporis, vel etiam continuo alterutra partium (*g*) altera neſciente cauſam ipſam veritate tacita de priore commiſſione (*h*) alii impetraret (4) committi (*i*); non immerito is, qui tali dolo, & fraude adverſarium ſuum coegit (5) laborare (*k*), in expenſis condemnari debet [*l*].

## CAPUT IV.

*Idem Eboracenſi Archiepiſcopo.*

cap. 4. eod. INter ceteras conſultationes tuas, id fuit propoſitum (*m*): quid tenere debeas (*n*), cum aliqua ſub disjunctione mandantur (*o*), quorum unum eſt verum (*p*), alterum falſum: ut puta ſi proponatur (*q*), quod ſi talis ſit (*r*) ſacerdotis filius, & ſit (6) in [*s*] ſacerdotio genitus, qui (*t*) proximo in tali [*u*] eccleſia miniſtravit (7) (*x*), vel quod ipſam eccleſiam illicite occupavit (8) [*y*]; cui quæſtioni [*z*] taliter reſpondemus: quod convenit judici (9) [*aa*], quodcumque iſtorum conſtiterit (*bb*), prælibatam illi eccleſiam (*cc*) debere abjudicari (*dd*): & idem in ſimilibus (*ee*).

## CAPUT V.

*Idem G.* [*ff*] *Ravennati Archiepiſcopo.*

SI quando aliqua tuæ fraternitati ſcripta dirigimus (*gg*), quæ animum tuum videntur [10] exaſperare (*hh*), turbari non debes, neque moveri (*ii*), aut credere, quod perſonam tuam velimus contemptibilem reddere, vel deſpectam, quia te, ſicut carum (11)(*kk*) fratrem noſtrum, & immobilem columnam eccleſiæ, affluentiſſima charitate diligimus, & honoris, & exaltationis tuæ deſideramus modis omnibus (*ll*) incrementum. Nam etſi [*mm*] ſæpe fratribus, & coepiſcopis noſtris, ſecundum varietatem eorum, quæ nobis ſuggeruntur (*nn*), aſpere, & dure ſcribamus (12) (*oo*): hoc tamen non ex minori affectione contingit, ſed ut clamoribus querelantium ſecundum Deum, & juxta (*pp*) officii noſtri debitum ſatisfacere comprobemur. Quapropter monemus prudentiam tuam (*qq*), & hortamur (13) attentius (*rr*), quatenus de cetero non movearis, neque turberis, nec tuus animus deiiciatur, ſi tibi durum, vel aſperum ſcripſerimus (*ss*): ſed ſicut vir providus, & prudens (14) [*tt*], & diſcretus, qualitatem negotii, pro quo tibi ſcribitur, diligenter conſiderans, & attendens [*uu*], aut mandatum (*xx*) ipſum (15) (*yy*) devote, cap. 5. eod.

& re-

[1] *habetur.* [2] *excepta eſt.* (3) *Verum.* (4) *judicibus impetrarit aliis.* (5) *coegerit.* (6) *vel.* (7) *miniſtraverit.* (8) *occupaverit.* (9) *judicem.* alii, *judici.* (10) *videantur.* [11] *Km̃.* vel, *Kr̃m.* (12) *ſcribimus.* [13] *exhortamur.* (14) *prudens.* alii, *providus.* (15) *noſtrum.*

*a Obtinent* pro *poſſunt obtinere*, Raim. & Cont. *alicujus roboris firmitatem habere poſſunt.* concil. *alicujus roboris obtinere firmitatem.* Rom.

*b* Vox *litteris*, neque in Rom. eſt, neque in vet. Gregor. *habetur*, idem Rom. & duo Tarrac. *litteris habeatur*, concil. & Cont. & alii. *c* Sic etiam in concil. vox *judicibus* in Rom. eſt omiſſa, pro his omnibus *priori* Raim. ſcripſit. *d* Sic etiam concil. & Raim. *excepta eſt*, vetus Tarrac. *e* Sic etiam Raim. vox *litteræ* in concil. deſideratur. *f Verum* pro *Unde* concil. & Rom. & unus Tarrac. *conſenſu* pro *aſſenſu*, concil. *Verum ſi de aſſenſu partium*, Raim. & Cont. *g* Sic in concil. & in uno ex veter. Gregor. *alterutra pars*, Cont. & alii.

*h Tacita veritate de priore commiſſione facta*, concil. *tacito de commiſſione priori*, Raim. *tacita veritate*, Tarr. unus.

*i* Sic Barcinon. *impetraret alteri committi*, vetus Tarrac. *committi aliis impetraret*, alter Tarrac. *judicibus impetrarit aliis*, Rom. *impetravit committi*, concil. *alii judici obtinuerit delegari*, Contius, & alii, vox *judici*, in veteri non eſt. *k Coegerit*, Tarrac. unus, *cogit*, in concil. voce *ſuum* omiſſa *vel fraude adverſarium ſuum laborare coegit*, Raim. & Cont. *l Eidem*, additur in uno Gregor. *m* Sic etiam in concil. parte 41. cap. 1. titulo de interpretatione verborum, & reſcriptorum. *fuit propoſitum coram nobis*, Cont. & alii editi libri, ſed in uno ex veteribus *coram nobis*, non ſunt. *n* Sic etiam Gregor. 9. *quid teneri debeat*, concil.

*o Mandentur*, Barcin. *p Verum eſt*, Raim. *erit verum*, concil. verbum *eſt* in veteri Tarrac. deſideratur.

*q* Sic etiam Cont. *puta ſi ponatur*, concil. *puta ut ſi proponatur*, Rom. & duo Tarrac. *puta ſi proponatur* unus ex vet. Gregor. *r* Sic etiam in Gregor. *talis fuerit* concil. *ſi* omiſſo *talis ſit*, Barcinon. & Rom. *ſi* etiam omiſſo.

*s* Sic Barcinon. *& in*, concil. & Raim. & unus Tarrac. *vel in* Rom. *in* vet. Tarrac. aliis omiſſis, in uno ex vet. Greg. vox *&* aliquando deſiderabatur. *t* Sic etiam Raim. *genitus ab eo qui*, concil. aptius.

*u* Sic etiam Raim. vox *tali* in Rom. non eſt. *proximus in eadem*, concil. aptius.

*x* Sic etiam concil. & Raim. *miniſtraverit*, unus Tarrac. *presbyter ejus miniſtraverit*, Rom. plenius.

*y* Sic etiam in concil. *occupaverit*, Rom. *occupavit eandem*, Roman. *z* Sic etiam in concil. *Huic ergo quæſtioni*, Raim. & Cont. *aa* Sic concil. & Barcinon. *judici*, Tarrac. duo, & Cont. aliis omiſſis *judicem*, aliis itidem omiſſis, Rom. *quod ſi judici*, unus ex vet. Greg. *bb Conſtitit*, Barcinon. vox *iſtorum* in Rom. deſideratur ut editum eſt, conc. & Raim. *cc* Sic etiam Raim. *ei prædictam eccleſiam*, concil. *cauſam* pro *eccleſiam*, Rom. *dd Abjudicari debere*, Raim. & Cont. qui hoc ait ſcriptum eſſe etiam in hac prima compilatione *debere abjudicare*, Rom. *abjudicare*, concil. altero verbo prætermiſſo. *ee Decernere*, in concil. additur. *obſervandum eſt* Greg. 9. omnia omiſſa ſunt in Rom. *obſervandum*, unus ex vet. Greg. habet verbo *eſt* omiſſo.

*ff* Idem Raim. & Cont. Item Rom. *gg* Vox *ſcripta*, neque in Barcin. eſt, neque in duobus Tarracon. neque in Gregor. eſt in Rom. *hh Exaſperare videntur*, Raim. *videantur exaſperare*, Rom.

*ii Nec* pro *neque* Rom. hæc, quæ Raim. omiſit, recte addidit Contius noſter.

*kk* Sic Barcinon. *Sicut Kariſſimum*, Cont. *Kariſſimum*, Rom. & unus Tarrac. *Kariſſimum*, vetus Tarrac.

*ll* Hæc in Rom. non ſunt, habet Cont. *mm* Sic etiam Cont. *Nam ſi*, Rom. & vetus Tarrac.

*nn Suggeruntur vobis*, Roman. alias *verbis* utrumque defendi poteſt.

*oo Scribimus*, Rom. *ſcripſimus*, Cont. *pp* Vox *juxta* a Contio eſt omiſſa. *qq* Sic etiam Cont. *tuam providentiam*, Rom. *rr* Vox *attentius* in vet. Tarrac. non eſt, *& exortamur attentius*, Rom. & Cont.

*ſſ Scripſimus*, Cont. *tt Sed* in Rom. deſideratur. *ſed ſicut vir providus*, Cont. & Barcinon. & unus Tarrac. aliis omiſſis. *ſed ſicut vir prudens*, vetus Tarrac. *uu* Hæc omittunt Raim. & Cont. *xx* Sic Raim. *aut* in Rom. deſideratur. *ut* pro *aut* habet unus ex veter. Gregor. *yy Noſtrum*, duo Tarrac. & Rom. & Gregor. 9.

UNED

& reverenter ſuſcipiens adimpleas (*a*), aut per litteras tuas quare adimplere non poſſis, ſufficientem, & rationabilem (*b*) cauſam prætendas; quia nos (*c*) patienter ſuſtinebimus, ſi non effeceris (*d*), quod prava nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum.

## CAPUT VI.

*Lucius III. Waltero Lincoln.* [1] (*e*)

cap. 8. eod. AD aures noſtras te ſignificante (*f*) pervenit; quod plerumque Decani [*g*], Archidiaconi, Præcentores, vel alii [2] eccleſiaſticis præditi dignitatibus (*h*), ſuper minoribus beneficiis, per interpoſitas perſonas (*i*), litteras impetrantes ſuæ nomen ſupprimunt dignitatis (*k*), & ſimplici nomine ſe appellant, tamquam non habeant aliquem perſonatum [*l*]. Ideoque reſcripto (*m*) noſtro poſtulas edoceri, ſi fraus iſta tacendi præjudicium eis debeat (*n*) generare. Tuæ igitur conſultationi breviter (*o*) reſpondemus, quod cum non ſit intentionis noſtræ, ut perſonæ pluribus redditibus habundantes per litteras noſtras pauperes clericos ſuper minoribus beneficiis vexent (*p*); litteras, in quibus actor [3] ſuæ (*q*) nomen ſupprimit dignitatis, vires nolumus aliquas obtinere [*r*].

## CAPUT VII.

*Idem Norwicenſi Epiſcopo* [*s*] *pars c. Quæſitum* [*t*].

SI autem aliquis auctoritate poſteriorum litterarum per adverſarium in judicium [*u*] tractus objecerit litteras ſe priores habere (*x*), de quibus in poſterioribus [*y*] mentio non haberetur (4) (*z*); ſi eis (*aa*) dolo, vel negligentia uti poſtpoſuerit [5] (*bb*), excuſari non debet. Si autem, quia (*cc*) delegati judicis copiam habere nequiverit: per poſteriores litteras non poterit [*dd*] conveniri. cap. 9. eod.

## CAPUT VIII.

*Urbanus III. Cenoman. Epiſcopo* [*ee*] *pars c. Cum in Apoſtolica* (*ff*).

AD hæc autem (*gg*), cum inter parochianos tuos [*hh*], vel inter eos, & alios (*ii*) controverſia coram delegatis judicibus agitetur, ſæpius a judicibus ipſis (*kk*), ut aſſeris, Apoſtolica auctoritate tibi [*ll*] injungitur, ut alteram partium forte judicio parere contemnentem (*mm*), vel ob aliam cauſam rationabilem, eccleſiaſtica diſtrictione percellas: illi vero, qui ſubjacere excommunicationi mandantur, ad alios judices litteras ab Apoſtolica ſede impetraverunt [6] (*nn*), a quibus nihilominus auctoritate tibi Apoſtolica (7) [*oo*] mandatur; ut eos, qui de mandato judicum priorum De ſentent. excomm. c. 12.

[1] *Vinton. Epiſcopo.* alii, *Lingonen. Archid.*
[2] *aliis.* [3] *auctor.*

[4] *habetur.* [5] *poſtpoſuit.* [6] *impetrantes.* alii, *impetrant.*
[7] *noſtra.*

*a* Sic Barcinon. *reverenter adimpleas*, Raim. & Cont. aliis omiſſis, vox *ſuſcipiens* in duobus Tarrac. non eſt, *devote adimpleas, & reverenter*, Rom. alia voce omiſſa. *b Rationabilem*, Raim. aliis omiſſis.
*c Nos* omittit Raim. & Cont. *d Feceris*, Raim. *e* Sic Barcinon. *Lincol. Epiſcopo.* d. parte 41. cap. 8. *Lingonienſ. Epiſcopo*, unus ex veter. Gregor. *Liconenſi Epiſcopo*, Cont. & alii. in cujus libris hæc videntur eſſe ſumpta ex 2. collect. *Vinton. Epiſcopo*, Rom. *Waltero Lingonenſ. Archid.* vet. Tarrac.
*f* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *g* Sic Raim. *quod plurimi*, concil. *Decani* voce omiſſa.
*h* Sic etiam Raim. *vel eccleſiaſtici præditi dignitatibus* concil. quod non placet, *vel aliis eccleſiaſticis dignitatibus præditi*, vetus Tarrac. non male. *dignitatibus præditi*, Roman. cetera, ut edita ſunt.
*i* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *k* Vocem *ſuæ* omittunt Barcinon. & vet. Tarrac. & unus ex Greg. at Cont. & alii eam poſt vocem *dignitatis* ſcribunt, concilia poſt vocem *nomen*.
*l* Sic etiam Gregor. 9. *aliquem in eccleſia iſta perſonatum*, concil. plenius. *m Itaque reſcripto &c.* concil. hæc clauſula a Raim. eſt omiſſa, addidit eam Cont. *n Ei* pro *eis* concil. *illis*, Cont.
*o Tuæ ergo conſultationi taliter*, concil. *Tuæ igitur conſultationi taliter*, Cont. *breviter*, in marg. alii voce *igitur* carent. Cont. *t. t.* unus ex vet. Gregor. *p* Sic etiam in concil. *inquietent*, Raim. quod non æque placet.
*q* Sic etiam Cont. & editi Gregor. & olim vetus Tarrac. *auctor ſuæ*, idem & concil. & Barcinon. & Roman. & unus ex veter. Greg. *r* Vox *aliquas* in Rom. & in Gregorianis editis non eſt, in conciliis eſt, & in uno vet. Gregor. *s Lorvicenſ. Epiſcopo* Roman. *Idem Norvicenſi Epiſcopo* Raim. & Cont. At in concil. d. parte 41. cap. 9. *Idem Eboracenſ. Archiepiſcopo.* *t* Hæc omittunt Raim. & Cont. & concil. eadem verba ſunt cap. 46. de appell. in hac collect. eadem quoque inſcriptio, ſed integram clauſulam adhuc quærimus. Fortaſſe eſt cap. 2. de officio, & pot. judicis delegat. collect. 2. *u* Sic etiam Raim. *ad judicem*, concil.
*x* Sic etiam Gregor. 9. vox *litteras* in concil. non eſt. *ſe priores habere litteras*, vetus Tarrac.
*y* Hæc in concil. non ſunt, habet Raim. *z* Sic Barcin. *non habetur*, concil. & Raim. & Rom. & vetus Tarr.
*aa* Sic etiam concil. & Raim. *ſi his*, vetus Tarrac. *bb* Sic Greg. 9. *propoſuerit*, Barcinon. non optime. *poſtpoſuit*, vetus Tarrac. & Rom. *propoſuit* concil. non recte. *cc* Vox *quia* in concil. non eſt, habent eam Gregoriani. *dd* Sic etiam concil. & Raim. *non potuit litteras*, vetus Tarrac. *ee Canom. Epiſcopo*, vetus Tarrac. mendoſe *Cenomanenſi Epiſcopo* prior conciliorum editio parte 50. cap. 61. *Senonenſi Archiepiſcopo*, poſterior editio, ut Raim. & Cont. qui in marg. ſcribit *Conoman.* mendoſe. Ego ſcribendum cenſeo, *M. Cenomanenſi Epiſcopo*, ut parte 6. cap. 21. poſt concil. Lateran. ex his, quæ ſequuntur.
*ff* Hæc omiſit Raim. ut alia pleraque item collector ille in conciliis relatus d. c. 61. *P. c. Quæſitum.* Contius, quæ verba ex capite ſexto ſumpta ſunt. Integra clauſula extat d. c. 21. & in hac collect. cap. 20. de ſponſal. & apud Contium cap. 18. de ſponſal. in Greg. *gg* Vox *autem* neque in concil. eſt, neque in Greg. neque in Rom. neque in vet. Tarrac. eſt in Barcin. *hh* Sic Raim. & Cont. *cum nonnunquam inter aliquos parochianos tuos*, concil. *ii* Multa Raim. omiſit, quæ reſtituit Cont. ſunt etiam in concil. *vel inter alios, & eos*, Rom. quod non itidem probo. *kk* Sic etiam Barcin. & Cont. vox *ipſis* in Rom. non eſt. *ſæpe* pro *ſæpius* concil. *ſæpius ab ipſis judicibus* vetus Tarrac. *ll Auct. Ap.* Contius voce *tibi* omiſſa, quæ etiam in Barcin. non eſt, *auct. Ap. tibi*, Rom. ut editum eſt, concil. *mm Parere judicio contemnentem*, Cont. *contemnentem parere judicio*, concil. *in judicio*, Rom. *pro judicio*, & vetus Tarrac. ſed in hoc libro vox *in* addita eſt, quam tollendam cenſemus. *nn* Sic Barcin. *impetrant*, concil. & vetus Tarrac. & Cont. *impetrantes*, Rom.
*oo Auct. Apoſt. tibi*, concil. & Cont. *auctoritate noſtra tibi*, Rom.

rum excommunicati fuerant, habeas abſolutos: ſuper quo tua diſcretio dubitat, quid tibi in diverſitate hujuſmodi (1) (*a*) ſit agendum. Ad quod breviter (2) (*b*) reſpondemus, quod ſi litteræ ad ſecundos judices impetratæ tacita veritate obtentæ non fuerint [*c*], eos ad mandatum eorum abſolutos habere debes: præcipue cum Romana eccleſia abſolutionem ſententiæ delegatorum [*d*] judicum nequaquam conſueverit (*e*) aliis delegare, niſi in litteris commiſſionis (3) expreſſo (*f*) de ſufficienti cautione præſtanda ab iis, qui abſolvi debent, quod judicio [*g*] eccleſiæ debent [4] obedire (*h*).

## TITULUS III.
## DE CONSUETUDINE.

### CAPUT I.

*Gregorius in regiſtro* (*i*).

De conſuet. cap. 1.

CONſuetudines, quæ eccleſiis gravamen noſcuntur inducere (*k*), noſtra nos decet (*l*) conſideratione remittere.

### CAPUT II.

*Alexander III.* [*m*] *pars c. Meminimus* (*n*).

De donat. cap. 3.

CEterum ſi Abbatem tuæ diœceſis aliis (*o*) donationem cum Priore, & quibuſdam (*p*) de conventu ſuo (*q*), vel ſolum Abbatem [*r*] facere contigerit, & pars conventus poſtea reclamaverit; datæ rei quantitas, & illius terræ conſuetudo, quæ tamen ſacris canonibus non manifeſte obviet (*s*), eſt diligentius attendenda: & ſecundum hoc donum eſt ratum, vel rectum (5) (*t*) judicandum. Verum ſi (*u*) alicui eccleſiæ poſſeſſio quælibet (*x*) interpoſita condicione donetur (*y*); non poteſt a donatore donatio poſtea (*z*) revocari, niſi forte tali ſit condicione donata, ut ea (*aa*) ceſſante poſſeſſio revocari debeat (*bb*).

## TITULUS IV.
## DE ELECTIONE, ET ELECTI POTESTATE, ET JURAMENTO (*cc*).

### CAPUT I.

*Lucius* (6) *Papa* (*dd*).

De Elect. cap. 1.

NUllus in eccleſia, ubi duo (*ee*), vel tres fratres (*ff*) in congregatione fuerint, eligatur presbyter, niſi eorum electione (*gg*), & convocatis eiſdem, etiam (7) parochianis (*hh*), atque in unum conſentientibus (*ii*). Si vero aliter quis (8) eccleſiam (*kk*) adeptus fuerit; eo, quod per cupiditatem illam (*ll*) adquiſierit, atque contra canonicæ regulæ diſciplinam egerit, expellatur.

CA-

[1] *hac.* (2) *pariter.* (3) *commiſſoriis.* (4) *debeant.* (5) *irritum.* [6] &. (7) *aliquis.*

*a* Sic etiam concil. & Cont. *hujuſmodi diverſitate*, vetus Tarrac. *hac diverſitate*, Rom. *b* Sic in Barcinon. *pariter*, vetus Tarrac. & Rom. & Cont. utrumque omittitur in concil.

*c* *Fuerunt* Cont. *non fuerint* concil. alia voce omiſſa.

*d* Sic concil. & Raim. vox *ſententiæ* in Rom. non eſt. *e* Sic etiam concil. *conſuevit*, Raim.

*f* Sic etiam duo veteres Gregor. & prior concil. editio, *commiſſoriis expreſſo*, vetus Tarrac. *commiſſionis expreſſe contineatur*, poſterior editio concil. *commiſſionis contineatur expreſſe* Cont. & alii. *g* *Qui judicio*, prior concil. editio, non optime. *h* Sic Barcinon. *debeant obedire*, concil. vetus Tarrac. Rom. & Gregoriani.

*i* Lib. 1. epiſt. 64. ad Felicem Epiſcopum Meſſanenſem, ut recte Ant. Contius notat.

*k* Sic in reg. inducere *dignoſcuntur*, Raim. & Cont. *l* Sic reg. & Raim. *nos deceat*, olim vetus Tarrac.

Poſt verba hujus capitis additur in regiſtro: *Ne illic aliqua cogantur inferre, unde ſibi inferenda debent potius expectare. Clericis ſiquidem, vel aliorum conſuetudinem te oportet illibatam ſervare; eiſque annis ſingulis, quæ ſunt conſueta, tranſmittere: nobis autem de cetero nequid tranſmittere debeas, inhibemus.* Sic in veteri libro *debeant potius*, eſt in editis *pro debent potius*, & *Clerici ſiquidem aliorum*, *pro Clericis ſiquidem vel aliorum*: pro *nobis autem*, quod in editis eſt, Nobis quoque eſt in veteri, quod non æque placet, *ne illuc* pro *ne illic* eſt in alio edito, & *Clericorum quidem aliorum*, pro *Clericis ſiquidem vel aliorum*, non inepte. *m* Addi poteſt, *Wigornienſi Epiſcopo*, ut ſub titulo de donationibus cap. 3. in tribus Tarrac. & in Barcinon. & in Gregor. In conciliis tamen parte 29. cap. 3. tit. de alienatione, & de earumdem recuperatione, *Idem* tantum eſt, & in uno Tarrac. d. cap. 3. & in omnibus libris tam hoc tit. quam ſub tit. de condicionibus appoſitis cap. 3. nihil additur ſupraſcriptis verbis. *n* Hæc verba omiſit Raim. addidit Cont. non ſunt in concil. neque ſub tit. de donat. in uno Tarrac. ſunt in aliis tribus Tarrac. & in Barcinon. & in omnibus libris tam hic, quam d. c. 3. de condic. app. integra clauſula videnda ſub tit. qui clerici, vel voven. cap. 6. in hac collect. & in concil. parte 6. cap. 9. & parte 21. cap. 3. *o* Vox *aliis* neque in concil. eſt, neque in Roman. neque in vet. Tarrac. neque d. cap. 3. de donat. neque in Gregor. *tuæ diœceſis*, addidit Cont. ut omiſſa a Raim.

*p* *Vel* pro & vetus Tarrac. d. cap. 3. tantum. *q* Vox *ſuo* a Raim. eſt omiſſa eſt in concil. & d. cap. 3.

*r* Hæc in concil. tantum omiſſa ſunt. *s* Sic dicto cap. 3. *manifeſte non obviet*, concil. *non obviet*, Rom. & Raim. alia voce omiſſa *non manifeſte obvient*, vetus Tarrac. olim habuit. *t* Sic in Barcin. *eſt donum ratum, vel irritum*, concil. & Raim. & vetus Tarrac. & Rom. hic, & Barcinon. & duo Tarrac. d. cap. 3. ſed in aliis duobus verbum *eſt* deſiderabatur. *u* Quæ ſequuntur, neque in Barcin. ſunt, neque in Rom. ſunt, in concil. & in veteri Tarrac. hic, & in omnibus libris ſub tit. de donat. & ſub tit. de cond. appoſ. in hac collectione. Raimundus hæc etiam ſub eod. tit. de cond. app. cap. 4. collocavit. *Unde* pro *Verum* aliquando ſcriptum eſſe apparet ex veterum ſcholiis, ſed nihil muto. *Verum cum*, concil. & Raim. & in hac collect. cap. 3. de cond. app. *x* *Qualibet* pro *quælibet*, unus ex veter. Gregor. ſolus.

*y* Sic etiam d. cap. 3. de donat. & d. cap. 3. de cond. *donatur*, concil. & Gregor. 9. *z* *Donum* pro *donatio*, concil. & Raim. & omnes libri d. cap. 3. de cond. & Barcinon. cap. 3. de donat. in aliis utraque vox deſideratur. *aa* *Collata quod ea*, concil. & dictis duobus cap. 3. *collatum, quod ea*, Raim. & Cont.

*bb* Sic in concil. *debeat revocari*, Raim. & Cont. alia voce omiſſa. *cc* Sic in veteri Tarrac. ſed in Gregor. & in Romano, & Barcinon. illa verba, & *juramento*, non ſunt. Confirmantur edita capite 20. & 21.

*dd* *Pius Papa*, vet. Tarrac. & unus ex veteribus Greg. *Lucius* Cont. & alii, neutrum Rom. In libris concil. hæc nondum verba invenimus. *ee* *In qua duo*, unus ex vet. Gregor. *ff* Hæc vox additur a Contio, a Raim. prætermiſſa. *gg* *Canonica* addit Raim. *hh* *Et* pro *etiam* vetus Tarrac. aptius. & *eiſdem convocatis etiam parochianis*, Barc. & Cont. qui hæc addidit a Raim. omiſſa. & *eiſdem convocatis*, & *parochianis*, Rom.

*ii* Sic etiam Cont. & pro *atque* Rom. *kk* Sic etiam Raim. & Cont. vox *eccleſiam* in Rom. deſideratur. *Si vero aliquis eccleſiam*, vetus Tarrac. *Si vero aliter eccleſiam quis*, Barcin. *ll* *Eam* pro *illam*, unus ex veter. Gregor.

## CAPUT II.

*Ex concilio Sardicenſi (a).*

cap. 2. eod. tit. OSius Epiſcopus dixit (*b*). Etiam ſi talis aliquis extiterit temerarius (*c*), ut fortaſſe talem excuſationem aſſerens [1] aſſeveret, quod litteras populi accepit [2] (*d*), cum manifeſtum ſit potuiſſe plures præmio [3], & mercede corrumpi eorum, qui ſinceram [4] fidem non habent (*e*), ut clamarent in eccleſia, & ipſum petere viderentur Epiſcopum (*f*): omnino has fraudes damnandas eſſe arbitror; ita ut, nec laicam in fine communionem talis accipiat (g).

*Tom. IV.* C Si

(1) *afferens.* (2) *acceperit.* (3) *pretio.* (4) *ſacram.*

*a* Sic etiam Raim. *cap.* 2. addit Burchard. recte lib. 1. cap. 19. decret. & Ivo, parte 5. cap. 73. decr. & Contius. *b* Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν. Tilius. *Hoſius* ex Græcis verbis ſcribendum, ut editum eſt, Burch. Ivo, & Raim. In uno veteri libro Græco hæc verba ſunt omiſſa, & in altera editione concilior. hoc caput priori conjungitur utrumque defendi poteſt. *c* Sic Burch. & Ivo, & corpus canonum Moguntiæ editum, & concil. & liber Veron. εἰ δέ τις τοιοῦτος εὑρίσκοιτο μανιώδης ἢ τολμηρός. Tilius: *Etiam ſi talis quis extiterit furioſus, vel temerarius*, Roman. canonum liber: *Si autem quis repertus fuerit veſanus, vel temerarius*, Veron. altera editio; quæ mihi magis probatur, ſi ante vocem *veſanus* adderetur *Ita. Si quis ita temerarius extiterit*, Raim. & Cont. qui in marg. addit. μανιώδης ἢ τολμηρός. Τὸν εἰς τοσοῦτον τόλμης καὶ μανίας ἐλθόντα. Alexius Ariſtenus: *Qui in tantam* inquit, *audaciam, & inſaniam venit.* εἰ δὲ τοσοῦτον ἐστὶ φησὶ μανιώδης τις ἢ τολμηρός. Joann. Zonaras: *Si vero ita quis*, inquit, *inſanus eſt, & audax.*

*d* Sic Barcinon. *ut fortaſſis talem excuſationem afferens aſſeveret, quod litteras populi acceperit*, Rom. & vetus Tarrac. & prior editio concil. & corpus canonum & Veron. & Burch. *quia* pro *quod*, Ivo, cetera, ut Burch. *ut talem excuſationem afferens adſeveret, quod litteras populi accepit* Raim. vox *talem* in Suriana editione conciliorum deſideratur. ὡς περὶ τῶν τοιούτων δόξαι τινὰ φέρειν παραίτησιν διαβεβαιούμενον, ἀπὸ τοῦ πλήθους ἑαυτὸν κεκομίσθαι γράμματα. Tilius: *Ut pro his rebus*, inquit, *aliquam ferre videatur excuſationem, affirmando ſe a multitudine litteras accepiſſe. Ut forſitan excuſationem afferat, quod populi litteras acceperit.* Altera editio concil. quam Dionyſii Exigui quidam dicunt, ſed fortaſſe id nomen priori editioni addendum eſt: *Et fortaſſe talem excuſationem attulerit aſſeverans, quod populi litteras acceperit*, Rom. *Qui pro talibus adferat excuſationem perſeverans ab ejus populo litteras adportando*, Veron. altera editio. ὥστε παῤῥησιασθῆναι καὶ αἰτεῖν ἐκ πόλεως εἰς πόλιν μετατεθῆναι, ὡς ἀρέσκοντα τῷ πλήθει, καὶ ἐκεῖθεν δεξάμενον γράμματα ἀξιοῦντα ἔχειν αὐτὸν ἐπίσκοπον. Ariſten. *Ut auſus ſit etiam petere*, inquit, *ut in aliam urbem transferatur, utpote cum populo gratus ſit, unde litteras acceperit, quibus petant hunc Epiſcopum deſignari.* ὥστε καὶ μετὰ τὸν κανόνα τολμῆσαι μεταπεσεῖν ἐκ πόλεως εἰς πόλιν, καὶ περὶ τούτου δοκεῖν φέρειν παραίτησιν, ἤγουν ἀπολογεῖσθαι καὶ παραιτεῖσθαι τὴν μέμψιν, ἀντὶ τοῦ ἀποσκευάζεσθαι διαβεβαιούμενος ἤτοι ἐνιστάμενος, κεκομίσθαι αὐτὸν γράμματα ἀπὸ τοῦ πλήθους τῆς πόλεως, μετακαλούμενα αὐτὸν εἰς τὴν ἐπισκοπήν. Zonar. *ut etiam poſt canonem audeat ex urbe ſua in aliam abire, & ut de ea re videatur excuſationem adferre, hoc eſt reſpondere, & ſe a crimine excuſare, ita machinatur, ut conſtanter affirmet, attuliſſe litteras ſe a magna civitatis parte, qui vocaverint eum, ut in ea ſede collocaretur.* καὶ οὗτος ὁ κανὼν τοῦ πρώτου ἐξέχεται. τινῶν γὰρ ἐπισκόπων αἰτιωμένων διὰ τὴν ἐκ πόλεως εἰς πόλιν τούτων μετάστασιν. καὶ ἐπιχειρούντων παραιτεῖσθαι, ἤγουν ἀποσκευάζειν ἐξ ἑαυτῶν τὴν αἰτίασιν, ἐκ τοῦ λέγειν διὰ γραμμάτων τοῦ πλήθους τῆς πόλεως μεταπεσεῖν ἐκ τῆς λαχούσης αὐτούς. Theodorus Balſamon. „ Perſequitur hic canon prioris “ inquit „ ſententiam. Cum enim quidam Epiſcopi accuſati eſſent ob muta„ tionem urbium, & conarentur ſe excuſare, ſive repellere a ſe eam accuſationem, adſerebant habuiſſe a „ populo ſe litteras, ideoque ſe a propria urbe in illam veniſſe “. Primum caput ejuſdem concilii tam a Bern. Papienſ. quam a Raim. poſitum eſt ſub titulo de clericis non reſidentibus.

*e* Sic Barcinon. & Burch. *eos* pro *eorum*, corpus canon. & prior editio concil. & Rom. 1. collect. *pretio* pro *præmio* Rom. *ſacram* pro *ſinceram* vetus Tarrac. *potius potuiſſe*, Ivo pro *potuiſſe*, cetera, ut edita ſunt, *paucos* pro *plures*, Suriana concil. editio *Cum ſit manifeſtum potuiſſe plures eorum, qui ſinceram fidem non habent, præmio & mercede corrumpi*, Raim. & Cont. *Cum manifeſtum ſit præmio, & mercede paucos, qui fidem ſinceram non habent, potuiſſe corrumpi.* Altera concil. editio. δῆλόν ἐστιν, ὀλίγους τινὰς δεδυνῆσθαι μισθῷ καὶ τιμήματι διαφθαρέντας. Tilius: *Manifeſtum eſt autem illum præmio paucos, ac mercede corrumpi eorum &c.* Veronenſ. unus, *Certum eſt potuiſſe paucos quoſdam mercede, & pretio corruptos in eccleſiis ſeditiones moviſſe, non habentes fidem ſinceram.* Alter Veron. aptius *Manifeſtum eſt autem potuiſſe paucos præmio, & mercede corrumpi eos, qui ſinceram fidem non habent.* Roman. ὅπερ δῆλον ἐστὶν ἐκ μηχανῆς καὶ τέχνης αὐτοῦ γίνεσθαι. ὀλίγους τινὰς ἰσχύσαντος μισθῷ καὶ τιμήματι διαφθεῖραι. Ariſten. *Quod conſtat*, inquit, *dedita opera, & artificioſe ab eo fieri, ut paucos aliquot mercede, & pretio corumpere potuerit.* δῆλον ὅτι ὀλίγους τινὰς ἠδυνήθη πεῖσαι στασιάζειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀξιοῦντας ἔχειν αὐτ' ἐπίσκοπον. καὶ ἐκείνους δὲ ἐμισθώσατο, καὶ ἠγόρασε τὸ ζητεῖσαι αὐτὸν δοὺς αὐτοῖς χρήματα, ἅ τινα καὶ μισθὸν καὶ τίμημα ὠνόμασεν ὁ κανών. Zonar. *Certum eſt*, inquit, *potuiſſe paucos quoſdam ſubornari, ut in eccleſia tumultuarentur, dum peterent illum Epiſcopum, atque eos conduceret, atque emeret ad petendum pecunia eis data, quam & mercedem, & pretium canon vocat.* ὥρισαν οἱ πατέρες μηδὲ τοῦτο εἰς ἀπολογίαν ἀρκεῖν. ὅτι τῶν εἰκότων ἐστὶ, ῥᾳδιουργηθῆναι τοιαῦτα, διά τινων ὀλίγων ἐποίκων τῆς πόλεως διαφθαρέντων νομίσμασι, καὶ οἷον μισθωθέντων. Balſam. *Decreverunt*, inquit, *patres, ne hoc quidem in defenſionem prodeſſe; nam veriſimile eſt, hæc facile machinari per paucos urbis incolas pecunia corruptos, ac veluti mercede conductos.* Illa verba, *qui ſinceram fidem non habent*, in Latinis libris ſunt, non in Græcis.

*f* Sic utraque editio concil. & Roman. & alter Veron. & corpus can. & Burch. & Ivo vox *Epiſcopum* a Raim. eſt omiſſa, addit eam Contius, aitque ſic in veteri compilatione, & in Græcis, & Latinis conciliis eſſe. *Epiſcopum viderentur petere*, eſt in vet. Tarrac. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ στασιάζειν, ὡς δῆθεν ἀξιοῦντας τὸν αὐτὸν ἔχειν ἐπίσκοπον. Tilius: *in eccleſiis ſeditiones moviſſe, non habentes fidem ſinceram, tamquam rogantes eundem habere Epiſcopum.* Veron. alter. καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καταστήσαντας στασιάζειν. ὡς δῆθεν αἰτεῖν ἔχειν αὐτὸν ἐπίσκοπον τὸν τοιοῦτον. Ariſten. *atque in eccleſia conſiſtentes ſeditionem moveant, ut petere eundem Epiſcopum videantur.*

*g* Sic utraque conciliorum editio, verborum ordine in Dionyſii editione mutato. *Laicam communionem in fine accipiat talis*, pro *ita ut*, eſt in Suriana editione *hoc modo, ut*, in priore editione. vox *talis* in Rom. deſideratur: eſt apud Burch. & in Roman. canon. & in corp. can. & in Veron. altero *ne laicam* pro *nec laicam*, Ivo cetera,

Si vero omnibus placet, ſtatuite: ſynodus reſpondit, placet (*a*).

## CAPUT III.

### *Urbanus Papa I.* (*b*)

SI quis presbyter nolentibus clericis eccleſiam adeptus fuerit, & eo diſcordante ab eccleſia diſceſſerint clerici (*c*), vel alii venire contempſerint; quoniam contra canonum decreta agere dignoſcitur, excommunicetur, & a limine eccleſiæ privetur, dicente Propheta, *Væ ſoli*, &c. (*d*)

(1) *provinciales.*

## CAPUT IV.

### *Ex concilio Arelatenſi* (*e*).

NEC Epiſcopus (*f*) ſine Metropolitani permiſſu, nec Epiſcopus Metropolitanus (*g*) ſine tribus (*h*) Epiſcopis comprovincialibus præſumat Epiſcopum ordinare, ita ut alii Epiſcopi comprovinciales (1) epiſtolis admoneantur (*i*), ut ſe ſuo (*k*) reſponſo conſenſiſſe ſignificent. Quod ſi inter partes aliqua fuerit dubitatio (*l*), majori numero (*m*) Metropolitanus in electione (*n*) conſentiat. De temp. ordin. c. 7.

CA-

tera, ut edidimus. *Omnino fraudes has damnandas eſſe arbitror, ita ut nec laicam in fine communionem, niſi de hoc pœnituerit, talis accipiat*, Raim. ſolus pro *fraudes* Cont. in marg. ῥαδιουργίας καὶ τέχνας. & pro *nec laicam in fine*, ſcribit, *ne in fine quidem.* καθάπαξ οὖν τὰς ῥαδιουργίας τὰς τοιαύτας καὶ τέχνας κολαστέας εἶναι νομίζω, ὥστε μηδένα τοιοῦτον μηδὲ ἐν τῷ τέλει λαϊκῆς γοῦν ἀξιοῦσθαι κοινωνίας. Tilius: *Pariter igitur verſutias, & artes hujuſmodi amputandas puto; & tales ne in fine quidem merere communionem*, Veron. alter. ὡς ἄγαν τολμηπὸν καὶ ἀπονενοημένον μεγάλως κατεδίκασεν. ἀπεφήνατο γὰρ μηδὲ ἐν τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου κοινωνίας ἀξιοῦσθαι. Ariſten. *ut valde audax*, inquit, *facinus, & deteſtandum graviter damnatur, decrevit enim, ne in exitu quidem vitæ communionem habiturum.* Id notandum eſſe addit, quod raro, vel numquam eam pœnam canones indixerint. εἴτις ἐκ πόλεος εἰς πόλιν μεταβὰς κατασπάζει τῷ πλήθει ἀρέσκων, καὶ οὐ συμμαχούμενος, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τέλει ἀκοινώνητος. Idem in epitome: *Si quis in aliam*, inquit, *urbem migrans ſeditione mota quaſi multitudini gratus, non repugnaverit, etiam in ipſa morte non communicet.* τὰς τοιαύτας ῥαδιουργίας ἤτοι δολιότητας καὶ τέχνας παρὰ ἐπισκόπων γίνεσθαι, κολάσεως ἐστὶν ἄξιον. ἡ δὲ κόλασις, τὸ μηδένα τοιαῦτα ποιοῦντα, μηδὲ θνήσκοντα ὡς λαϊκὸν ἀξιοῦσθαι κοινωνίας. τοῦτο δὲ δείκνυσιν, ὅτι οὐδὲ τοῖς πιστοῖς αὐτὸν συναριθμεῖ ὁ κανὼν, ἐπεὶ οὐδὲ ἐν τῷ παραχωρεῖ μεταλαβεῖν αὐτόν. Zonaras: *Has verſutias* inquit, *ſive fraudes, atque artes ab Epiſcopis fieri, pœna dignum eſt: pœna erit, ut nemo id agens, ne moriens quidem, ut laicus communione fruatur*: „ Eo ſignificatur non eum in fidelibus canonem connumerare, cum ne in „ morte quidem permittat participem communionis fieri “. ὅθεν καὶ ἐκόλασαν τοὺς ταῦτα τεχναζομένους ἐπισκόπους διὰ παντελοῦς ἀποκηρύξεως. ὥστε μηδὲ θνήσκοντας αὐτοὺς ὡς λαϊκοὺς ἀξιοῦσθαι συνωνίας. Theodorus: „ Quamobrem eos Epiſcopos, qui hæc fuerint machinati, graviter punit ſynodus: ut ne morientes „ quidem, ut laici digni ſint communione. Addit poſtea, ſi ſine fraude fuerint vocati, an ſine pœna conſentire poſſint; aut in eandem incidant pœnam, & putat hos deponendos eſſe, quod illis conſenſerint, quos „ eccleſia non recipit “.

*a* Sic prior editio concil. & corpus canon. & Raim. *Si vobis* pro *Si vero* Burch. & Ivo, & Rom. & Veron. alter, & Suriana editio conciliorum: *Quod ſi vobis omnibus placet, ſtatuite. Univerſi dixerunt, Placet.* Dionyſ. εἰ τοίνυν ἀρέσκει ἡ γνώμη αὕτη ἀποκρίνασθε. ἀπεκρίναντο. τὰ λεχθέντα ἤρεσεν. Tilius: *Si igitur placet hæc ſententia, reſpondete. Et dixerunt: Recte dicta placent.* Veron. alter.

Non omittam in veteribus libris hoc non Sardicenſe, ſed Serdicenſe concilium appellari, & Serdicam dici recte poſſe veterum monumenta confirmant. Eam urbem in Illyrico eſſe ait Theodoretus in hiſt. eccleſ. Antonin. Serdica inter Viminacium, & Philippopolim collocatur, a Ptolemæo intra Myſiam, & ad Aemum montem. Quis uſus ſit hoc tempore hujus conſtitutionis, non facile dixerim.

*b* Hujus capitis verba non alibi invenimus. *c Diſceſſerit* pro *diſceſſerint* Rom. altera voce omiſſa, quæ etiam in veteri Tarracon. non eſt, ego nihil muto.

*d Etc.* neque in Rom. eſt, neque in veteri Tarrac. eſt in Barcinon. Prophetam appellat Eccleſiaſten, cujus cap. 4. hæc verba ſunt: *Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quam unum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem ſe.* Αγαθοὶ οἱ δύο ὑπὲρ τὸν ἕνα. οἷς ἐστὶν αὐτοῖς μισθὸς ἀγαθὸς ἐν μόχθῳ αὐτῶν. ὅτι ἐὰν πέσωσιν, ὁ εἷς ἐγερεῖ τὸν μέτοχον αὐτοῦ. καὶ οὐαὶ αὐτῷ τῷ ἑνί. ὅταν πέσῃ, καὶ μὴ ᾖ δεύτερος τοῦ ἐγεῖραι αὐτόν. LXX. apud Complut. pro *emolumentum ſocietatis*, eſt in Græcis verbis, *proba merces in eorum labore*, & pro *fulcietur*, eſt *erigetur*, & pro *ſi unus ceciderit*, eſt *ſi ceciderint.* Utitur eadem ſententia Toletanum concilium XI. cap. XIV. quod refert Grat. 7. q. 1. cap. 15. ILLUD DIVINI, & de conſecr. diſt. 1. cap. 57. UT ILLUD. *ex decretis Soteris Papæ*, mendoſe, & apud Burch. lib. 3. cap. 73. & Ivonem parte 2. cap. 126. decreti. Ut Salomonis dictum refertur ab Alexand. 3. in concilio Lateran. cap. 10. ut ſub tit. de ſtatu monachorum cap. 2. dicemus.

*e* Adde *ſecundo cap.* 5. ex conciliis: vox *ſecundo* non eſt apud Burch. lib. 1. cap. 27. eſt apud Ivonem parte 5. cap. 138. decreti. *ex concilio Aurelianenſ. cap.* 1. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 8. Panormiæ, ut editum eſt, Raim. *Cap.* 6. addit Contius in marg. & idem refert cap. 4. Nicæni concilii idem ſtatui: ejus verba ſunt apud Gratian. diſt. 64. cap. 1. & 7. & 8. *f Nullus Epiſcopus*, concil. Burch. & Ivo. *Nec epiſcopi* Raim. & Cont.

*g* Sic concil. & Burch. & Ivo in Panorm. vox *Epiſcopus* omittitur ab Ivone in decreto, & a Raim. & Contio, & a Barcinon. *h Vel duobus*, addit Raim. ſolus. *i Admoneantur epiſtolis* Raim. vox *Epiſcopi* neque apud Burchard. neque in concil. neque in veteri Tarrac. eſt. *provinciales Epiſcopi admoneantur*, Rom. omiſſa voce *epiſtolis. Comprovinciales Epiſcopi admoneantur*, Ivo utrobique, eadem voce omiſſa.

*k* Vox *ſe* in vet. Tarrac. ſolo deſideratur. *l* Sic Burch. & Ivo utrubique *nata fuerit dubitatio*, concil. *dubitatio fuerit*, Raim.

*m* Sic omnes præter Burch. editum, in quo vox *numero* deſideratur, in veteri ea vox eſt.

*n* Hæc omiſit Raim. addidit Cont. ſunt in ceteris, præter Rom.

UNED

## CAPUT V.

*Lucius III.* (*a*) *Decano*, & *canonicis Voceſtem* (*b*).

QUia requiſiſtis a nobis, utrum ad electionem faciendam procedere debeatis, proponentes, quod eam ſine aſſenſu regio facere non audetis, ſi aliter fieri non poſſit, ad H. dilectum filium noſtrum in Chriſto Regem Angliæ accedentes, ei ſtudioſius inſinuetis B. quondam (*c*) Epiſcopum veſtrum perpetuo eſſe depoſitum, & ejuſdem Regis impetrato aſſenſu, in perſonam honeſtam, litteratam, & idoneam unanimiter conveniatis, & eam (*d*) in paſtorem, & Epiſcopum eligatis concorditer (*e*): ut ejus providentia, & gubernatione eccleſiæ tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus grata valeant incrementa providere (*f*).

## CAPUT VI.

*Ex decretis Theodori* [*g*].

POrro, quod Epiſcopus non ab uno, ſed a cuntis comprovincialibus Epiſcopis conſecretur; ideo eſt ſtatutum, ut non aliquid contra fidem eccleſiæ invitis Epiſcopis tyrannica auctoritas moliretur: propterea ab omnibus convenientibus conſtituitur; ut non minus, quam a tribus præſentibus conſecretur; ceteris tamen conſentientibus teſtimonio litterarum. In ordinatione autem (*h*) Epiſcopi, ipſe, qui ordinat, miſſam celebrare debet, & qui ordinatur, ſimiliter.

## CAPUT VII.

*Item ex concilio Arelatenſi* (*i*).

PLacuit, ut ſicubi (*k*) contigerit (*l*) duos Epiſcopos conſecrare tertium [*m*], ipſe, & auctores damnentur [*n*], quo cautius ea, quæ fuerunt (*o*) antiquitus ſtatuta, ſerventur.

## CAPUT VIII.

*Ex concilio Gabilonen.* [1] (*p*)

PLacuit, ut ſervato (*q*) primatu Metropolitano (*r*), ceteri Epiſcoporum [*s*] ſecundum ſuæ ordinationis tempus alius alii ſedendi locum deferat (*t*).

## CAPUT IX.

*Lucius Papa* (*u*).

SI Archiepiſcopus obierit [*x*], & alius [2] ordinandus Archiepiſcopus fuerit De temp. ordin. c. 6.

C 2

(1) *Cabilonen. malo.*

(2) *alter.*

*a* Hoc caput, & tria alia, quæ poſtea ſequuntur, in ſolo Barcinonenſi libro extabant: in veteri Tarraconenſi, & in Romano non erant. Hoc tamen caput repetitum eſt in 2. collect. cap. 2. eodem titulo hac inſcriptione: *Alexander III. Decano*, & *Capitulo* *. *b* Mendoſam eſſe hanc vocem exiſtimo: ſed quid ſubſtitutam, non habeo forte *Roceſtren.* ſcribendum: ſic enim *Roſenſis* eccleſia in Britannia appellatur.

*c* Sic d. cap. 2. ſed in uno Tarrac. *H.* pro *B.* eſt *d* Sic d. cap. 2. & *eum*, unus Tarracon.

*e* Hæc vox deſideratur d. c. 2. *f In eccleſia incrementa merito provenire*, d. cap. 2. *merita* pro *incrementa merito* unus Tarrac. *g Ex dictis Theodori Archiepiſcopi*, apud Burch. lib. 1. cap. 225. & Ivon. lib. 3. tit. 2. cap. 12. Panorm. *Theodoti*, ait idem Ivo parte 5. cap. 338. decreti, non ſine mendo. Fuit autem hic Theodorus, ut accepi, Cantuarienſis Archiepiſcopus, ejuſque citatur ſæpe Pœnitentiale. Burchardus vero, & Ivo tantum referunt poſtremam clauſulam hujus capitis. *h* Vox *autem* a Burchard. & Ivone eſt omiſſa.

*i Ex concilio Arauſico cap.* 20. ex Burch. lib. 1. cap. 30. & Ivone lib. 3. tit. 2. cap. 13. Panorm. cap. 21. idem Ivo parte 5. cap. 141. decreti, & concil. *Auraſico cap.* 20. Gratian. ſive Palea diſt. 64. cap. 3.

*k* Ante hæc verba eſt in conciliis: *Duo ſi preſumpſerint ordinare Epiſcopum in veſtris provinciis*, (alias noſtris) *placuit de præſumptoribus*, *ut ſicubi*. Apud alios ita eſt: *De abjectione ejus*, *quem duo præſumpſerint ordinare Epiſcopi*, *in noſtris provinciis*, *placuit de præſumptoribus ut ſicubi*, Burch. & Ivo in decreto. *De abjectione*, & *ambitione ejus* &c. *in veſtris* &c. Panorm. & Palea, cetera, ut Burch. & *ambitione*, non ſunt in uno ex veter. Grat. libris. vox *Epiſcopi* in eodem non eſt. in editis male *præſumptionibus* pro *præſumptoribus* ſcribitur.

*l* Scribe *contigerit*. *m Tertium conſecrare* &c. Burch. & Ivo utrubique *tertium ordinare* &c. Palea, *invitum Epiſcopum facere*; *auctoribus damnatis*, *unius*, *eorum eccleſiæ ipſe*, *qui vim paſſus eſt*, *ſubſtituatur*, *ſi tamen vita reſpondet*, & *alter in alterius dejecti loco nihilominus ordinetur. Si voluntarium duo fecerint*, & *ipſe damnabitur* &c. concil.

*n Damnabuntur*, Burch. & Ivo. & *Epiſcopi*, & *auctores damnabuntur*, Palea. *actores* pro *auctores* eſt in duodus veteribus Grat. libris. *o* Sic Burch. & Ivo, & Palea, *quæ fuerunt*, concil. vetus editio. *quæ ſunt*, recenſ.

*p Capite ſexto*, addit Grat. ſive Palea diſt. 18. cap. 1. ex concil. Cabilon. cap. 7. Burch. lib. 1. cap. 55. cap. 6. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 8. Panorm. & parte 5. cap. 165. decreti. In duobus Cabilonenſibus conciliis, quæ extant, hoc caput non legi. In uno veteri Grat. libro hoc eſt cap. 8. diſt. 17. non male.

*q Conſervato*, Palea. *Item placuit*, *ut conſervato*, Burch. & Ivo in decr. *Item placuit*, *ut ceteri metropolitani conſervato*, Panorm. *r Metropolitani primatu*, Palea. *Metropolitani*, *Epiſcopi primatu*, Burch. & Ivo in decr. *primatu Metropolitani*, Panorm. *Metropolitani primatu Epiſcopi*, tres ex veter. Grat. libris. *metropolis primatu*, unus.

*s* Sic etiam Burch. & Ivo in decr. *ceteri Epiſcopi*, Palea *ut ceteri Metropolitani conſervato primatu Metropolitani Epiſcopi*, Panorm. non recte. *ceteri Epiſcoporum*, tres ex veter. Gratian. libris.

*t Sedenti deferat locum*, Burch. & tres ex veter. Grat. libris. *deſerat locum*, Panorm. alia voce omiſſa, *deferat locum*, Palea, *ſedendi* etiam voce omiſſa. *Sedendi deferat locum*, Ivo in decr. & in marg. *ſedenti.*

Poſt hujus capitis verba addit Ivo in decreto: *Qui poſterius ordinati ſunt*, *prioribus ſe non audeant anteferre.* Hæc in aliis libris non ſunt. Sed ſunt ex epitome proximi capitis ſumpta, quod eſt ex concilio Africano cap. 53. apud Burch. lib. 1. cap. 56. & apud Ivon. cap. 166. d. partis 5.

*u Anicius Papa eccleſiis per Galliam conſtitutis*, Burch. lib. 1. cap. 28. *Anicius Rom. eccleſiæ Epiſcopus univerſis Epiſcopis*, Anſelm. Lucenſ. lib. 6. cap. 34. *Anicius Epiſcopus omnibus Epiſcopis*, Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 3. Panorm. *Anicetus* Ivo parte 5. cap. 139. decreti, cetera, ut Burch. id ipſum confirmatur ex ipſa Aniceti epiſtula. *Lucius III.* Raim. & Cont. mendoſe. Hoc eſt cap. 5. in vet. Tarrac. & in Rom.

*x* Ante hæc verba addi poſſet. Pars cap. BONORUM. Hoc enim eſt epiſtulæ initium. *Bonorum operum*, & *ſpiritalium ſtudiorum Deum auctorem eſſe non dubium eſt*, *qui bonorum hominum incitat mentes*, & *adjuvat actiones.* Et poſt alia: *De ordinationibus vero Epiſcoporum*, *ſuper quibus nos conſulere voluiſtis*; *olim in ſancti prædeceſſoris noſtri Anacleti ordinationibus quædam jam decreta reperimus*: ſunt autem ea in Anacleti epiſt. 2. ex qua quædam apud Grat. relata ſunt, diſt. 66. cap. 2. In quibus eſt, ut fuerit ab Apoſtolis traditum, non a minori numero, quam a tribus Epiſcopis ordinari Epiſcopum debere. Tum hæc adduntur: *Sed creſcente numero Epiſcoporum*, *niſi neceſſitas intervenerit*, *debent etiam plures augeri*: *ideſt ſi Archiepiſcopus diem obierit* &c. Apud Burch. & Ivon. in decreto initium hujus capitis eſt ab illis verbis: *De ordinationibus* &c. apud Panorm. & Anſelm. ab his ipſis *Si Archiepiſcopus*. Grat. pauca quædam refert diſt. 64. cap. 4. & diſt. 66. cap. 1. vox *id eſt* ex conciliis rela-

ta

erit (*a*); omnes ejuſdem provinciæ Epiſcopi ad ſedem metropolitanam veniant (1) (*b*), ut ab omnibus ipſe (2) eligatur, & ordinetur (*c*): oportet autem (*d*), ut ipſe [*e*], qui illis omnibus præeſſe debet, ab omnibus illis (*f*) eligatur, & ordinetur. Reliqui vero comprovinciales [3] (*g*) Epiſcopi, ſi neceſſe fuerit, ceteris conſentientibus, a tribus juſſu Archiepiſcopi conſecrari poſſint (4) Epiſcopis (*h*). Sed melius eſt, ſi (5) ipſe (*i*) cum omnibus eum, qui dignus eſt, elegerit, & cuncti pariter eum conſecraverint Pontificem (*k*): & infra. Illud autem (*l*), quod de Archiepiſcopi conſecratione [*6*], ordinatione (*m*) &c. ut in tractatu ordinandorum [7] (*n*).

## CAPUT X.

*Gregorius in Regiſtro* [*o*].

SÆpius a nobis Paulus frater, & coepiſcopus noſter petiit, ut (*p*) eum ad propriam reverti faceremus eccleſiam: quam petitionem neceſſario dignum duximus adimplere (*q*): proinde clerum metropolitanum (8) (*r*) facias duos [*s*], vel tres de (*9*) ſuis (*t*) eligere, & huc ad eligendum Epiſcopum mittere [*u*]. Sed ſua (*x*) nobis relatione inſinuent, quoniam ii, quos tranſmiſerint, omnium in hac electione vice funguntur (*y*), ut eccleſiæ illi valeat Epiſcopus ordinari (*z*).

## CAPUT XI.

*Idem* (*aa*).

POſtquam is (10), qui &c. (*bb*) & infra. Petentium deſideria (*cc*), ſi nihil (*dd*) eſt, quod electum (*ee*) impediat, impleantur: cujus vita, vel actus, quia melius poſſunt illic (*ff*) ubi eſt (*gg*) converſatus, cognoſci [11] (*hh*), ibidem inquirantur [*ii*]. De elect. c. 3.

## CAPUT XII.

*Cyprianus* [*kk*].

PLebs obſequens (*ll*) dominicis præceptis a pec-

[1] *conveniant.* (2) *ipſis.* [3] *provinciales.* (4) *poſſunt.* (5) *ut.* (6) *electione.* (7) *ordinatorum.* (8) *Neapolitanum.* alii, *eccleſiæ Neapolit.* (9) *ex.* (10) *his.* (11) *agnoſci.*

ta neque in Burchardi, neque in Ivonis decreto eſt, ſed in eiſdem eſt; *Si autem Archiepiſcopus obierit. Si Archiepiſcopus diem obierit*, Anſelm. Ut editum eſt, Panorm. & Raim.

*a* Sic Barcinon. *alter* pro *alius*, vetus Tarrac. & Burch. & Ivo in decreto, *& alter Archiepiſcopus ordinandus fuerit*, Rom. *& alter ordinandus Archiepiſcopus electus fuerit*, concil. & Anſelm. *fuerit electus*, Panorm, cetera, ut Anſelm. *& alter fuerit ordinandus*, Raim. & Cont.

*b Conveniant* Rom. & Burch. *veniant*, Ivo in decreto. *metropolitani conveniant*, Anſelm. & Panorm. *ad ſedem metropoleos conveniant*, concil. *omnes Epiſcopi ejuſdem provinciæ ad ſedem metropolitanam conveniant*, Raim. & Cont. *Archiepiſcopus ab omnibus ſuæ provinciæ Epiſcopis ordinetur*, ſolus Grat.

*c* Sic etiam Burch. *ipſis* pro *ipſe*, Rom. *Epiſcopis* Ivo in decr. *ut ab omnibus ipſe ordinetur*, concil. Panorm. & Anſ. *ut ab omnibus ordinetur*, Raim. & Cont. *d* Hanc clauſulam omittunt Raim. & Cont. & Rom. habent. Burch. Ivo, Anſelm. & concil. *enim* pro *autem* aliquando fuit in veteri Burch. libro.

*e* Hæc in Panorm, omiſſa ſunt, ceteri habent. *f* Vox *illis*, in vet. Tarrac. deſideratur. *ut ab omnibus illis*, Panorm. *ab illis omnibus*, Ivo in decret. ut editum eſt, concil. Burchard. & Anſelm.

*g Provinciales* Rom. ſolus. *h Epiſcopi* pro *Epiſcopis* vetus Tarrac. *poſſunt epiſcopis*, Rom. Ivo in decreto, & vetus Burch. lib. & duæ poſtremæ conc. editiones. *poſſunt Epiſcopi*, prima editio concil. Burch. editus, Panorm. & Anſelm. *a tribus juſſu Archiepiſcopi poterunt ordinari*, Raim. & Cont. *a tribus Epiſcopis juſſu Archiepiſcopi conſecrari poſſunt*, Grat. d. 64. cap. 4. *i Ut ipſe*, Rom. ſolus aptius. *k* Vox *eum* non eſt in veteri Tarrac. neque in Burch. neque in decreto Ivon. in quo in marg. eſt. *Pontifices*, *& eum pariter conſacraverint Pontificem* Panorm. *cuncti pariter ſacraverint Pontificem*, concil. & Anſelm. *cuncti pariter Pontificem conſecraverint*, Raim. & Cont. *l* Vox *autem* in Rom. deſideratur: *Et licet iſtud neceſſitate cogente conceſſum ſit*, *illud tamen &c.* concil. & Ivo in decreto, *autem* pro *tamen* Burch. & Panorm. & Anſelm. cetera, ut concil. *Hoc autem*, Grat. aliis omiſſis. Raimund. recte omnia prætermiſit. *m* Sic Barcin. *conſecratione*, *vel electione*, vetus Tarrac. *ordinatione* Rom. & Grat. editus alia voce omiſſa, *conſecratione*, concil. Burch. Ivo, & Anſelm. altera voce omiſſa, & veteres Grat. libri quinque. *n Ordinatorum*, vetus Tarrac. quod non æque placet. Ex hoc apparet Bern. Papienſ. habuiſſe rationem collectionis Gratiani, & noluiſſe repetere, quæ is conſcripſiſſet. Namque tractatus ordinandorum appellari ſolet a Gratiano, a diſtinct. 23. uſque ad quæſtionem primam ſive cauſam conſcripta. Interpretes quoque veteres Alanus, Vincentius, Tancredus, Laurentius, & ceteri, cum capita collectionis illius referunt, ſemper *ſupra* addunt, perinde ac ſi poſt Gratiani volumen hoc adſcriptum eſſet. Si quis hanc clauſulam integram deſideret, videat cap. 1. diſtinct. 66. vel potius epiſt. Aniceti Papæ.

*o Petro ſubdiacono Campaniæ*, lib. 2. Indict. 11. epiſt. 35. cap. 74. *p Petit*, *ut*, vetus Tarrac. *expetiit*, *ut*, Regiſtr. *q* Vox *dignum*, in Rom. deſideratur: *Quod quia rationabile eſſe perſpeximus*, *ejus petitionem neceſſario duximus adimplendam*, Regiſtr. *r Neapolitanum*, Rom. *eccleſiæ Neapolitanæ*, vetus Tarrac. *Proinde experientia tua clerum eccleſiæ Neapolitanæ conveniat*, Regiſtr. *s Quatenus duos*, regiſtr.

*t* Sic etiam regiſtr. *ex ſuis*, vetus Tarrac. *u Tranſmittere non omittant*, regiſtr. *x Sed & ſua* regiſtr.

*y Fungantur*, regiſtr. *z Illi Deo auctore ſuus Antiſtes valeat ordinari. Nam amplius eam ſine proprio non patimur eſſe rectore. Qui ſi fortaſſe admonitionem tuam quolibet modo differre temptaverint*, *eccleſiaſticum in eos vigorem exerce. Nam pravitatis in ſe dabit indicium*, *quiſquis in hoc non ſponte conſenſerit*, regiſtr. cetera omittenda eſſe duximus.

*aa Gregorius III.* Raim. & Cont. *Greg. IX.* vetus liber, non recte. *Idem Anthemio ſubdiacono Campaniæ*, ſcribendum ex lib. 8. epiſt. 18. regiſtri B. Gregorii vox *Campaniæ* in editis non eſt ſed in veteribus.

*bb His* pro *is*, vetus Tarrac. non recte. *Poſtquam*, *& infra*, Raim. & Cont. Integra clauſula hæc eſt: *Poſtquam is*, *qui ad Epiſcopatum Surrentinæ civitatis electus fuerat*, *aptus nobis viſus non eſt; Amandum presbyterum oratorii ſancti Severini*, *quod in caſtro Lucullano ſitum eſt*, *elegerunt*, *Ea propter experientiæ tuæ præcipimus*, *ut eundem presbyterum excuſatione poſtpoſita*, *ſub omni ad nos ſtudeat feſtinatione tranſmittere*, *quatenus petentium &c.*

*cc* Sic etiam regiſtr. *Confirmationem petentium deſideria*, Raimund. & Cont.

*dd* Sic etiam Raim. *cum Chriſti auxilio ſi nihil*, regiſtr. plenius. *ee* Sic etiam Raim. *quod eum*, regiſtr.

*ff* Sic etiam in regiſtr. *poſſent illic*, vetus Tarracon. *poſſunt* Raimund. altera voce omiſſa.

*gg* Sic etiam Raim. *ubi diu eſt*, Regiſtr. *hh Agnoſci*, regiſtr. & vetus Tarracon. & Rom. *cognoſci* Barcin. & Raim. editi libri, *agnoſci*, unus ex veteribus. *ii Inquirantur ibidem*, Raim. *Curæ tuæ ſit cum fratre*, *& coepiſcopo noſtro Fortunato de eo diligenter inquirere. Et*, *ſi nulla ſunt*, *quæ ad ſacrum ordinem obſiſtere valeant*; *ad nos debet omni poſtpoſita tarditate tranſmitti*, regiſtr. Quæ poſtea ſcribuntur, omitti potuerunt.

*kk* Adde *lib. 1. epiſt.* 4. quæ in ſynodo ſcripta eſt ad Felicem presbyterum, & plebes Legionenſ. & Auſtricenſ. & ad Ælium diaconum, & plebem Emeritenſem. *ll* Ante hæc verba initium epiſtulæ adſcribi potuit, quod

eſt

peccatore præpoſito (1) (*a*), ſi ſit præciſus ab eccleſia (*b*) ſeparare ſe debet (*c*), nec ſe ad ſacrilegi ſacerdotis (*d*) officia miſcere (2) (*e*): quoniam ipſa plebs (*f*) maxime habet poteſtatem (*g*), vel eligendi dignos ſacerdotes (*h*) vel indignos recuſandi.

## CAPUT XIII.

*Leo Papa III. (i) Teſſalon. Epiſcopo, vel Primati (k).*

SIcut juſtas (*l*) electiones nullis dilationibus volumus fatigari; ita nihil permittimus te ignorante præſumi.

## CAPUT XIV.

*Alexander III.* I. (*m*) *Presbytero, Cardinali, & Apoſt. Sed. Leg.*

De electione c. 5. QUod diligentia (3) (*n*) tua per dilectum filium noſtrum S. a nobis ſollicite (*o*) requiſivit, an electionem electi (4) [*p*], qui nuper ab jurato (*q*) ſchiſmate ad unitatem eccleſiæ, & devotionem noſtram [*r*] rediit, confirmare (5) debeas (6) (*s*), id tibi (*t*) duximus reſpondendum: quod ſi a ſchiſmatico nullum ordinem ſuſceperit (7) (*u*), & ejus electio unanimiter, & concorditer [*x*] fuerit ſecundum normam canonum [8] facta (*y*); dummodo alia [*z*] non impediant, tuam confirmationem ratam habemus, mandantes, ut eum* facias [*aa*] a catholicis Epiſcopis ſuffraganeis Aquilejenum (*bb*) eccleſiæ in Epiſcopum ordinari; ſalva tamen (*cc*) debita juſtitia, & reverentia ejuſdem eccleſiæ (*dd*), tunc cum catholica fuerit (*ee*), cum nec canones [*ff*], nec conſuetudo Romanæ (*gg*) eccleſiæ habeant [9] (*hh*), ut aliquis delegatos a Romana eccleſia judices valeat recuſare [*ii*], niſi eis fuerit appellationis [*kk*] remedium obſervatum. * *tum.*

## CAPUT XV.

*Idem in concilio (10) Lateran. (ll).* cap. 6. eod.

LIcet de vitanda [*mm*] diſcordia in electione ſummi Romani Pontificis [*nn*] manifeſta ſatis a prædeceſſoribus noſtris conſtituta (*oo*) manaverint: quia tamen (*pp*) ſæpe poſt illa

(1) *preſbytero.* [2] *immiſcere.* (3) *dilectio.* (4) *electio ejus.* [5] *confirmari.* [6] *debeat.* [7] *ſuſcepit.* (8) *canonicam.* (9) *habeat.* (10) *Ex concilio.*

eſt hujuſmodi: *Cum in unum conveniſſemus, legimus litteras veſtras, fratres dilectiſſimi, quas ad nos per Felicem, & Sabinum Coepiſcopos noſtros pro fidei veſtræ integritate, & pro Dei timore feciſtis, ſignificantes Baſilidem, & Martialem libellis idololatriæ commaculatos, & nefandorum facinorum conſcientia vinctos Epiſcopatum gerere, & ſacerdotium Dei adminiſtrare non oportere.* Et poſt alia: *Nec ſibi plebs blandiatur, quaſi immunis eſſe a contagio delicti poſſit, cum ſacerdote peccatore communicans, & ad injuſtum, atque illicitum præpoſiti ſui Epiſcopatum conſenſum ſuum commodans; quando per Oſee prophetam comminetur, & dicat cenſura divina:* „ Sacrificia eorum tamquam panis luctus; omnes „ qui manducant ea, contaminabuntur “. Et poſtea: *Propter quod plebs obſequens &c.* In ſupraſcriptis verbis pro *vinctos* ſcribendum cenſeo *victos*, & pro *quando per Oſee*, *quum per Oſeam*, ut in veteri, & in quibuſdam editis eſt. *a A presbytero præpoſito* Rom. & *Deum metuens*, additur ante hæc verba in Cypriani libris.

*b* Sic vetus Tarrac. hæc non ſunt in Barcin. & Rom. neque in Cypr. *c* Sic Cypr. *ſeparari debet*, Rom.
*d* Sic etiam Cypr. vox *ſacerdotis*, in Rom. deſideratur. *e Immiſcere*, Rom. *ſacrificia miſcere.* Cypr.
*f Quando ipſa*, Cypr. Romæ editus. *quum ipſa* vetus liber, & alii, vox *plebs* in omnibus eſt omiſſa.
*g Habeat* pro *habet* Cypr. *h* Sic etiam Cypr. vox *ſacerdotes* in *Barcin.* non eſt.

Poſt hujus capitis verba adduntur alia, quæ ſententiam Cypriani magis aperiant; nequis putet Cyprianum voluiſſe plebi ſoli datam eſſe electionem: *Quod & ipſum videmus de divina auctoritate deſcendere, ut ſacerdos plebe præſente, ſub omnium oculis deligatur, & dignus, atque idoneus publico judicio, ac teſtimonio comprobetur* &c. In veteri tamen libro eſt, *a plebe præſente*, quod non placet. *i* Deleo *III.* exſtat enim in epiſt. 82. ſive 84. cap. 6. Leonis I. *k* Sic Rom. *Theſſalon. Primati*, Barcin. & vetus Tarrac. *Epiſcopo Theſſalonicenſi*, concil. & corpus canon. cap. 31. Leonis, & Ivo part. 5. cap. 348.

*l* Ante hæc verba addi poterat: *pars cap.* De persona. quod eſt initium cap. 6. in concil. & in corp. can. cap. 36. & integra clauſula extat apud Grat. diſt. 65. cap. 4. & apud Ivon. & Deusdedit Cardin. parte prima contra invaſores, & ſchiſmaticos. *Sicut enim juſtas*, concil. corpus can. & Ivo.

Ante hujus capitis verba ſunt etiam alia poſita apud Grat. diſt. 63. cap. 19. & Ivon. & Deuſdedit ibid. & Anſelm. lib. 6. cap. 16. *m Petro* &c. Raim. & Cont. I. *baſilicæ XII. Apoſtolorum presbytero Cardinali*, concil. parte 40. cap. 2. tit. de electionibus & electorum poteſtate, ſic in priore edit. concil. *Apoſt. ſedis legato*, additum eſt in poſteriore; vide caput 17. hujus tituli. *n* Alias *Quod dilectio*, Rom. *Quia diligentia*, Raim. ut editum eſt, concil. *o H. ſ.* pro *S.* concil. *St. Rom. per filium* dilectum &c. vetus Tarrac. omnia verba omiſerunt Raim. & Cont. vox *ſollicite* in concil. non eſt. *p* Sic etiam Raim. *an electio ejus*, Rom. *an electio electi*, concil. *q* Sic etiam concil. *jurato* Barcinon. vox *nuper* in Gregor. non eſt.

*r Et noſtram devotionem*, concil. hæc omittunt Raim. & Cont. *s Debeas confirmare*, Raim. *confirmari debeat*, Roman. & concil. *t* Hæc ſolum addit. Cont. a Raim. omiſſa. ſunt etiam in concil.

*u* Sic etiam Raimund. *ſuſcepit* concil. & Roman. in quo *ullum* pro *nullum* eſt, quod non placet.

*x* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *y Canonicam* pro *canonum* Rom. *ſecundum ordinem canonum* facta fuerit concil. *ſecundum normam canonum fuerit celebrata*, unus ex veter. Gregor. *formam* Cont. & alii pro *normam.* *z* Pro his verbis uſque ad vocem *mandantes* eſt in Gregor. *eum dummodo alia non impediant, diſpenſative permittimus confirmari*, at in concil. *dummodo alia ratio non impediat, confirmationem tuam ratam habemus eam* pro *eum*, eſt in uno ex veter. Gregor. *aa Faciatis*, unus ex veter. Gregor.

*bb Aquilegienſ.* Raim. & Cont. *Aquilienſ.* Barcinon. Rom. & Tarrac. *Aquilenſis*, prior concil. editio, *Aquilejenſis*, poſterior. *cc* Vox *tamen* in Gregor. editis non eſt, eſt in uno veteri, & in concil.

*dd* Sic Raim. & poſterior concil. editio, vox *ejuſdem* non eſt in priore. *ee* Vox *tunc* in priore edit. concil. non eſt. *cum ad catholicam redierit unitatem*, Raim. & poſterior editio concil. *ff* Hæc neque in concil. ſunt neque in Gregor. & omnino aliena ſunt ex alio capite adjecta: in tribus tamen libris ita ſcripta ſunt; vide cap. 45. de appellat. in hac collect. *gg* Hæc vox in Rom. deſideratur. *hh Habeat* Roman. & vetus Tarrac.

*ii Recuſare valeat*, vetus Tarrac. *kk* Sic Barcin. *niſi fuerit eis appellationis*, Rom. *niſi eis appellationis fuerit*, vetus Tarrac. *ll* Scribe *Lateranenſi cap.* 1. ex concil. *Idem* Raim. aliis omiſſis, quæ addidit Cont. excepto *c.* 1.

*mm Evitanda* concil. & unus Tarrac. & alter Gregor. *vitanda* Cont. & alii, & Gul. Neubrigenſ. in hiſt. Angl.

*nn* Sic vetus Tarrac. vox *ſummi* non eſt in Rom. neque in Barc. neque apud Gul. neque in uno Tarrac. neque in Gregor. vox *Romani*, non eſt in concil. *oo* Sic etiam Raim. & concil. *inſtituta* Gul. non recte.

*pp* Sic etiam Raimund. *tamen quia* concil. *quod tamen*, Rom. *quia* Gul. voce altera omiſſa.

UNED

illa per (*a*) improbæ ambitionis audaciam, gravem paſſa eſt eccleſia ſciſſuram: nos etiam (*b*) ad malum hoc evitandum, de conſilio fratrum noſtrorum & ſacri approbatione concilii aliquid decrevimus (*c*) adjungendum. Statuimus ergo [*d*], ut ſi forte, inimico homine ſuperſeminante zizania (*e*) inter Cardinales de ſubſtituendo Pon. (*f*) non poterit (*g*) eſſe plena concordia, & duabus partibus concordantibus tertia pars concordare noluerit, aut ſibi (1) (*h*) alium præſumpſerit nominare (*i*): ille abſque dubio, & ſine ulla exceptione (*k*) Rom. Pontifex ab univerſa Romana eccleſia habeatur Epiſcopus (*l*), quia duabus partibus electus fuerit, & receptus (2) [*m*]. Si quis autem (*n*) de tertiæ (*o*) partis nominatione confiſus, quia de ratione eſſe non poteſt (*p*), nomen ſibi Epiſcopi (*q*) uſurpaverit; tam ipſe, quam qui eum receperint (3) (*r*), excommunicationi ſubjaceant, & totius ſacri ordinis privatione multentur, ita ut (*s*) viatici etiam eis, niſi tantum (*t*) in ultimis communio denegetur, & niſi (*u*) reſipuerint, cum Dathan, & Abirom, quos terra vivos abſorbuit [*x*] accipiant (*y*) portionem. Præterea ſi a paucioribus quam a duabus partibus aliquis electus fuerit ad Apoſtolatus ſedem, vel officium [*z*], niſi major concordia (*aa*) interceſſerit (4) [*bb*] nullatenus aſſumatur (*cc*), & prædictæ [*dd*] pœnæ ſubjaceat (5), ſi humiliter noluerit (6) (*ee*) abſtinere. Ex hoc tamen nullum canonicis inſtitutionibus (*ff*), & aliis eccleſiis (*gg*) præjudicium generetur, in quibus majoris, & ſanioris (*hh*) partis debet [7] prævalere ſententia (*ii*): quia quod in eis indubium (*kk*) venerit, ſuperioris (*ll*) judicio poterit diffiniri. In Roman. vero eccleſia (*mm*) aliud ſpecialiter (8) (*nn*) conſtituitur; quia non poterit [*oo*] ad ſuperiorem recurſus fieri, vel haberi [*pp*].

## CAPUT XVI.

*Idem* (*qq*).

CUm in cunctis (*rr*) ſacris ordinibus, & in (*ss*) eccleſiaſticis miniſteriis, & ætatis maturitas, & gravitas morum, & litterarum ſcientia ſit inquirenda (*tt*): multo fortius in Epiſcopo hoc (*uu*) oportet inquiri, qui ad curam aliorum poſitus (9) in ſe ipſo (10) (*xx*) debet oſtendere, qualiter alios in domo Domini oporteat (*yy*) converſari. Ea propter ne quod de quibuſdam pro (*zz*) neceſſitate (*aaa*) temporis factum eſt, in exemplum trahatur a poſteris (*bbb*), præſenti decreto ſtatuimus, ut [*ccc*] nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui jam triceſimum annum ætatis egerit [*ddd*], & de cap. 7. eod.

[1] *ſi.* [2] *ſuſceptus.* (3) *ſuſceperint.* [4] *interceſſit.* (5) *ſubjaceant.* (6) *noluerint.* [7] *debeat.* (8) *ſpeciale aliquid.* (9) *præpoſitus.* (10) *ipſum.*

*a Poſt* per *illam*, Gul. ſolus, quod nondum probavi. *b Et nos etiam*, unus ex veter. Gregor.
*c Decernimus* Gul. & unus ex veteribus Gregor. non male. *d Igitur* concil. *ergo* Gul. & Raim.
*e* Sic etiam Gul. *zizaniam* concil. & Raim. & unus Tarrac. non recte, ſumuntur hæc ex cap. 13. Matthæi.
*f Pontifice* Romano, & vetus Tarracon. & concil. *ſubſtituendo ſummo Pontifice*, Raim. & Barcin.
*g Non poterit* concil. & Gregor. 9. *h* Sic etiam concil. & Raimund. *aut ſi*, Roman.
*i* Sic etiam Raimund. & Gul. *ordinare* concil. *k* Sic Roman. *abſque ulla exceptione*, Raimund. & Barcinon. & duo Tarracon. in concil. hæc non ſunt, neque apud Gul. *l* Vox *Epiſcopus* non eſt in Rom. neque in Barcinon. vox *Romana* non eſt in eod. Barcin. neque duobus Tarrac. *ab univerſa eccleſia accipiatur Epiſcopus* Gul. *Romanus Pontifex habeatur*, concil. & aliis omiſſis. *ab univerſali eccleſia Romanus Pontifex habeatur*, Raim. & Cont. *m Et ſubreptus*, Rom. tantum mendoſe, *ſuſceptus* forte ſcribere cogitavit librarius.
*n* Vox *autem* in veteri Tarrac. aliquando deſiderabatur: habent ceteri. *o De contrariæ*, Rom. ſolus.
*p* Sic etiam Raim. *quia rem non poteſt*, concil. & Gul. & Rom. forte *ratione* pro *rem*, aliquando in conciliis fuit.
*q Sibi nomen Epiſcopi*, concil. & Raim. *nomen Epiſcopi ſibi* Gul. *nomen ſui Epiſcopi*, vetus Tarrac.
*r* Sic etiam concil. & Gul. & unus ex veter. Gregor. *quam ipſi qui eum ſuſceperint*, Rom. *quam hi qui eum receperint*, Cont. & alii. *s* Sic in concil. & in Greg. & olim in vet. Tarrac. mox *ita tamen*, *ut*, ſcriptum eſt.
*t* Vox *tantum* in uno veteri Gregor. non eſt. *u* Sic etiam in concil. *& ſi non*, Raim. & Cont. quod non æque placet. *x Obſorbuit*, unus Tarrac. ſolus. *y Recipiant*, unus ex vet. Gregor.
*z* Sic Rom. *officium* Barcinon. & duo Tarracon. & concil. & Gul. & Raimund. aliis omiſſis.
*aa Major aſſenſus*, *& concordia* Gul. ſolus. *bb Interceſſit*, Rom. *cc* Hæc in Rom. deſiderantur.
*dd Et dictæ*, Gul. ſolus. *ee* Sic etiam concil. Gul. & Raim. *ſubjaceant*, *ſi humiliter noluerint*, duo Tarrac.
*ff Conſtitutionibus* concil. Gul. & Raim. *gg Eccleſiaſticis* concil. non recte. *hh Et ſenioris*, poſtrema concil. editio, non optime. *ii Debeat* pro *debet*, vetus Tarrac. *debet ſententia prævalere*, concil. & Raim.
*kk* Scribe *in dubium*, ut in Greg. *in eis dubium*, concil. & Gul. *ll Superiori*, unus ex vet. Greg.
*mm* Sic etiam concil. & Raim. vox *eccleſia* olim in vet. Tarrac. non erat. *In Romana vero curia*, *& eccleſia*, Gul. quod non placet. *nn Aliquid ſpeciale*, concil. *ſpeciale aliquid*, Barcin. & Raim. & Gul. & vetus Tarrac. *aliter ſpeciale*, alter Tarrac. non recte. *oo* Sic etiam Cont. *non poteſt*, concil. & Gul. *pp Haberi* concil. & Gul. & Raim. aliis omiſſis. *qq In concil. Lateranenſi*, additur in Gregor. ex quo videtur ab eadem inſcriptione excludi cap. 15. ſcriberem, *Idem in eodem capite tertio*, ut in conc. eſt. *Idem ex eodem*, eſt in Barc. *Item* pro *idem*, illic ſcribi debuit. *rr* Sic etiam Raim. & Gul. vox *cunctis* in concil. deſideratur. *ſſ* Vox *in* non eſt in concil. neque apud Gul. neque in Gregor. neque in uno Tarrac. eſt in altero Tarrac. antiquiore.
*tt Et ætatis maturitas*, *& morum gravitas*, *& ſcientia litterarum ſit inquirenda*, concil. *& ætatis maturitas*, *& gravitas morum*, *& litterarum ſcientia ſit attendenda*, *& quærenda*, Gul. *ſint ætatis maturitas*, *gravitas morum*, *& litterarum ſcientia inquirenda*, Raimund. *uu* Sic Raimund. *hæc* Gul. *hoc in Epiſcopo*, concil.
*xx* Sic etiam Greg. 9. *aliorum præpoſitus*, *in ſe ipſum*, vetus Tarrac. *poſitus aliorum in ſe ipſo*, concil., vox *poſitus* a Gul. eſt omiſſa. *yy* Sic etiam concil. & unus ex veteribus. Gregor. *Dei* pro *domini*, Cont. & alii *oportet in domo domini*, Gul. *zz* Sic etiam Raim. vox *pro* in vet. Tarrac. olim non erat. *ne quod a quibuſdam ex*, concil. *de quibuſdam*, Gul. voce *pro* omiſſa. *ne videlicet*, *quod de quibuſdam pro*, Inn. 3. cap. 5. hujus tituli in 3. collect. & Cont. cap. 20. in Gregor. *aaa Neceſſitatibus* d. cap. 5. ſed in Barcin. & in Contiano *neceſſitate.* *bbb* Sic Raim. & Gul. *apoſtaſis*, conc. mendoſe in utraque editione, ut editum eſt, d. c. 5. & Cont.
*ccc* Hæc d. cap. 5. omittuntur, etiam apud Cont. *ddd Ætatis annum egerit*, concil. *annum ætatis impleverit*, Gul. *annum ætatis exegerit*, alias *egerit*. Cont. & alii omittuntur hæc d. cap. 5.

de legitimo ſit natus matrimonio, qui etiam (*a*) vita, & ſcientia commendabilis demonſtretur. Cum autem [*b*] electus fuerit, & confirmationem electionis (*c*) acceperit, & eccleſiaſticorum bonorum (1) (*d*) adminiſtrationem habuerit, decurſo tempore de conſecrandis Epiſcopis a canonibus diffinito, is, ad quem ſpectant beneficia, quæ habuerat (*e*), de illis liberam diſponendi habeat facultatem. Inferiora etiam miniſteria, ut puta Decanatum, Archidiaconatum [*f*], & alia, quæ animarum curam habent annexam, nullus omnino ſuſcipiat, ſed (2) ne parochialis eccleſiæ (3) (*g*) regimen, niſi qui jam XXV. annum ætatis [*h*] attigerit, & qui ſcientia (*i*) & moribus commendandus (4) exiſtat (*k*). Cum autem (*l*) aſſumptus fuerit, ſi Archidiaconus in diaconem, & Decanus (*m*), & reliqui admoniti non fuerint præfixo a canonibus tempore in presbyteros ordinati, & ab illo [*n*] removeantur officio, & aliis conferantur [*o*], qui & velint, & poſſint (*p*) illud convenienter implere, nec proſit eis appellationis remedium [*q*], ſi forte in conſtitutionis iſtius tranſgreſſionem (5) (*r*) per appellationem voluerint (*s*) ſe tueri. Hoc (6) ſane (*t*) non ſolum de promovendis (7) (*u*), ſed etiam de illis (*x*), qui jam promoti ſunt, ſi canones non obſiſtant, præcipimus obſervari (*y*). Clerici ſane (*z*), ſi contra formam iſtam (*aa*) quemquam elegerint, & eligendi (*bb*) tunc poteſtate privatos (*cc*), & ab eccleſiaſticis beneficiis triennio noverint ſe (*dd*) ſuſpenſos; dignum eſt enim, ut quos Dei timor (*ee*) a malo non revocat, eccleſiaſticæ ſaltem coerceat (*ff*) ſeveritas diſciplinæ. Epiſcopus autem [*gg*] ſi fecerit contra hoc (*hh*), aut conſenſerit fieri (*ii*), in conferendis prædictis officiis (*kk*) poteſtatem (*ll*) amittat; & per capitulum, aut per metropolitanum etiam [*mm*], ſi capitulum concordare nequiverit, ordinentur (8) (*nn*).

## CAPUT XVII.

*Idem (9) Ravennati Archiepiſcopo.*

Cauſam, quæ inter moniales [*oo*] ſanctæ Margaritæ ſuper diſcordia, & diſſenſione (*pp*) electionis, quam fecerunt (*qq*), agitari dignoſcitur, experientiæ tuæ jam pridem commiſimus terminandam. Unde quoniam cauſa ipſa in tantum protrahitur [*rr*], & nondum, ſicut accepimus, proceſſiſti, & periculoſum, & damnoſum eſt monaſterio, quod cauſa (*ss*) ipſa in tantum protrahitur: f. t. per A. ſ. m. [*tt*] qua. infra xl. dies, vel duos menſes ad plus (*uu*) ſecundum tenorem aliarum noſtrarum litterar. (*xx*) in eadem (*yy*) cauſa procedas, ita videlicet, quod, ſi ſorores ipſæ electionem in Epiſcopum contulerint (10) (*zz*), pro- c. 8. eod.

(1) *beneficiorum.* [2] *ut.* [3] *parochiarum eccleſiarum.* [4] *commendatus.* [5] *tranſgreſſione.* (6) *Hæc.* (7) *provehendis.* (8) *ordinetur.* [9] *Alex. III.* (10) *contulerunt.*

*a Quin etiam*, unus Tarrac. ſolus. *b* Sic in concil. *Cum vero*, Raim. *Cum autem quis*, Gul.

*c* Vox *electionis* non eſt in concil. habent Gul. & Raim. *d Beneficiorum* vetus Tarrac. non recte. *honorum* concil. & Gul. *e* Sic etiam concil. & unus Gregor. *quæ habebat*, Cont. & alii: omnia omittit unus Tarrac. & Barcin. *f Decanatus Archidiaconatus* concil. & Gul. *Archidiaconatum, Decanatum*, vetus Tarrac.

*g* Sic etiam Raim. *ut nec parochiarum eccleſiarum*, vetus Tarrac. *ſed nec parochialium eccleſiarum*, conc. & Gul.

*h* Sic etiam Gullielm. & Raimund. *ætatis annum*, conc. vox *ætatis* in veter. Tarrac. non eſt.

*i* Sic etiam concil. & Gul. *& ſcientia*, Raim. *k* Sic etiam Raim. & Gul. *exiſtat commendandus*, concil. *commendatus exiſtat*, vetus Tarrac. olim. *l* Sic etiam concil. & Raim. *Cum vero quis*, Gul.

*m Diaconum* pro *diaconem*, Raim. *in diaconem, & Decani*, concil. *Decanus*, Gul. *in ſacerdotem*, additur in Barc.

*n* Sic etiam concil. & unus Greg. *iſto* pro *illo*, Cont. & alii. *o Aliis conferatur*, vetus Tarrac. & Raim. *alii conferatur*, concil. *alius conferat*, Gul. non recte. ut editum eſt, unus Gregor. *p* Sic etiam Raim. *& velit, & poſſit*, concil. & Gul. *&* prius non eſt in uno Greg. *q Refugium*, Raim. *illis appellationis diffugium* concil. *ei appellatione*, Gul. mendoſe. *r* Sic etiam Raim. *tranſgreſſione* vetus Tarrac. *in tranſgreſſione conſtitutionis iſtius*, Gul. *in tranſgreſſionem conſtitutionis iſtius inſtituti*, vel *inſtitutionis*, concil. mendoſe.

*s* Sic etiam Raim. & concil. *voluerit*, Gull. *t* Sic etiam concil. & Raim. *Hæc ſane*, vetus Tarr. & Gul.

*u* Sic etiam concil. & Raim. & Gul. *provehendis*, vet. Tarrac. *x His* Raim. *ſed de his etiam*, concil. & Gul.

*y* Sic etiam Raim. *obſervandum* concil. & Gul. quod non æque placet. *z* Sic etiam Raim. & concil. & Gul. & d. cap. 5. etiam Cont. d. cap. 20. *vero* pro *ſane* in marg. concil. *aa hanc formam*, Barcin.

*bb* Ante hæc verba olim fuerat in uno Gregor. *eos* quod non improbo.

*cc* Sic in concil. & apud Gul. & Raim. *privandos*, vet. Tarrac. olim. *privatos* d. cap. 5. & Cont. d. cap. 20.

*dd* Sic etiam Raim. & d. cap. 20. Cont. *ſe noverint* concil. *noverint ſe eſſe*, Gul. *ſe noverint eſſe*, d. cap. 5.

*ee* Sic Raim. *timor Dei*, concil. *Domini timor*, Gul. *ff* Sic Gul. & Raim. *tamen coerceat*, concil.

*gg Epiſcopus etiam*, Gul. ſolus. *hh Hæc* pro *hoc*, Barcin. *ſi contra hoc fecerit*, unus Gregor. *hæc* pro *hoc*, Cont. & alii. *ſi aut fecerit contra hoc*, Gul. *ſi cui fecerit, aut fieri conſenſerit contra hoc*, concil. non recte.

*ii* Sic etiam Raim. *aut ſenſerit fieri*, Gul. *kk* Vox *officiis* non eſt in conc. habet Gul. & Raim. qui addit *& beneficiis*, ſi credimus editis libris, ſed in veteri ea non ſunt. *ll Suam*, additur in concil. ea non eſt in Gregor. *mm* Vox *etiam* non eſt in concil. neque in Gregor. neque in uno Tarrac. habet Gul.

*nn* Sic etiam conc. & duo Tarrac. & unus Gregor. in quorum altero fuerat olim *ordinentur*, mox *ordinetur* quod eſt in Greg. editis, *voluerint* Gul. pro his duabus vocibus non ſine mendo, *nequiverit ordinetur*, Barcin.

*oo Sanctimoniales*, Barç. *pp* Recte Cont. addit a Raim. omiſſa. *ſuper diſcordiam, & diſſenſiones*, d. parte 40. cap. 5. poſt concil. Lateran. *qq* Sic etiam Cont. *quam fecerant*, concil.

*rr* Quia hæc verba bis poſita ſunt, in concil. verba media omiſſa ſunt errato librarii, habet ea Cont. *interim* pro *in tantum*, unus Tarrac. *ſſ Eo quod cauſa*, Cont. *tt* Sic Cont. *fraternitati tuæ &c.* concil.

*uu Aut plus*, Cont. non recte *XL. dies, vel*, in concil. omiſſa ſunt cetera, ut edidimus. *XX. vel XL. &c.* Barcinon. *xx* Sic etiam Cont. *litterarum noſtrarum*, vetus Tarrac. vox *noſtrarum* in concil. non eſt, ſed poſt hæc verba adduntur alia, quæ ne Cont. quidem habet: *litterarum, quas tibi miſimus.*

*yy* Sic etiam Cont. vox *eadem* in conc. non eſt. *zz* Sic etiam concil. *contulerunt*, unus Tarrac. *Si ſorores in ipſum electionem contulerint*, Raim. poſt *ipſum* addit *Epiſcopum* Cont. ego ſuſpicor eſſe erratum ſcriptorum, ut *ipſum* pro *Epiſcopum* ſcripſerint, & ſic in uno veteri eſt.

UNED

promittentes, quod illam (*a*), quam Epiſcopus eis * provideret (*b*), reciperent; ipſam, quam Epiſcopus eis providerit [1] [*c*], facias ab eis ap. re. (*d*) in ſuam recipi Abbatiſſam, ſi tamen idonea exiſtat [*e*]: ſi autem in cauſa [*f*] procedere non poteris, dilectis filiis (*g*), I. baſilicæ (*h*) xii. Apoſtolorum presbytero Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legato (*i*), & Priori S. Victoris ex parte noſtra ſignifices, ut in eadem cauſa procedant, & eam debito fine decidant (*k*).

* *providerit*

## CAPUT XVIII.

*Idem Wigor. Epiſcopo* [*l*].

c. 9. eod.

NOſti, ſicut vir prudens, & ſapiens [*m*], quomodo dilectus filius noſter G. [*n*] Linco [*o*]. electus concedendi [*p*] honores, vel præbendas, aut alias [*q*] diſponendi de rebus eccleſiæ, cum ſua non ſit electio confirmata (*r*), non habeat (*s*) facultatem. Inde eſt [*t*], quod f. t. per. A. ſ. præ. m. ut dicto electo (*u*) ex parte noſtra non differas artius inhibere, ne (2) Archidiaconatum [*x*] de Noratione (*y*), vel præbendam, quam W. ejuſdem loci Archidiaconus tenuerit (3) [*z*], alicui conferre præſumat; etſi eundem [*aa*] Archidiaconatum, vel præbendam cuiquam, quod non arbitramur, conceſſit: ei auctoritate (*bb*) noſtra præcipias, ut conceſſionem ſuam, quam citius (*cc*) omni oc. (4) & ap. ces. [*dd*] ſtudeat revocare (*ee*).

## CAPUT XIX.

*Idem* [*ff*].

DIgnum eſt, & omni (*gg*) rationi conſentaneum, ut eos, qui in ſervitio tuo fideliter, & conſtanter laborant, ampliori affectione diligas, & circa eorum promotionem operam adhibeas efficacem. Lator autem preſentium Val. [5] ſicut ex litteris tuis accepimus, apud nos pro negotiis ſibi injunctis fideliter inſtitit, & ad ea promovenda pro viribus ſuis diligenter (6) (*hh*), & devote laboravit. Inde eſt, quod nos penſata fidelitate, quam erga te gerit, ipſum tuæ prudentiæ duximus commendandum. f. t. per. A. ſ. pr. m. [*ii*] qua. ei pro reverentia beati Petri, & obtentu fidelitatis ſuæ (*kk*) aliquam de eccleſiis ad tuam diœceſim (*ll*) ſpectantibus ſi qua vacat, vel cum primo (*mm*) vacaverit, unde poſſit vitæ ſuæ ſuſtentationem ſufficienter, & honeſte percipere: cum fueris confirmatus, concedas; ita quod tibi debeat omni tempore devotior exiſtere (*nn*).

Non ponitur.

## CAPUT XX.

*Gregorius Petro ſubdiacono* (*oo*).

EGO Epiſcopus N. [*pp*] ab hac hora in antea fidelis ero [*qq*] ſancto Petro (*rr*), ſanctæque Apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ (*ſſ*), dominoque meo Papæ N. (*tt*) ejuſque ſucceſſoribus canonice intrantib. (*uu*) non ero in conſilio

De jure jur. c. 4.

[1] *providit.* [2] *ut.* (3) *tenuit.* [4] *contr.* (5) *W.* [6] *fideliter.*

*a Quod ipſam*, Barcinon.

*b* Sic etiam concil. *quam eis Epiſcopis provideret*, vetus Tarrac. *quam eis provideret*, Raim. & Cont. alia voce omiſſa. *c Providit*, unus Tarrac. *quam Epiſcopis providerit eis*, concil. *quam Epiſcopis providerit*, unus Greg. *quam providerit*, Cont. & alii. *d Appellatione remota*, vetus Tarrac. *appellatione ceſſante*, concil. omnia Raim. & Cont. omittunt. *e* Sic etiam Raim. *exiſtit*, concil. *f* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *g Noſtris*, addunt concil. *dilecto filio*, unus Tarr. *h F.* pro *I.* eſt in concil. ſed ſupra cap. 14. *I.* *i* Hæc in concil. deſiderantur ſunt d. c. 14. *k Cauſam* pro *eam*, vetus Tarrac. *& fine debito decidant*, concil. *l Vigorien. Epiſcopo*, unus Gregor. *Vig. Epiſcopo*, Cont. & alii. *Exonien. Epiſcopo* d. parte 40. cap. 1. *m* Sic addidit etiam Cont. & eadem ſunt in conc. *n Dictus*, additur in conc. omnia Raim. & Cont. omiſerunt: *frater*, pro *filius*, unus Tarrac. non recte. *o Lingon.* unus ex veter. Greg. *Linconen.* Cont. & alii. *Lincolnienſis*, concil. plenius. *p* Sic etiam Raim. *committendi*, concil.

*q Præbendam*, *& alias*, concil. *aliis* pro *alias* eſt in duobus Tarr. ſed in antiquiore olim *alias*. ego nihil muto.

*r* Sic etiam Raim. *nondum* pro *non*, concil. *cum non ſit confirmata electio*, vetus Tarrac.

*s* Sic etiam Raim. *nullam habeat*, concil. *t* Hæc recte Cont. addidit a Raim. omiſſa, ſunt in concil.

*u F. t. per Ap. ſ. pr. ut prædicto electo*, Cont. *frater. tuæ &c. quatenus eidem dicto electo*, concil. non recte.

*x* Sic etiam concil. & Cont. *ut* pro *ne*, vetus Tarrac. *y De Noratune*, vetus Tarrac. *de Norbenter*, Cont. hæc uſque ad illa, *alicui conferre*, non ſunt in conciliis. *z Tenuit*, vetus Tarrac. & Cont.

*aa* Pro his uſque ad verbum *conceſſit*, eſt in concil. *vel ſi jam conceſſit*, ut editum eſt, Cont. excepto verbo *conceſſit*, pro quo habet *conceſſerit*. *bb* Ante hæc verba eſt in Greg. *Mandamus igitur*, *quatenus*.

*cc* Pro his verbis eſt apud Raim. & Cont. *ſi quam fecit de prædictis*, *ſtudeat revocare*, *quam citius*, in concil. non ſunt, *fecerit* pro *fecit* unus Gregor. *poterit*, eſt poſt vocem *citius* in Barcin. *dd Omni contradictione*, *& appellatione* ceſſante, concil. & vetus Tarrac. *ee* Poſt hæc verba eſt in concil. *Quod ſi diſtulerit*, *tu eandem conceſſionem appellationis remoto remedio auctoritate noſtra non differas revocare.* *ff Herefordenſi Epiſcopo* adde ex Barcin.

*gg* Hoc initio eſt in Barcin. cap. 9. tit. 9. lib. 1. hujus collect. vox *omni* illic, & in veteri Tarrac. non eſt. *Dignum eſt*, *& a rationis tramite non diſcordat*, ſub tit. de conjug. ſervor. in hac collect. & apud Cont. ſed mendoſe in aliis: *Signum* pro *Dignum*. Hujus capitis licet a Raimundo rejecti formula diu obſervata eſt, hodieque poſt concil. Trident. paucis additis, & mutatis frequens eſt. Quod in marg. ſcriptum eſt: *Non ponitur*; idque ſæpius multis locis repetitur, in uno Tarrac. adſcriptum inventum eſt, ſignificat id caput omiſſum eſſe a Raimundo, & non poni in Gregoriana collectione. Ejus libri initium fuit caput 15. hujus tituli. Hæc cauſa eſt, cur ante hoc caput eadem verba non ſint adſcripta. *hh Fideliter ſuis* vetus Tarrac. *ii Pr.* non eſt in uno Tarrac. *kk Tuæ* vet. Tarr. quod non æque placet. *ll Tuam eccleſiam*, unus Tarr. *mm Quam* pro *cum*, unus Tarrac. non recte. *quamprimum* forte ſcribendum eſt. *nn Exiſtere devotior*, vetus Tarrac.

*oo Idem*, vetus Tarrac. ut editum eſt, Raim. & Cont. *Gregorius VII.* in concilio Romano, ex lib. 6. regiſtri ejuſdem Pontificis. *pp H.* pro *N.* vetus Raim. liber recte. *Ego Epiſcopus Enr.* Rom. *Ego N. Epiſcopus*, Cont. & alii. *Juravit item eodem tempore Archiepiſcopus Aquilegienſis Henricus in hæc verba.* regiſtr. *N.* in veteri Tarrac. deſideratur, ut editum eſt, alter ex vet. Raim. libris. *Ego Gregorius Epiſcopus*, Barcin.

*qq* Sic etiam Raimund. *& obediens*, addit regiſtr. *rr* Sic Raimund. *beato Petro*, regiſtr.

*ſſ* Vox *Apoſtolicæ* omittitur in veteri Tarracon. & a Raimund. omnia omiſſa ſunt in regiſtr.

*tt* C. pro *N.* Raim. & Cont. ſcribo *G. Et Papæ Gregorio* regiſtr. apertius. *N.* omittit vetus Tarr. & Barcin.

*uu* Sic etiam Raim. *qui per meliores Cardinales intravarint*, regiſtr.

UNED

lio [*a*], neque in facto (*b*), ut vitam perdat, aut membrum (*c*) vel capiatur (*d*) mala captione: conſilium, quod mihi (*e*) per ſe [*f*], aut per litteras, aut per nuntium manifeſtabit [*g*], ad eorum damnum nulli pandam (*h*). Papatum Rom. eccleſiæ (*i*), & regulas (1) ſanctorum patrum (*k*), adjutor ero ad defendendum & retinendum [*l*], ſalvo meo ordine contra omnes homines [*m*]. Vocatus ad ſynodum [*n*] veniam, niſi præpeditus fuero canonica præpeditione: legatum Apoſtolicæ ſedis (*o*), quem certum legatum eſſe cognovero (2) [*p*], in eundo (*q*), & redeundo honorifice tractabo, & in ſuis (*r*) neceſſitatibus adjuvabo. Apoſtolorum limina (*s*) ſingulis annis, aut per me, aut per certum nuntium meum [*t*] viſitabo, niſi eorum abſolvar licentia, ſic me adjuvet Deus (*u*), & hæc ſancta evangelia.

## CAPUT XXI.

*Paſchalis Parlam.* [3] *Archiepiſcopo* (*x*).

De electione c. 4.

SIgnificaſti, frater Chariſſime, Regem (*y*), & regni majores admiratione permotos, quod pallium tibi ab apocriſariis noſtris tali condictione oblatum fuerit, ſi ſacramentum, quod a nobis ſcriptum detulerant, jurares (*z*). In pallio frater (4) (*aa*) plenitudo conceditur Pontificalis officii, quia juxta (*bb*) ſedis Apoſtolicæ & totius Europæ conſuetudinem, ante acceptum pallium metropolitanis minime licet, aut Epiſcopos conſecrare, aut ſynodum celebrare. Mirentur (5) (*cc*) in hac cauſa dominum Jeſum (*dd*) Chriſtum, cum enim Dominus Jeſus, ut Dominus ovium (*ee*) ſuarum, curam Simoni Petro committeret (*ff*), condictionem poſuit (*gg*) dicens: *Si diligis me, Simon Petre, paſce oves meas* (*hh*): ſi conſcientiarum factor, & cognitor [*ii*] condictione hac uſus eſt, nec ſemel tantum, ſed & ſecundo [*kk*], & uſque ad triſtationem (*ll*): qua nos ſollicitudine, qua proviſione [*mm*], oportet tantam eccleſiæ prælationem, tantam Chriſti ovium curam [*nn*] imponere fratribus, quorum conſcientias non videmus (*oo*); illis maxime (*pp*), quos nullo uſu novimus, quorum dilectionem penitus ignoramus. Ajunt omne jusjurandum in evangelio a Domino Deo (*qq*) eſſe prohibitum, nec ab Apoſtolis poſt Dominum, nec in conciliis poſt (*rr*) inveniri poſſe ſtatutum. Quid eſt ergo, quod idem Dominus ſubſecutus (*ſſ*) ait: *quod amplius eſt, a malo eſt* [*tt*]? hoc enim (*uu*) am-



[1] *regulaus.* (2) *novero.* [3] *Polevienſi.* (4) *quippe.* (5) alii, *Imitentur.*

*a* Sic regiſtr. & veteres Raim. libri. *non ero neque in conſilio*, Cont. & alii. *& non ero* &c. Barcin.
*b Vel* pro *neque* unus ex veter. Raim. libris.
*c* Sic etiam Raim. *ut vitam, aut membra, aut Papatum perdat*, regiſtr. *d Aut capiatur*, vetus Tarrac. *aut captiv. ſint*, regiſtr. *aut capiatur vi*, unus ex vet. Raim. libris: ut editum eſt, Cont. & alii.
*e* Sic etiam Raim. *conſilium vero, quod mihi* &c. regiſtr. ſed ante hanc clauſulam ſunt aliæ huic poſteriores in hac collectione *Ad ſynodum* &c. *Papatum* &c. *f Aut per ſe*, Raim. *crediderint per ſe* regiſtr.
*g* Sic etiam Raim. *aut per nuntios ſuos ſive per literas*, regiſtr. *h* Sic veteres Raim. libri. *nulli pandam, me ſciente, ad eorum damnum* regiſtr. *ejus* pro *eorum*. Cont. & alii. *i* Sic etiam vetus Raim. liber. *Papatum ſanctæ Romanæ eccleſiæ*, Contius & alii. *Papatum Romanum*, regiſtr. *k* Sic etiam Raim. *regulam* vetus Tarr. *& regalia ſancti Petri*, regiſtr. quod valde placet, erratum eſſe videtur ex litterarum compendio. In alia formula ſacramenti Roberti Ducis Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ eſt: *ſanctæ Rom. eccleſiæ tibique adjutor ero ad tenendum, adquirendum, & defendendum regalia ſancti Petri, ejuſque poſſeſſiones pro meo poſſe contra omnes homines.*
*l* Sic etiam Raim. *& retinendum*, in uno Tarrac. deſiderantur. *ad retinendum & defendendum*, regiſtr.
*m* Hæc in Regiſt. non ſunt, habet Raim. *n* Sic etiam Raim. *Ad ſynodum, ad quam me vocabunt, vel per ſe, vel per ſuos nuntios vel per ſuas litteras, veniam, & canonice obediam, aut ſi non potero, legatos meos mittam* regiſtr.
*o* Sic etiam Raim. *Legatum Romanum*, regiſtr. *p* Vox *legatum* a Raim. eſt omiſſa, vox *eſſe* non eſt in uno Tarracon. *novero* pro *cognovero*, olim veter. alter Tarrac. Omnia in regiſtro non ſunt.
*q* Sic etiam Raim. *eundo* regiſtr. aptius. *r* Vox *ſuis* non eſt in regiſtro, habet Raimund.
*s* Pro his ſunt alia in regiſtro: *His, quos nominatim excommunicaverint, ſcienter non communicabo. Romanam eccleſiam per ſæcularem militiam fideliter adjuvabo, cum invitatus fuero. Hæc omnia obſervabo, niſi quantum ſua certa licentia remiſerit. Apoſtolorum limina* &c. vetus Raim. liber. *Limina Apoſtolorum* &c. Cont. & alii.
*t* Vox *meum* a Raim. eſt omiſſa. *u Sic Deus me adjuvet*, veteres Raim. libri. *Sic me Deus adjuvet*, Cont. & alii, & formula ſacramenti Imp. relata a Clem. V. in concil. Viennenſ. ſub tit. de jurejurando.
*x Panormitano Archiepiſcopo* Raim. & Cont. qui in marg. ſcribit *Paſchalis Papa Toletano Archiepiſcopo* ſcribendum *Paſchalis II. Polonienſi Archiepiſcopo*, ex Romano quodam libro, *Poleviesi* vel *Palarm.* eſt in veteri Tarr. *Paſchaſius Papa Colonienſi Archiepiſcopo*, in Barc. *y Significaſti nobis frater cariſſime Reges* Cont. *Significaſti Regem*, aliis omiſſis, unus ex veteribus Gregor. *z Exhiberes*, Raim. & Cont. *aa* Recte Cont. addit a Raim. prætermiſſa *quippe* pro *frater* vetus Tarrac. utraque vox a Contio eſt omiſſa. Addi hæc clauſula debuit a Raim. ſub tit. de auct. & uſu pallii. *bb Quod juxta*, Barcin. *cc* Sic etiam Raim. & Cont. & duo Tarrac. in altero tamen vetuſtiore olim *Mirentur*, mox *Imitentur*, Cont. in marg. *Imitantur*, ego nihil muto.
*dd* Sic etiam unus Greg. *Dominum noſtrum Jeſum*, Cont. & alii plenius. *ee Qui cum ovium* Raim. *ut Dominus*, in uno Tarrac. non ſunt, quæ omitti potuerunt. *ff* Vox *Simoni* non eſt in Greg. *committeret Simoni Petro*, unus Tarrac. *gg* Sic etiam Raim. *condicionem ſuam poſuit*, vetus Tarrac.
*hh* Ego hæc verba neque in Græcis, neque in Latinis ſacris libris inveni; ſententia ipſa extat cap. ult. evang. Joannis: illic Simon Joannis appellatur a Chriſto Domino, & vox *Si*, non additur, ſed in ſcholiis additur; *Si me diligis, paſce agnos meos.* gloſſa ordin. *Si diligis me, præſiſte fratribus.* Chryſoſt. in cathena B. Thomæ: *Si amas me, paſce oves meas.* Idem lib. 2. de ſacerdotio, & in orat. de B. Philogonio: *Simon Petre*, a Raim. & Cont. ſunt omiſſa. *ii Secretorum*, addunt Raim. editi libri, unus ex veteribus aliquando ea voce caruit.
*kk* Sic etiam Raim. *ſed etiam & ſecundo*, vetus Tarrac. *ll Ad contriſtationem*, Raimund.
*mm* Hæc omittunt Raim. & Cont. *nn* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa. *oo* Sic etiam Raim. *non vidimus*, vetus olim Tarrac. *pp* Hæc addit Cont. a Raim. omiſſa. *qq* Vox *Deo* addita etiam eſt a Contio.
*rr* Vox *poſt* delenda eſt, neque in Gregor. eſt, neque in Barcin. neque in duobus Tarrac. & in altero eorum hæc omnia deſiderantur. *ſſ Quod dominus ſubſequenter*, Raim.
*tt* Matth. cap. 5. ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ ναὶ οὒ οὔ. τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν.
*uu Eſt* additur in veter. Tarrac. non recte: nihil additur a Raim.

amplius, ut exigamus malum, nos illo permittente compellit: nonne malum eſt ab eccleſiæ unitate, a ſedis (*a*) Apoſtolicæ obedientia reſilire? Nonne malum eſt contra (*b*) canonum ſtatuta prorumpere, quod quam (1) multi etiam (*c*) poſt ſacramentum (*d*) præſumpſerint (2) (*e*)? Nonne prædeceſſor [*f*] tuus præter Romani Pontificis conſcientiam, damnavit Epiſcopum [*g*]? quibus hoc canonibus, quibus conciliis [*h*] legitur eſſe permiſſum? quid ſuper Epiſcoporum (3) (*i*) translationibus loquar (*k*), quæ apud vos non auctoritate Apo. (*l*) ſed nutu Regio præſumuntur? Propter hæc mala, & alia evitanda [*m*] hujuſmodi juramentum exigitur: cur autem juramentum dominus prohibuit (*n*), Apoſtolus Jacobus manifeſtat adiciens, ut non ſub judicium incidatis (*o*) nec (4) quiſquam, ſicut beatus Auguſtinus exponit (*p*), aſſiduitate jurandi ad perjurii conſuetudinem dilabatur (*q*). Quapropter juratione non utatur, niſi neceſſitate (*r*), cum pigros videt eſſe homines ad credendum (*s*), quod eis utile eſt [*t*] credere, niſi juratione firmetur. Hoc nimirum malo, hac neceſſitate (*u*) compellimur, juramentum pro fide, pro obedientia, pro unitate (5) (*x*) requirere: porro pro auditorum (*y*) diffidentia Apoſtolum P. juraſſe (*z*), ipſius epiſtolæ proteſtantur. Ajunt Reges tui (*aa*), in conciliis ſtatutum non inveniri, quaſi Romanæ eccleſiæ concilia ulla (*6*) (*bb*) præfixerint, cum omnia concilia per eccleſiæ Romanæ auctoritatem, & facta ſint, & robur acceperint, & in eorum ſtatutis Rom. patenter (*cc*) excipiatur auctoritas, & infra. Poſſunt Apoſtolicam (*dd*) ſedem contemnere? poſſunt apud nos calcaneum elevare? datum [*ee*] a Deo privilegium evertere, vel auferre? non poſſunt, quo Petro (*ff*) dictum eſt: *Tu es Petrus, & ſ. h. p.* (*gg*) *æ. e. m. & tibi d. c. r. c.* Quibus tandem conciliorum decretis dandi pallii modus præſcriptus eſt, & profeſſionis, vel obedientiæ ordo ſancitus (*hh*)? Cum igitur a ſede Apoſtolica veſtræ inſignia dignitatis exigitis [*ii*], quæ a b. Petri tantum corpore aſſumuntur [*kk*], juſtum eſt, ut vos quoque ſedis Ap. (*ll*) ſubjectionis debitæ ſigna ſolvatis, quæ vos cum beato Petro, tanquam membra de membro habere, & catholici capitis unitatem ſervare declarant (*mm*) (7): in quibus a prædeceſſorib. (*nn*) noſtris ea eſt adhibita moderatio, ut

[1] *quod.* [2] *præſumpſerunt*, forte. [3] *eorum.* (4) *ne.* [5] *veritate.* (6) *nulla.* (7) *declaret.*

*a Et a ſedis*, Raim. editi libri, ſed in veteri & olim non fuerat. *b Et contra*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.
*c* Vox *quam* in Gregor. non eſt, *quod multi*, Barcin. & unus Tarrac. aliis omiſſis. *eſt*, *quod quam multi hoc etiam*, vetus alter Tarrac. olim non recte, mox *eſt quod*, deleta ſunt. *quod multi hoc etiam*, unus ex vet. Greg.
*d Præſtitum*, addit Raim. omnia in Barcin. deſiderantur. *e Præſumpſerunt*, Raim. & vetus Tarrac. & Barc.
*f* Hæc recte Contius addit, omiſſa a Raimund. *g Epiſcopos*, Barcin. *h Quibus hoc conciliis*, Cont.
*i Eorum* pro *Epiſcoporum*, unus Tarrac. *Quod ſuper Epiſcoporum* Cont. non recte *quæ* pro *quid* Barcin.
*k Locuntur*, Barcin. & vetus Tarrac. *Loquuntur decreta*, Cont. *l* Scribe *Apoſtolica*, ut in duobus Tarrac. & apud Cont. *m Devitanda*, Cont. *n Dominus juramentum prohibuerit*, vetus Tarrac. *Dominus juramentum prohibuit*, Cont. *o* Sic etiam Cont. *ut non ſub judicio decidatis*. Jacob. cap. 5. ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε. *ne in hipocriſin cadatis*, *ſive ſimulationem*. *p Auguſtinus expoſuit*, Cont. *ne* pro *nec*, vet. Tarr. *Auguſtinus exponit*, alter Tarrac. In ſcholiis, ſive gloſſis d. cap. 5. Hæc ſunt: *Ideo a jurationis culpa compeſco, ne frequenter jurando vera, aliquando etiam in perjurium incidatis.* Sed ipſa verba extant lib. 1. de ſermone domini in monte cap. 30. *Ita ergo intelligitur præcepiſſe Dominum, ne juretur; ne quiſquam ſicut bonum appetat jusjurandum, & aſſiduitate jurandi ad perjurium per conſuetudinem delabatur.* Eadem refert Grat. 22. q. 1. cap. 5. excepto *ne juraretur*, pro *ne juretur*. *q* Sic etiam Cont. *ad perjurium per conſuetudinem dilabatur*, Aug. & Grat.
*r* Hæc etiam ſunt ex Aurelio Auguſtino ſumpta quibuſdam omiſſis: *Quapropter qui intelligit non in bonis, ſed in neceſſariis jurationem habendam, refrenet ſe quantum poteſt; ut non ea utatur, niſi neceſſitate. Niſi neceſſitas cogat*, Grat.
*s* Vox *eſſe* non eſt in uno Tarrac. *cum videt pigros homines eſſe ad credendum*, alter vetus Tarrac. & Cont. *cum videt pigros eſſe homines ad credendum*, Aug. & Grat. qui addit ſolus vocem *videlicet* ante *cum videt*. Barc. ut Auguſt. *t* Hæc etiam Aug. Grat. & Cont. *u Ac* pro *hac* vetus Tarrac. & Raim. & Cont. *pro malo, ac neceſſ.* unus Greg. *x* Sic etiam Raim. *pro veritate*, vetus Tarrac. *pro unitate eccleſiæ*, unus ex vet. Greg. ſed vox *eccleſiæ* alia manuſcripta. *y* Hæc recte addit Cont. a Raim. præterita.
*z Paulum* pro *P*. Cont. aptius: hoc idem Aur. Auguſtin. d. cap. 30. & Inn. cap. 3. ſub tit. de jurejur. cap. 13. collect. 3. *aa Ajunt*, Raim. & Cont. aliis omiſſis & unus Tarrac. *bb Legem concilia nulla*, vetus Tarrac. *legem concilia ulla*, Barcin. & Raim. & Cont. aptius. *cc* Sic unus Gregor. *Romana patenter*, unus Tarrac. *Romani Pontificis patenter*, Cont. & alii non male. *dd* Hæc omiſit Raim. exceptis illis, *& infra. Et ita poſſunt Apoſt.* &c. Cont. non ſine mendo. *ee Elevare, & datum*, Cont. qui etiam tollit interrogandi notas in aliis omnibus. *ff* Malo tollere interrogationis notam, *vel auferre non poſſunt, quod Petro*, Cont.
*gg* Quaſi notum carmen primis litteris hæc notantur, aliquanto apertius Contius Matthæi cap. 16. hæc ſunt: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis; & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.* κἀγὼ δὲ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.
*hh* Sic etiam Cont. *eſt*, additur in uno Tarrac. *ii Exigatis*, unus Gregor.
*kk Beati* pro *b*. Raim. & vetus Tarrac. *aſſumuntur corpore*, idem vetus. In formula traditionis pallii poſita a Vincentio Hiſpano in tertia collect. ſub tit. de auct. & uſu pallii, cap. 2. hæc ſunt: *Tradimus tibi pallium de corpore beati Petri ſumptum, plenitudinem Pontificalis dignitatis* &c. eadem refert Bernard. in Gregor. ſed pro *plenitudinem* habet *in plenitudine*, ego malo *in plenitudinem*, ut in uno veteri eſt, aut *plenitudinem* ſcribere *in* omiſſo. Audio hodie pallium ad altare, quod ſupra corpus beati Petri eſt, afferri, indeque tradi antiquitatis, & religionis cauſſa. *ll Sedis Apoſtolicæ*, vetus Tarracon. *ſedi Apoſtolicæ* Raim. & Cont.
*mm Declarent*, Barcinon. & Raimund. & Cont. *declaret*, unus Tarracon. non recte.
*nn* Quæ ſequuntur, omittunt Raim. & Cont.

UNED

ut nil injurioſum, nil difficile ſit appoſitum, quod non etiam præter exactionem noſtram debeat ab omnibus Epiſcopis obſervari, qui ſub Ap. [a] Petri, & Pauli obedientia decreverint, & unitate perſiſtere. Numquid non ultra vos Daci conſiſtunt? & tamen eorum metropolitani, & idem juramentum aſſerunt, & legatos Apoſtolicæ ſedis honorifice tractant, & in ſuis neceſſitatibus adjuvant, & Apoſtolorum limina per legatos ſuos (b), non tantum per triennium, ſed ſingulis annis viſitant.

CAPUT XXII.

*Alexander III.*

c. 10. eod. CONſideravimus (1) (c), quod electio Joannis Frontini [d] poſt app. ad nos factam contra (e) tenorem privilegiorum eccleſiæ veſtræ fuerat celebrata (f): perpendimus etiam, quod electio B. poſt illam qualemcumque electionem non caſſatam, nec non & poſt app. per quam ad ſuum ſtatum, omnia debent reduci, facta fuit & illata violentia (g); quanquam Rex penitus infitietur violentiam alii quam in hoc de conſenſu (2) (h) vel conſcientia ſua umquam (3) (i) perpetratam fuiſſe: quapropter nos electionem utriuſque (k) de communi fratrum noſtrorum conſilio (l) omnino caſſavimus [4] [m], & vobis in aliam perſonam idoneam, & honeſtam conveniendi liberam tribuimus facultatem (n); ita tamen, quod [o] utrique prædictorum, fama ſua non minus propter hoc integre (p) conſervetur, & quod in aliis eccleſiis poſſint, ſi Deus dederit [q], ad dignitatem (r) promoveri. Vobis autem liceat, præter iſtam eccleſiæ veſtræ ordinationem in alterutrum eorum (s), ſi voluntas fuerit, iterum convenire (t), & eum vobis (u) in Abbatem, atque magiſtrum canonice providere.

## TITULUS V.

## DE RENUNTIATIONE.

CAPUT I.

*Alexander III. Hug. Senonen. Archiepiſc.*

Non ponitur (x). QUanta importunitate, & precum inſtantia venerabilis frater noſter hactenus Altiſidoren. Epiſcopus a pontificali ſollicitudine ſæpe a nobis petiit exonerari, & quomodo nos nulla ratione potuimus induci, ut ejus petitioni, & voluntati aſſentiremus: ad fraternitatis (y) tuæ notitiam credimus perveniſſe. Unde licet ipſe ſicut homo religioſus, ex humilitate pariter, & (z) ex debilitate forte mentis & corporis, commiſſæ ſibi forte (aa) adminiſtrationi ſpontanea voluntate abrenuntiavit; quia tamen, niſi ejus abrenuntiatio a Romano Pontifice primitus approbetur (bb), nec ab adminiſtratione (cc) illius fuerit abſolutus, nec ipſe a regimine credito ſibi fuerit exoneratus, tibi nullo modo licuit abſque conſcientia & mandato noſtro, ejus abrenuntiationem recipere, nec capitulum Altiſiodoren. de electione tractare potuit, aut ad nominationem alicujus procedere. Quapropter, ſi velimus (dd) rigorem canonum, & ſanctorum (ee) patrum auctoritates, & ſtatuta ſervare, & te poſſumus dure (ff) ſecundum meritum facti redarguere, & illos de tantæ præſumptionis audacia graviter & diſtricte punire: & quia in hoc nec ſecundum ordinem rectum, nec ſecundum formam canonum proceſſum eſt, electio eorum ratione facti, nullas debet vires habere. Ceterum quoniam (gg) tibi omne factum (hh) & cauſam eccleſiæ tuam propriam reputaſti, in multis debitores exiſtimus, & honori & exaltationi tuæ, in quibus cum Deo, & juſtitia poſſumus, & cupimus, & tenemur deferre. Ideo non (ii) ponentes legem in poſterum, ſed ſimilia fieri prohibentes de cetero, ex (kk) diſpenſationis Apoſtolicæ moderatione, & non ratione facti providentiæ tuæ præcipimus, ut dilectum filium noſtrum W. fratrem tuum, quæ inter alios fratres noſtros reſpectu dilectionis (ll) probitatis tuæ (mm) chariſſimum reputamus, & propter providentiam, & diſcretionem ejus præſcriptam (nn) eccleſiam, ſpiritualia & temporalia incrementa conſecuturum (oo), incunctanter aſſumas, & ipſum tempore oportuno in presbyterum ordines, & demum (pp) in Epiſcopum ſtudeas, auxiliante gratia ſpiritus ſancti, conſecrare.



(1) *conſideramus.* (2) *aſſenſu.* (3) *nunquam.* (4) *caſſamus.*

*a* Scribe *ſub Apoſtolorum*, ut eſt in duobus Tarrac. *b* Vox *ſuos*, in vet. Tarrac. non eſt. *c* Sic etiam Raim. *Conſideramus*, vetus Tarrac. *d* Sic Raim. *Frontuni*, unus Tarrac. *Frontonis* forte, ut ,, Frontonis pla- ,, tani, convulſaque marmora clamant ". *e Ad nos interpoſitam, & contra*, Raim.
*f Fuerit celebrata*, Raim. *g* Hæc recte Contius omiſſa a Raimund. addidit.
*h De aſſenſu*, vetus Tarrac. & Cont. *i Numquam*, vetus Tarrac. & Cont. quod non placet, ſed ita ſæpe illis temporibus loquebantur. *k Quapropter utriuſque electionem*, Raim. *l* Hæc omittunt Raim. & Cont.
*m Caſſamus*, vetus Tarrac. & Cont. *n Poteſtatem*, unus Greg. *o Ita quod*, Raim.
*p Integre* Raim. & Cont. aliis omiſſis. *q* Sic etiam unus Gregor. *Dominus* pro *Deus* unus Tarrac. *ſi Deus gratiam dederit*, Raim. *r* Hæc omittunt Raim. & Cont. *s In eorum alterum*, Gregor. 9.
*t Convenire* Raim. & Cont. aliis omiſſis. *u* Hæc etiam omittunt, Raimund. & Cont.
*x* Hoc ideo omiſſum eſſe videtur, quod in eo ſcriptum ſit; *non ponentes legem in poſterum*, *ſed ſimilia fieri prohibentes.* *y* Additur *Et* ante vocem *ad* in uno ex Tarrac. *z* Sic duo libri Tarrac. *partim*, *&*, Barc.
*aa* Vox *forte* non male in altero Tarrac. & in Barcin. omittitur. *bb Approbaretur*, alter Tarrac. ut editum eſt, Barcin. *cc* Vox *ab* in altero Tarrac. omiſſa eſt, *nec a miniſtratione*, Barcin. ſed nihil muto.
*dd Si vellemus*, Barcin. *ee Et ſacrorum*, alter Tarrac. *ff* Vox *dure* in altero Tarrac. omittitur. *poſſemus* pro *poſſumus* Barcin. & idem Tarrac. non male. *gg Ceterum quia*, alter Tarrac.
*hh Tibi quæſtionem factam*, Barcin. *ii* Vox *Ideo* neque in Barcin. eſt, neque in altero Tarrac.
*kk De cetero & ex*, Barc. *ll Devotionis* Barc. & alter Tarrac. *mm Et probitatis ſuæ*, Barcin.
*nn Ad præſcriptam*, Barcin. *oo Conſecuturam*, *in ejus curam*, *& gubernationem*, Barcinon.
*pp Et deinde*, Barcin.

UNED

## CAPUT II.

*Idem Lundon. Archiepiſcopo (a).*

De renunt. c. 1.

LItteras tuas nuper (*b*) accepimus devotione plenas, & dolore non vacuas, quæ quidem & tuam nobis inſinuant (*c*) affectuoſiſſimam charitatem, & tui archiepiſcopalis officii, quod fideliter geſſiſſe, & adhuc gerere te [*d*] gaudemus, contrariam exigebant eccleſiæ utilitatibus ceſſionem. Noſti enim ſicut vir prudens & providus, quod tanta eſt cleri malitia, & contra eccleſiam Dei tam gravis, tamque diuturna perſecutionis inſtantia, ut nequaquam ei cedat ad commodum, ſi tuam ſedem talem contigerit ſubire defectum. Quod ſi tuam, aut ſenectutem, aut inſufficientiam forte conſiderans, te tamquam emeritum [*e*] poſtulas relaxari: ſcito nos credere, & pro certo tenere [*f*], quod tutius ſit hoc tempore, ſi commiſſa tibi eccleſia ſub umbra tui nominis gubernetur, quam ſi alteri novæ, incognitæque (*g*) perſonæ in tanto diſcrimine gubernanda committeretur [*h*], maxime quia in te vigor devotionis, & fidei etiam corpore ſeneſcente non deficit, ſed urgente (*i*) deorſum condictione corporea, fervor ſpiritus in ſublimiora conſcendit. Ne igitur [*k*] hujus doloris aculeus vividam circa te noſtri pectoris vulneret charitatem, rogandum te potius duximus (*l*), & monendum, ut ſuper hoc diebus iſtis, nulla te facias importunitate moleſtum. Quia indecens omnino probatur, prius ſolvere militiæ cingulum, quam cedat victorib. (*m*) adverſitas prœliorum. Inſta igitur (*n*) ſicut bonus miles Chriſti, & in tuæ ſollicitudinis officio perſevera; ne dum tuæ quietis deſideria quæris, tu aliquod talenti tibi crediti detrimentum patiaris. Illud quoque te oportet attendere, quod ſi pennas habeas, quibus in ſolitudinem volare ſatagis, ut quieſcas, ligatæ ſunt tamen nexibus præceptorum, quæ ita ut noſti, & ſacrorum (*o*) canonum inſtitutione te vinciunt, ut liberum non habeas abſque noſtra permiſſione volatum. Ceterum ne frater te (*p*) intollerabiliter nos gravare cauſeris, qui melius (*q*) tui potes tam animi debilitatem noſſe, quam corporis, hoc tandem tibi (*r*), ſi judicio conſcientiæ tuæ res id prorſus exigit, indulgemus: ut ſi ſuſcepta (*s*) opportunitate, tam per te, quam per Principem terræ, vel etiam per litteras tuas, & idoneos nuntios, ſi corporalem ibi, vel non potueris, vel nolueris exhibere præſentiam, alioſque regni (*t*) illius religioſos, & induſtrios de ſubſtituenda ſis perſonas ſollicitus, & talem invenire ſatagas ſucceſſorem, qui non a fidei claritate degeneret, neque a tramite rectitudinis, & honeſtatis (*u*) aberret. De his quoque, quæ tuis duxeris neceſſitatibus reſervanda, cum eiſdem perſonis tractare, & deliberare convenit (*x*): ut cum nobis hæc omnia tam tua, quam illorum fuerint aſſertione comperta (*y*), ita provide, ac ſecure poſſimus in facto procedere, quod neque nos, nec te ipſum oporteat hujus operis in poſterum pœnitere.

## CAPUT III.

*Idem Abbati Dalonen. (z) & Priori de Artigia [aa].*

CUM inter P. Gaufredi, & quoſdam alios canonicos S. Luviani (*bb*) ſuper ſpirituali beneficio s. ſtallo in choro, & loco in cap. in curia noſtra (*cc*) quæſtio fuiſſet (*dd*) diutius agitata: quia tamen altera (*ee*) pars ſufficienter inſtructa non venerat, negotium non potuit terminari. Ideoque cauſam (*ff*) ipſam veſtro examini committentes d. v. per A. s. m. qua. partes ante veſtram præſentiam convocetis (*gg*), & rei veritate plenius inquiſita; ſi præfatum P. Gaufredi inveneritis de conſenſu majoris, & ſanioris (*hh*) partis capituli fuiſſe de ſpirituali beneficio auctoritate Apoſtolica inveſtitum, eum beneficium ipſum faciatis ap. re. (*ii*) pacifice poſſidere; non enim videtur nobis impedimentum afferre etiam juramentum (*kk*), quod de eodem non petendo ulterius proponitur præſtitiſſe, ſi conſenſus majoris, & ſanioris (*ll*) partis canonicorum eccleſiæ interceſſit (*mm*). cap. 2. eod.

CA-

*a* *Lundun.* alter Tarrac. *London. Epiſcoro*, veteres Gregor. *Baton. Epiſcopo*, alii, *Lugdun. Archiepiſcopo*, Contius in marg. Londonium ſive Lundonium ſive Lundoniam pro Londino appellarunt barbari jam inde a tempore B. Gregorii, urbem nobilem in Britannia inſula. *b* Recte Contius addidit a Raim. omiſſa.

*c* *Inſinuarunt* Cont. *d* Vox *te* in altero Tarrac. omittitur, *te gerere*, Cont.

*e* Hoc rectius eſt, quam *tamquam immeritum*, ut in vulgaribus Gregor. & confirmatur ea ſcriptura veterum librorum auctoritate, ſumitur translatio a veteranorum emeritis ſtipendiis: ſic poſtea, *ſolvere militiæ cingulum & inſta ſicut bonus miles Chriſti.* *f* Hæc omittunt Raim. & Cont. *g* Sic etiam Raim. *ignotæque* alter Tarrac. liber. *h* *Gubernanda in tanto diſcrimine committatur.* Raimund. & Contius.

*i* *Sed urgente*, malo, *ſed vergeate.* alter Tarrac. & Greg. 9. & cap. 1. de hæreticis collect. 3.

*k* Hæc etiam clauſula omiſſa a Raim. recte a Contio additur. *l* *Te duximus*, alter Tarrac. *te potius dignum duximus*, Cont. *m* *Victori*, Raim. & Cont. *n* Omnia hæc Raim. & Contius omittunt. Sunt autem ſumpta ex epiſt. 2. cap. 2. Pauli ad Timoth. licet pro verbo *Labora* ſit hic *Inſta* Græce κακοπάθησον, quaſi dicas, *bono animo mala quæcumque ferto.* *o* vox *ita* in altero Tarrac. deſideratur, in quo *ex* pro & ſcriptum eſt. *p* *Ne ſuper te*, Barc. & alter Tarrac. *q* *Quia* pro *qui* Barcin. *r* Vox *tibi* in Tarrac. altero omiſſa eſt. *s* *Ut ſuſcepta*, Barcin. & Tarrac. alter aptius. *t* *Alios regni*, Barcinon.

*u* *Honeſtate* vetus Tarracon. *Veritatis* pro *rectitudinis* Barcin. *x* *Deliberare te convenit*, Barcin. & Tarrac. alter, non male. *y* *Comparata*, Barcin. *z* *Dolen.* Raim. *Dulonen.* Contius in marg.

*aa* Sic etiam Cont. *de Argicia*, vetus Tarr. *bb* *Sancti Juliáni*, Barcin. & vetus Tarrac. quod malo *ſancti J.* Raim. & Cont. *cc* *In præſentia noſtra*, Barcinon. & Tarracon. vetus, omittunt omnia Raim. & Cont.

*dd* Sic etiam Raim. *quæſtio ſit*, Barcin. *ee* Addit recte hæc Cont. a Raim. prætermiſſa.

*ff* Multa omittunt Raim. & Cont. *gg* *Partibus &c. convocatis*, Barc. *hh* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt tamen in calce hujus capitis iterum repetita. *ii* Hæc Raim. omiſerat, addidit Cont.

*kk* Vox *etiam* omittitur in Barcin. & in altero Tarrac. & in Gregorianis. *ll* *Olim & ſenioris*, in vet. Tarr.

*mm* Sic Raim. & Cont. *interceſſerit*, Barcin. & Tarr. alter.

UNED

## CAPUT IV.

*Idem Epiſcopo Verulan.* (*a*).

c. 3. eod. EX tranſmiſſa (*b*) relatione Abbatis S. Nicolai de Ceperano (*c*) auribus noſtris eſt intimatum, quod P. Rubeus, dum olim (*d*) infirmitate laboraret apud monaſterium Sancti Salvatoris de Teleſia (*e*), ſibi petiit habitum monaſticum indulgeri: qui poſt modum recuperata ſanitate ad monaſterium illud gratia complendi ſuum votum acceſſit, & ibidem moram aliquantulum (*f*) faciens, ea, quæ prædictæ eccleſiæ Sancti Nicolai contulerat, ſibi fecit reſtitui. Nunc autem mutato animo per te, & per amicos tuos (*g*) laborat, ut in eadem eccleſia reſtituatur (*h*). Verum quoniam (*i*) jam dicta eccleſia ab eo ſoluta dignoſcitur, ex quo illi ea, quæ ſibi contulerat, ad voluntatem, & petitionem (*k*) ſuam reſignavit. f. t. mo. atq. man. (*l*) qua. ſi res ita ſe habet, prædictum Abbatem & ſocios ejus ad receptionem præfati. P. nulla ratione invitos compellas, nec a Ceperano (*m*) compelli permittas. Hortari tamen eos, & monere (*n*) poteris, ſi tanti tibi fuerit [*o*], ut illum non tanquam unum de eccleſia, ſed quaſi de novo deberet intrare, recipiant (*p*).

# TITULUS VI.
# DE TEMPORIBUS ORDINATORIIS (*q*), ET QUALITATE ORDINANDORUM.

## CAPUT I.

*Alexander III. Bathon. Epiſcopo* (*r*).

De tempore ord. c. 1. SUbdiaconos autem nulli (*s*) niſi Romano Pontifici liceat in diebus [*t*] dominicis ordinare (*u*), quamvis Deo dicatas virgines conſecrandi (*x*), & minores ordines his diebus habeant licentiam celebrandi (*y*). Sabbato quidem Pentecoſtes non licet (*z*) alicui ſacros ordines celebrare; cum in ſequenti ſeptimana, recepta ſpiritus ſancti gratia celebrentur.

## CAPUT II.

*Idem Herforden.* (*aa*) *Epiſcopo.*

SAne ſuper (*bb*) eo, quod moris eſſe dixiſti c. 2. eod.
eccleſiis quibuſdam Scotiæ, & Gualgæ (*cc*) in dedicationibus [*dd*] eccleſiarum vel altarium extra jejunia quattuor temporum clericos ad ſacros ordines promovere: pru. t. (*ee*) ſignificamus, quod conſuetudo illa (*ff*), utpote inſtitutioni eccleſiaſticæ inimica, & deteſtabilis eſt, & penitus (*gg*) improbanda, & niſi multitudo, & antiqua conſuetudo terræ eſſet (*hh*), taliter ordinati non deberent permitti (*ii*) in ſuſceptis ordinibus miniſtrare: nam apud nos ſic ordinati deponerentur, & ordinantes privarentur auctoritate ordinandi.

## CAPUT III.

*Idem Herforden.* (*kk*).

DE eo autem (*ll*), quod quæſiſti (*mm*), an cap. 3. eod.
liceat extra jejunia quattuor temporum, aliquos in oſtiarios, lectores, exorciſtas, acolythos (*nn*) promovere, aut etiam ſubdiaconos facere (*oo*): providentiæ tuæ taliter reſpondemus [*pp*], quod licitum eſt Epiſcopis domini-

*a Verulano*, vetus Gregor. & Cont. qui in marg. ſcribit *Verſellenſi mendoſe. Vetulen.* vetus Tarrac. *Verulen.* Barc. mihi *Verulano* placet. *b Nobis*, additur in Barcin. recte. *c Sancti N.* &c. Greg. 9. & Cont. obſcurius. Eſt autem Ceperanum oppidum non longe a Verulis. *d Quod cum P. Rubeus olim*, Barcin. non male. *quod P. Rubeus clericus dum*, Raim. & Cont. *e* Hæc omittunt Raim. & Cont. eſt autem Teleſia, vel fuit potius, urbs in Samnio prope Alliſas noſtras. *f Moram aliquantulam*, alter Tarracon. & Gregoriani.

*g Per ſe, & per amicos ſuos*, vetus Tarracon. omnia Raimund. & Contius omittunt.

*h Ut in eandem eccleſiam reſtituatur*, Barcin. *ut reſtituatur in eccleſia ſupradicta*, Raimund. & Cont.

*i Unde* pro *Verum*, varietas eſt Tarrac. libri, & Contiani. *k Ad petitionem*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*l F. t. per A. ſ. m.* Barcin. *mandamus*, Raim. & Cont. *m* Sic etiam vetus Gregor. *domino loci*, additur, ut ſcholium in veteri Tarrac. *nec ab alio*, Barcinon. *nec a populo Ceperano*, Cont. *nec ab aliquo* idem in marg. *nec ab alio*, *nec a te*, alii. *nec a Ceperano Abbate*, alii. Mihi placet, *nec ab aliquo.*

*n Et monera eos*, Vetus Tarrac. *eos & commonere.* Barcin. *eos*, Raim. & Cont. aliis prætermiſſis.

*o* Sic cap. 4. de off. deleg. in hac collect. *ſi res tanti eſt.* hæc etiam omittunt Raim. & Cont.

*p Per te recipiant*, Barcin. pro verbo *recipiant*, *recipiant in ſocium*, *& in fratrem.* Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*q Ordinationis*, Tarr. vetus. *ordinationum*, Barcin. & Greg. 9. Varietatis ratio habenda eſt.

*r Bathonienſi Epiſcopo*, poſt concil. Lateran. parte 26. cap. 23. *Batonienſ. Epiſcopo*, vetus Tarrac. *Baton. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Londonenſi Epiſcopo*, alii. *Batonenſ. Epiſcopo*, alii. *Arth.* Cont. in marg.

*s* Sic etiam Greg. 9. *vero* pro *autem* Barcin. *Subdiaconos autem nullis*: ſive *Subdiaconus aliis nullis*, concil.

*t* Sic etiam vetus Gregor. *liceat diebus*, Cont. & alii. *licet in diebus*, concil.

*u Conſecrare* vetus Tarrac. ſolus. *x* Ordinem verborum mutaſſe videtur Raim. ut effugeret verba similiter cadentia, *quamvis conſecrandi Deo dicatas virgines.* *y* Sic etiam Raim. & Cont. *licentiam habeant conferendi* concil. duobus primis verbis omiſſis. *his diebus habeant Epiſcopi licentiam celebrandi.* Barcin. non male. *his diebus alii Epiſcopi habeant licentiam celebrandi*, vetus Tarrac. plenius. *z* Sic etiam in concil. *non liceat* Raim. & Cont. *aa Herefordenſi* in concil. d. parte 26. cap. 24. *Hereford.* vetus Gregor. *Herfordienſi* Cont. & alii. Eſt Herefordia urbs in Britannia inſula. *bb* Scribi potuit, *Intelleximus* &c. & infra. *ſive pars cap.* INTELLEXIMUS: nam d. cap. 24. refertur partem eſſe capitis 13. partis 7. cujus verba ſunt in hac collectione lib. 1. tit. 21. cap. 11. *cc Valiæ* pro *Gualgæ* vetus Gregor. rectius. *quibuſdam eccleſiis Scotiæ, & Valle.* vetus Tarracon. *quibuſdam Epiſcopis eccleſiæ Scotiæ, & Waliæ*, Barcin. *Gualliæ* pro *Waliæ* concil. *in eccleſiis quibuſdam Scotiæ* (*Angliæ*) *& Valliæ* Cont. *Galliæ* in marg. ex veteri libro. Ego vocem *Waliæ* adgnoſco: eſt autem id provinciæ nomen in Britannia: ejus mentio fit cap. 5. de appellat. in 3. collectione.

*dd In dedicatione*, vetus Tarrac. tantum. *ee Prudentiæ tuæ*, concil. Tarrac. vetus, & Barcin. hæc omittunt Raimund. & Cont. *ff Tua* pro *illa* ſolus Tarrac. vetus liber. *gg* Sic etiam in concil. *eſt penitus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *hh Eſſet terræ*, Tarracon. vetus. *terræ eſſet in cauſa*, concil.

*ii Pro merito*, concil. mendoſe. *kk* Adde *Epiſcopo* ex Barcin. & Tarrac. veteri. *eidem* eſt. in Gregorianis aptius, & ex d. parte 26. cap. 25. videtur eſſe ex eadem epiſt. pars cap. INTELLEXIMUS.

*ll* Sic etiam Raim. *De hoc autem*, concil. *mm Quæſiviſti*, concil. & Raim. *requiſiſti*, vetus Tarrac.

*nn Vel acolythos*, Barcin. & concil. & Raim. non male. *oo* Sic etiam in concil. *diacones* pro *diaconos* alter Tarrac. *aut in ſubdiaconos promoveri*, vetus Gregor. *aut etiam ſubdiaconos promovere*, Cont. & alii. *pp Prudentiæ* pro voce *providentiæ* in concil. aptius. *tibi reſpondemus*, vetus Gregor. aliis omiſſis. *taliter reſpondemus* Cont. & alii.

UNED

nicis [*a*], & aliis feſtivis diebus aut unum (*b*), aut duos in minores (*c*) ordines promovere: ſed ad (*d*) ſubdiaconatum, niſi in quattuor temporibus aut in ſabbato (*e*) ſancto, & in ſabbato [*f*] ante dominicam de paſſione (*g*), nulli Epiſcoporum præter quam Rom. [*h*] licet aliquos ordinare.

### CAPUT IV.

*Lucius III. Turon. Archiepiſcopo* (*i*).

cap. 5. eod. AD aures noſtras te ſignificante (*k*) pervenit, quod religioſi quidam zelum Dei habentes [*l*] ad ſuperiores deſiderant ordines promoveri, putantes majus (*m*) præmium cumulandum, quo in majori gradu poſiti ſublimius officium fuerint aſſecuti (*n*); ſed prælati eorum deſideriis contradicunt. Ideoque tua (*o*) duxit fraternitas inquirendum (*p*): an in inferioribus conſtituti ordinibus juxta beneplacitum ſuorum prælatorum, quibus promotio diſplicet, a ſuperioribus debeant abſtinere (*q*), an valeant prælatis ſuis renitentibus promoveri. Tuæ igitur quæſtioni reſpondemus [*r*], quod honeſtius, & tutius eſt ſubjectis [*s*] debitam præpoſitis obedientiam impendendo in inferiori miniſterio deſervire, quam cum præpoſitorum ſcandalo graduum appetere dignitatem (*t*): nec eſt in hac parte ſubjectorum deſiderium (*u*) confovendum: quoniam eſſe poteſt, quod prælati [*x*] ſecreta eorum commiſſa (*y*) noverint, ex quibus conſtat eis, quod ſalva nequeunt conſcientia ſublimari: quia non in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei.

### CAPUT V.

*Alexander III. W. Alban. Epiſcopo* [*z*].

EX tuarum litterarum tenore accepimus (*aa*), quod N. clericus adeo deliquit: quod ſi delictum ejus [*bb*] publicum eſſet, ab ordine, quem ſuſcepit (*cc*), degradaretur, & amplius non poſſet ad ſuperiores ordines promoveri: verum quoniam (*dd*) peccatum ipſum occultum, & privatum fore (*ee*) dixiſti: f. t. per A. s. [*ff*] m. q. ei condignam pœnitentiam imponas, & ei ſuadeas (*gg*), ut parte pœnitentiæ [*hh*] peracta, ordine ſuſcepto utatur, & eo contentus [*ii*] exiſtens [*kk*], ad ſuperiores ordines amplius (*ll*) non aſcendat [*mm*]. Verumtamen, quia peccatum occultum eſt, ſi promoveri voluerit [*nn*], ei non potes, nec debes (*oo*) ratione aliqua prohibere. cap. 4. eod.

## TITULUS VII.

## DE ORDINATIS AB EPISCOPO, QUI RESIGNAVERAT EPISCOPATUM (*pp*).

### CAPUT I.

*Alexander III.* (*qq*) *Toletano Archiepiſc.* [*rr*].

REquiſivit a nobis tua fraternitas, utrum clerici [*ſſ*], qui poſt renuntiationem (*tt*) factam a prædeceſſore tuo ordines ſuſceperunt [*uu*], in ipſis debeant remanere, aut ad majores [*xx*] de jure canonum promoveri. Nos igitur quia nobis non plenarie de veritate conſtat, non poſſumus tibi ſuper hoc breviter reſpondere: nam diſtinguitur, utrum [*yy*] renuntiat loco, ſimul & dignitati [*zz*]; nam ubi tan- De ord. ab Epiſc. c. 1.

*a Diebus* additur in concil. tantum. *b* Vox *aut* omittitur in concil. & in Greg.

*c Ad* pro *in*, concil. *d Sed in*, Barcinon. *e* Sic etiam in concil. & in veteri Gregor. *aut ſabbato*, Cont. & alii. *f Aut* pro & Barcin. *vel ſabbato*, Raim. & Cont. *g Domini*, addit Barcin. ſolus.

*h Romano*, vetus Tarrac. *Pontifici* additur. in conciliis, & in Gregorianis.

*i* Sic etiam eſt in veteri Gregoriano, & d. parte 26. cap. 22. *Turon. Archidiacono*, Contius, & alii. Additur in Barcin. littera *B.* nominis initium ejus Archiepiſcopi, finge Bonum, aut Benedictum, aut Bernardum aut Barptol. dictum fuiſſe. *k* Sic etiam in concil. omittunt hæc Raimund. & Cont.

*l* Sic etiam in concil. *zelum habentes Dei*, Tarrac. vetus: omittunt omnia Raim. & Cont.

*m* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa uſque ad illa, *ſed prælati.* ſunt in conc. *n Executi*, non recte in conc.

*o* Hæc itidem ſunt in concil. omittuntur a Raim. & Contio, uſque ad illa, *Tuæ igitur.*

*p Requirendum*, Tarracon. vetus, & Barcinon. & concil. *q Debent olim*, pro *debeant*, fuerat in ſolo Tarracon. veteri. *r Taliter reſpondemus*, Raim. ſolus. *s Eſt ſubjectos*, concil.

*t Quam in præpoſitorum ſcandalum gradum appetere digniorem*, concil. non male.

*u Subjectorum eorum deſiderium*, vetus Gregor. ſolus. *x Ut* pro *quod*, in concil.

*y* Vox *commiſſa* in veteri Tarrac. aliquando deſiderabatur. *z* In dicta collectione poſt concil. Later. parte 50. cap. 3. *Alex. III. in eodem libro ſecundo W. Albanenſi Epiſcopo Vicario noſtro.* librum ſecundum interpretor regiſtri epiſt. Alex. III. Non male autem a Raim. ordo mutatus eſt horum reſcriptorum, quippe cum Lucius III. Alexandro ſucceſſerit. Inſcriptionem ab eod. Raim. omiſſa recte Contius addidit.

*aa* Horum verborum ordo multis modis eſt immutatus: ſic in Gregorianis initium eſt, *Ex tenore &c. Ex tuarum tenore* &c. in concil. *bb* Sic etiam in concil. *peccatum* pro *delictum* Raim. *quod ejus delictum ſi*, Tarr. vetus.

*cc Quem accepit*, vetus Tarrac. tantum. *dd Unde* pro *verum* idem Tarrac. ſolus.

*ee Eſſe* pro *fore* idem Tarr. *occultum eſt, & privatum fore*, concil. *fore occultum*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*ff* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. *gg* Vox *ei* non eſt in concil. neque in Gregor. at in veteri Tarrac. addita eſt. *hh* Sic etiam Raim. *ut ex parte pœnitentia*, Barcin. non male. *ut per te pœnitentia*, concil. non recte. *ut pœnitentiæ parte*, vetus Tarracon. *ii Quo contentus* Raimund. & Contius.

*kk* Hæc vox olim in veteri Gregor. ſolo deſiderabatur. *ll* Vox *ordines* in Gregor. non eſt. vox *amplius* in veteri Tarrac. addita eſt. *mm Non accedat*, concil. *nn Deſiderat* pro *voluerit* concil.

*oo* Vox *ei* aliquando in Tarracon. deſiderabatur, *eum non debes*, Raim. & Cont. In fine adde ex libro Barc. *Data Beneventi IV. Kal. Maii.* *pp Epiſcopatui*, Barcin. *qui reſignavit Epiſcopatui*, vetus Gregor. *qui renuntiavit Epiſcopatui*, vetus Tarracon. & Cont. & alii Gregoriani. *qq Idem* Barcinon.

*rr* Sic etiam Raim. & Cont. *Toloſano Epiſcopo* ſive *Andren. Epiſcopo* ex d. parte 26. cap. 18. aut *Turonenſ. Archiepiſcopo*, ut cap. 19. ejuſdem partis, eſt enim adſcriptum d. cap. 18. Pars cap. CONSULUIT, quod initium eſt capitis 19. quod invenies ſub titulo de ſervis non ordinandis in hac collectione, & in Gregoriana.

*ſſ* Vox *clerici* deſideratur in veteri tantum Gregor. *tt Reſignationem* quidam ex Gregor.

*uu Receperunt*, Raim. & Cont. *xx* Hæc Raim. omiſit, addit Contius, ſunt etiam in concil. excepta voce *aut* pro qua eſt *an*, & pro *quia nobis non plenarie de veritate conſtat*, eſt illic, *quia de veritate nobis non conſtat.*

*yy* Sic etiam in concil. ſed in veteri Gregoriano, *Reſpondemus igitur diſtinguendum.* Contius *diſtinguendo.*

*zz Utrum renuntiat tantum loco, aut loco ſimul & dignitati*, in Barc. rectius: *utrum renuntiavit loco tantum, an loco ſimul & dignitati.* Raim. *utrum renuntians loco ſimul & dignitati renuntiet.* in concil.

UNED

tantum loco renuntiat (*a*), ordines ſicut antea, niſi a ſummo Pontifice vel ejus Legato prohibitus fuerit (*b*), rogatus ab Epiſcopo aliquo [*c*] de ratione poterit conferre. Cum autem loco pontificali cedit, & ordini (*d*), ibi diſtinguendum putamus, utrum ſacros contulerit, an minores; ſi enim a tali ordines uſque ad ſubdiaconatum quis acceperit [*e*], quia & [*f*] hujuſmodi ordines quandoque a non Epiſcopis conferuntur, & in illis deſervire poterit, & ad majores, ſi idoneus fuerit, promoveri [*g*]. Sane ſi ab eodem ſacros ordines facta renuntiatione [*h*] ſcienter quis receperit [*i*], quia indignum ſe fecit, executionem officii non habebit: ubi non ſcienter, poterit (*k*), niſi craſſa, & ſupina (*l*) fuerit ignorantia, diſcretus Pontifex diſpenſare.

## TITULUS VIII.
## DE ÆTATE, ET QUALITATE, ET ORDINE PRÆFICIENDORUM.

### CAPUT I.

*Ex concilio Pictavien. pars c. Decrevit.*

De ætat. & qualit. c. 1. UT Abbates, & Decani (*m*), & præpoſiti, qui presbyteri non ſunt, presbyteri fiant, aut prælationes amittant [*n*]: qui Archidiaconatus tenent, diaconi fiant [*o*], qui Archipresbyteratus, presbyteri (*p*), aut honores amittant (*q*). Quod ſi aliqua juſta cauſa prohibente, presbyteri, aut diaconi eſſe non potuerint (*r*), prælationes amittant (*s*).

### CAPUT II. (*t*)

*Item Pelagius Papa.*

De conceſſ. præ. cap. 1. QUI in vivorum locum ſacerdotum (*u*) ponuntur, hoc ipſo ſunt ſecundum canones (*x*) ab eccleſiaſtica communione repellendi (*y*), quo ſe (*z*) paſſi ſunt (*aa*) vivis ſacerdotibus adhiberi.

### CAPUT III.

*Alexander III. Cant. Archiepiſc.*

ET * ratione (*bb*) commiſſæ tibi dignitatis, & conſideratione [*cc*] legationis ad univerſas eccleſias tuæ legationis (*dd*) aciem tuæ ſollicitudinis debes extendere, & quæ enormiter, ſeu contra juſtitiam fuerint [*ee*], paſtorali cura corrigere, & emendare, quatenus de commiſſis ovibus coram patreſam. (*ff*) plenam valeas rationem reddere [*gg*], & tibi pro labore, & ſollicitudine tua merces (*hh*) copioſa cumuletur in cælis. Accepimus autem [*ii*], quod Conventrenſis (*kk*) Epiſcopus non attendens, quid ſacrorum canonum ſtatuta decernant (*ll*), nec modeſtiam Pontificalem conſervans [*mm*], pueris, qui ſunt infra decennium conſtituti, in Archidiaconatu d. f. noſtri R. Archidiaconi Ceſtrenſis (*nn*) eccleſias plures conceſſit, quæ non per clericos, ſed per laicos diſpenſantur, & diſponuntur. Verum quoniam hoc eccleſiaſticæ utilitati eſt inimicum, & rationi contrarium, & ideo non debet (*oo*) aliquatenus [*pp*] tollerari f. t. per A. s. (*qq*) m. qua. ſi ita res ſe habet (*rr*), prædictum Epiſcopum ſuper his viva increpatione corripias, & caſtiges (*ſſ*), & clericis (*tt*) idoneis adminiſtrationes (*uu*), & cuſtodiam præſcriptarum eccleſiarum donec prædicti pueri ad congruam perveniant (*xx*) ætatem, omni occa. & app. ceſ. (*yy*) laicis amotis committas: & eidem Epiſcopo artius prohibeas (*zz*), ne de ce-

De ætat. & qualit. c. 2.
* *Ex ratione.*

*a* *Si* pro *ubi* Barcin. *nam ubi loco tantum renuntiat.* in veteri Tarrac. & concil. *nam in primo caſu.* Raim. & Cont.
*b* Hæc omiſit Raim. & Contius ſunt in conc. *niſi vel a ſummo* &c. Barcin. *c* *Ab alio Epiſcopo*, concil.
*d* *Simul cedit*, & *ordini.* concil. & *ordinis.* Barcin. cetera ut edita ſunt, pro his in Gregorianis eſt: *In ſecundo vero caſu diſtinguendum.* *e* *Quis ceperit*, vetus Tarrac. *quis receperit* concil. *quis accepit*, vetus Gregor. *aliquis acceperit*, Cont. & alii. *f* Vox & deſideratur in Barcin. *g* *Ordinari*, concil.
*h* Hæc omiſit Raim. & Cont. in concil. ſunt. *i* *Quis receperit ſcienter*, vetus Tarrac. vox *ſcienter* omittitur in veteri Gregor. *k* *Ubi autem non ſcienter*, *ibi poterit.* concil. *ubi autem non ſcienter*, *poterit.* Raim.
*l* Hæc in Barcin. non ſunt. *m* Vox & in veteri Greg. non eſt. *n* Recte notat Contius poſt Oſtienſ. hæc fuiſſe in hac collectione, omiſſa a Raim. *o* Omiſit *fiant* Raim. *p* Hæc in veteri Gregor. olim non erant, ſed poſtea adſcripta ſunt in hunc modum: *qui vero archipresbyteratus*, *presbyteri*: his verbis addit Contius ex hac collectione verbum *fiant*, quod in noſtris libris non eſt. *q* *Aut amittant honorem.* Raim. & Cont.
*r* Sic Contius, ſed vetus Greg. *non poterunt.* quod etiam eſt in veteri Tarrac. *s* *Dimittant* quidam Greg.
*t* Hoc caput deſideratur in Barcin. & aliena manu additum eſt in veteri Tarrac. fortaſſe propterea quod repetatur lib. 3. tit. 8. cap. 1. Sed illic Gelaſio adſcribitur ad Romanos, ut in Gregoriana collectione, hic Pelagio.
*u* *Sacerdotum loco* Raim. & Cont. non recte. *loco* Tarracon. vetus, altera voce omiſſa.
*x* Raim. & Cont. *ſecundum canones* omiſerunt. *ſecundum canones ſunt.* d. cap. 1. *canonem* pro *canones* vetus Tarr.
*y* *Pellendi.* d. cap. 1. & Raim. *z* *Quod ſe*, vetus Tarr. *aa* Addunt verbum *ſucceſſores* Raim. & d. c. 1.
*bb* *Ex ratione*, vetus Tarracon. & Barcinon. & poſt concil. Lateran. parte 25. cap. 1. & Gregor. IX. Recte autem Contius addidit multa, quæ Raimundus ſupervacanea eſſe credidit. *cc* *Et* omittit Barcin.
*dd* Omiſſa in concil. *ee* *Fiunt* pro *fuerint*, concil. *facta fuerint*, Cont. & *contra juſtitiam fiant*, vetus Tarrac.
*ff* *In patrisfam. præſentia*, concil. *gg* *Rationem reddere valeas.* concil. omiſſa voce *plenam.* Contius, *plenam reddere rationem*, omiſſa voce *valeas* non ſine mendo: *plenam valeas reddere rationem*, vetus Tarrac.
*hh* In concil. vox *tua* non eſt: habet Contius. *ii* Vox *autem* in veter. Gregor. non eſt.
*kk* *Eboracenſ.* Cont. in marg. *Conventren.* concil. *ll* Sic in concil. *inſtituta decreverint.* Cont. *ſtatuta declarant*, Tarrac. vetus. *mm* *Paſtoralem conſervas* Cont. ut editum eſt, in concil. *moderantiam* pro *modeſtiam* habet vetus Tarr. *nn* *In Archidiaconatu R. Archidiaconi Ciſtren.* Raim. & Cont. *Conventren.* pro *Ceſtren.* in concil. cetera, ut edita ſunt: verbum *noſtri* cur additum ſit, quærent ſcriptores Pontificiarum litterarum; nam hi putant eſſe magni honoris hanc appellationem. *oo* *Unde quoniam hoc* &c. & *non debet.* in concil. *Verum hoc eccleſiaſticæ* &c. & *ideo non debet*, Barcin. *Unde quoniam hoc non debet*, vetus Gregor. alii mutato ordine, *non debet hoc*, ut Cont. *Unde* pro *Verum.* in vet. Tarrac. cetera ut edita ſunt: aliquando tamen *quoniam hoc* deſiderabantur.
*pp* *Eatenus*, conc. *qq* *Fraternitati tuæ* &c. in concil. mendoſe: ſcribi debuit, quod editum eſt; *aut*, *fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta*; quæ etiam verba omittunt Raimund. & Contius.
*rr* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *ſi res ita ſe habet*, in concil. *ſi ita ſe res habet*, vetus Tarrac.
*ſſ* *Dura increpatione corrigas*, & *caſtiges*: in concil. pro his omnibus Raim. contentus fuit voce *corripias*, & Cont.
*tt* Additur in concil. *ſeu miniſtris.* *uu* *Adminiſtrationem*, concil. non male. *xx* *Veniant*, Raim. & Cont.
*yy* *Omni occaſione*, & *appellatione ceſſante*: in concil. hæc omiſit Raim. & Cont. *zz* Sic etiam in concil.

*eidem*

cetero eccleſias, niſi perſonis, quæ ætatem, & ſcientiam habeant, regendas concedat: qui ſi ſecus egerit (*a*), ei debitam pœnam infligas [*b*], & inſtitutionem (*c*), & conceſſionem (*d*) ipſius omnino virib. (*e*) carere decernas.

## CAPUT IV.

*Idem Cant. Archiepiſc. & Suffraganeis ejus.*

cap. 3. eod. INdecorum eſt admodum, & abſurdum [*f*], ut hi debeant eccleſias regere, qui ſeipſos gubernare non noverunt (*g*); cum ad eccleſiarum regimen tales perſonæ ſint admittendæ, quæ diſcretione præmineant (*h*), & morum fulgeant honeſtate. Nolentes itaque ſuſtinere, ut ad preces (*i*), vel inſtantiam (*k*) aliquorum, ſicut frequenter ſolet in veſtris partibus fieri, parvulis regimen committatur (*l*): f. u. per A. s. (*m*) man. qua. nemini infra xiv. annum conſtituto perſonatum cujuslibet eccleſiæ (*n*), aliquorum gratia, vel obtentu [*o*] concedere præſumatis, ſcituri pro certo, quod ſi præcepto noſtro in hac parte (*p*) contraire præſumpſeritis, quod inde feceritis, auctoritate noſtra penitus (*q*) irritabimus, & inobedientiam veſtram graviter puniemus.

## CAPUT V.

*Idem* (*r*).

cap. 4. eod. & de jure patr. c. 22. EAM te decet in ordinandis (*s*) eccleſiis tuæ diœceſis curam habere, ne ullus in eis contra decreta, quæ in Lateranenſe concilio edidimus, vel etiam contra antiquas ſacrorum canonum ſanctiones clericus ordinetur, ſed tales in ipſis ſatagas ponere, qui commiſſi ſibi gregis curam commode gerere poſſint, & exemplo boni operis ad virtutes invitent (*t*). Inde eſt, quod præſentib. [*u*] litteris tibi artius inhibemus, ne perſonas, quæ in eccleſiis tui epiſcopatus ad curam animarum fuerint ordinandæ [*x*], in ipſis (*y*) inſtituas, vel aliqua occaſione, vel etiam (*z*) litterarum noſtrarum obtentu inſtitui patiaris, quæ ſcientia, moribus, & ætate concilii non congruant inſtitutis. Sed etiam (*aa*) plures habentes eccleſias, quæ ex una non pendeant, tibi liceat ap. poſtpoſita cogere ad unam ipſarum, quam maluerint, dimittendam, niſi ita fuerint tenues in ſubſtantia, quod proprios ſacerdotes non poſſint convenienter habere (*bb*). Illas autem eccleſias (*cc*), de quarum patronatu controverſia fuerit, ſi infra ſex menſes, poſtquam vacaverint, non fuerit quæſtio terminata (*dd*), licitum tibi ſit de perſona idonea, ſublato ap. ob. (*ee*) ordinare.

## CAPUT VI.

*Idem Exo. Epiſcopo* [*ff*] *pars c. In litteris.*

PRæterea licet ad presbyteratum (*gg*) parochialis eccleſiæ non debeat aliquis, niſi ſubdiaconus ſit [*hh*] ad minus, recipi (*ii*), diſpenſative tamen in minoribus ordinibus conſtituti conſueverunt admitti (*kk*), dum tamen tales [*ll*] ſint, quod infra [*mm*] breve tempus ſubdiaconatum, diaconatum, & presbyteratum poſſint recipere [*nn*]. cap. 5. eod.

## CAPUT VII.

*Idem Dulmenſi Epiſcopo* [*oo*].

ANobis tua diſcretio requiſivit, utrum is, cui ante xxv. annum [*pp*] ætatis ſuæ nondum concilio, quod nuper Lateranis [*qq*] fecimus, celebrato, magiſterium eccleſiæ conceſ- Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 25. c. 4.

*idem Epiſcopo prohibens.* Raim. & Cont. *a Quod ſi ſecus fecerit*, in concil. *quod ſi ſecus egerit.* Barc. & Raim.
*b Pœnitentiam infligas.* Barcin. & concil. *poenam infligens*, Raim. & Cont. *c* Vox & a Raim. & Contio eſt omiſſa. *d* Hæc deſiderantur in veteri Gregor. habent alii, & concil. *e Omnibus viribus*, Barcin.
*f* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. parte 25. cap. 2.
*g Qui ſemetipſos regere non noverunt*, in concil. aptius *qui non noverunt gubernare ſe ipſos.* Raim. *qui non noverint ſe ipſos gubernare.* Tarrac. vetus. *h* Olim *præminent* in veteri Tarrac. *i* Hæc uſque ad verbum *parvulis* omiſit Raim. item Cont. ſunt in concil. *k Vel inſtantias*, Barcin. *vel ad inſtantiam*, vetus Tarrac. & conc.
*l* Adde *eccleſiarum*, ut in Barcin. eſt, & in concil. ſed in veteri Gregor. ut editum eſt: alii ut Cont. *eccleſiæ regimen committatur*, *Regimen eccleſiæ committatur*, eſt in veteri Tarrac. ſed vox *eccleſiæ* aliquando deſiderata eſt.
*m* Hæc etiam omiſit Raim. non recte in concil. *fraternitati veſtræ &c. quatenus.* *n Alicujus eccleſiæ*, concil.
*o* Omiſſa a Raim. & Contio, ſunt in concil. *p* Hæc etiam ab eiſdem omittuntur: ſunt autem in concil.
*q Dei* pro *noſtra* eſt in concil. quod non æque placet. Raimund. hæc etiam omiſit, & Cont.
*r* Additur in Barcinon. *de eadem quæſtione*, quæ verba nondum probavi.
*s* Omiſſa a Raim. addidit Contius cap. 4. hujus tituli: ſed ſub tit. de jure patr. omiſit.
*t Ad virtutes alios invitent.* Cont. non male. *u Unde præſentibus* Barcin. Contius, ut editum eſt.
*x Ordinatæ* vetus Tarr. *fuerunt ordinandæ*, quidem ex Greg. *y* Vox *in* aliquando in Tarr. fuerat omiſſa.
*z Seu etiam* Barcinon. *nec aliqua occaſione*, *vel etiam.* Raim. & Cont. *aa Sed &*, vetus Gregor.
*bb* Sic etiam vetus Greg. alii ut Cont. *alere* pro *habere. Habere non poſſint convenienter*, vetus Tarrac.
*cc* Hæc omiſit Cont. Raimundus vero ſub tit. de jure patron. collocavit cap. 22.
*dd Non fuerint terminata*, vetus Gregor. non recte. Sed ſi *fuerit* pro *fuerint* ſcribatur, unius litteræ jactura, recte erit. Contius, & alii, *non fuerit controverſia terminata.* *ee* Hæc omittunt Raim. & Cont. *ſublato ob. ap.* Tarrac. vetus. *ff Exonen. Epiſcopo*, Tarrac. vetus. *Lexonienſ. Epiſcopo*, concil. d. parte 25. cap. 5. *Exomenſi* Cont. in marg. omiſit Raim. *gg Licet aliquis ad perſonatum* in concil. *licet ad regimen*, Raim. & Cont.
*hh* Vox *ſit* in concil. non eſt. *ii Ad minus admitti*, *vel recipi.* concil. *ad minus admitti.* Raim. & Cont.
*kk Adſumi* pro *admitti* Raimund. in concil. ut editum eſt. *ll Modo* pro *tamen* in concil. *dum tales tamen*, vetus Tarrac. *mm* Sic etiam vetus Greg. *quod intra* Cont. aptius *qui infra*, concil. non male.
*nn Subdiaconatum vel diaconatum recipere poſſint* concil. non recte: *poſſint in presbyteros ordinari* Raim. & Cont.
Quod initio hujus capitis dicitur: *Pars cap.* IN LITTERIS: videndum eſt, num ſit pars cap. 9. de off. deleg. vel cap. 5. de reſt. ſpol. Sed in utroque eſt *Brixien. Epiſcopo*, hic *Exon. Epiſcopo* forte eſt pars cap. 6. de reſt. ſpol. eſt enim in hac collectione ſcriptum, *pars cap.* IN LITTERIS. & *Exonien. Epiſcopo* In veteri Tarr. hæc verba, de quibus agitur, non ſunt. *oo* Hæc verba in concil. non ſunt d. parte 25. cap. 4. *Molinen. Epiſcopo*, vetus Tarrac. additur in libro Barcin. *pars cap.* IN LITTERIS. ſed ſuſpicor, aut ea verba repetita eſſe ex ſuperiore capite, aut quod illic ſcribendum erat, hic eſſe adſcriptum. In concil. neutro loco ſunt. A Raimundo hujus capitis ratio non habetur, quod videtur ad eas tantum pertinere perſonas, quæ tempore conc. Later. beneficia optinerent minores annis XXV. *pp Ante XV. annum* in conc. ſed ſuſpicor mendoſum eſſe ex c. 3. ejuſd. conc. Lateran. ex quo eſt c. 7. de electione. *qq Laterani* conc. & vetus Tarrac. *Lateran.* Barcin.

UNED

ceſſum fuerit, (*a*), occaſione decreti, quo in eodem concilio clericis minoris ætatis conferri eccleſias prohibuimus, poſſit eccleſia ſpoliari, quam ante concilium obtinuerat (*b*), præſertim cum ipſa conceſſio fuerit a diœceſano (*c*) Epiſcopo poſt concilium approbata: ſuper quo conſulto [*d*] taliter reſpondemus, quod niſi alia cauſa rationabilis (*e*) obſtet, occaſione minoris ætatis [*f*], aut decreti, quod in concilio promulgavimus, nolumus eum a percepto ante beneficio removeri.

## TITULUS IX.

## DE FILIIS PRESBYTERORUM ORDINANDIS, VEL NON (*g*), NEC IN PATERNIS ECCLESIIS TOLERANDIS (*h*).

### CAPUT I.

*De filiis presb. c. 1.*

*Ex concilio Pictavien. pars c. Decrevit. c. 1.*

UT filii (*i*) presbyterorum & ceteri ex fornicatione nati ad ſacros gradus [*k*] non promoveantur (*l*), niſi aut monachi fiant, aut (*m*) in congregatione canonica regulariter viventes [*n*]; prælationem [*o*] vero nullatenus (*p*) habeant, ſed neque ſervi (*q*), niſi a dominis ſuis libertate donentur (*r*).

### CAPUT II.

*c. 2. eod. t.*

*Alexander III. G. Lincon. electo* [*s*].

** Ex inſinuatione Prioris, & Fratrum de Marcellinæ auribus noſtris innotuit, quod R. Cujac.*

AD * præſentiam noſtram accedens R. presbyter (*t*) tacita veritate (*u*), quod eſſet filius ſacerdotis, per fraudem a nobis impetravit [*x*], ut in eccleſia de Bileshi (*y*), in qua pater ejus miniſtravit (*z*), capellanus exiſteret, quia vero fraus, ſive dolus (*aa*) nulli debet (*bb*) præſtare patrocinium; d. t. per A. s. m. qua. (*cc*) infra xl. dies (*dd*) poſt harum ſuſceptionem litterarum rei veritatem inquiras diligenter, & ſi tibi conſtiterit, quod memoratus R. ſit in ſacerdotio genitus, & quod pater ejus in eadem miniſtraverit (*ee*), non obſtantibus litteris noſtris (*ff*), ipſum exinde (*gg*) omni oc. & ap. ces. amoveas.

### CAPUT III.

*c. 3. eod. t.*

*Idem* (*hh*) *pars c. Inter cetera* (*ii*).

PRæſentium etiam auctoritate tibi (*kk*) jubemus, ut filios ſacerdotum in paternis eccleſiis miniſtrare, vel eas qualibet occaſione (*ll*) obtinere nullatenus patiaris (*mm*); ſed ipſos (*nn*) ab eccleſiis, in quibus patres eorum miniſtraſſe (*oo*) noſcuntur, ceſſante appellationis obſtaculo (*pp*) ſtudeas penitus amovere.

### CAPUT IV.

*c. 4. eod.*

*Idem Wigor. Epiſcopo* [*qq*].

COnquerente nobis Milone clerico (*rr*), auribus noſtris innotuit, quod cum R. presbyter eccleſiam Beatæ Mariæ de Vic. (*ſſ*) tamquam perſona diutius habuiſſet, & poſt mortem ejuſdem M. a Richardo Paceſorde (*tt*) domino fundi fuiſſet (*uu*) præſentatus, R. filius ejus (*xx*) presbyteri in ſacerdotio genitus inſtitutionem ipſius clerici niſus (*yy*) eſt impedire, & ad (*zz*) habendam eandem eccleſiam modis omnibus, quibus poteſt, aſpirat. Quoniam igitur indignum eſt, & canonicæ obviat ſanctio-



*a Fuit*, concil. *b Olim tenuerat*, vetus Tarrac. *c Ab ipſo diœceſano*, concil.

*d Tibi*, additur in Tarrac. veteri: in concil. pro *conſulto* eſt *conſultationi tuæ*, & in Barcin. quod placet.

*e* Pro *alia* eſt in Barcin. *alias* pro *rationabilis* eſt in concil. *rationabiliter*. *f* Vox *minoris* in Tarr. non eſt.

*g* Sic etiam Greg. 9. *vel non* in Barc. omittuntur. *h* Hæc Raim. omiſit, & Contius, pro *tolerandis* Barcinon. habet, *dimittendis*, in concil. parte 19. eſt: *De ordinatione filiorum ſacerdotum, & eiſdem in eccleſiis paternis non tolerandis*. *i Et* pro *Ut*, vetus Gregor. ſolus. *k* Sic etiam in veteri Gregor. alii *ad ſacros ordines*. *Ad ſacros ordinis gradus*, Cont. ex veteri libro. *l* Poſt hæc verba eſt in Barcin. *ſecundum quod decrevit concilium*. quibus verbis abſtinuit Raim. non immerito. *m Aut prius* in Tarrac. veteri non eſt: *vel* pro *aut* poſteriore eſt in Gregorianis. *n Vivant*, in marg. Cont. pro *viventes* aptius, ſed nihil muto.

*o Prælationes*, Cont. *p Nullam*, Tarr. vetus. *q* Hæc pertinent ad titulum de ſervis non ordinandis.

*r Libertati donentur*, Cont. ceteri ut editum eſt; *liberati donentur*, vetus Gregor. non male.

*s* Additur in concil. parte 19. cap. 3. *pars cap.* Ex INSINUATIONE. fortaſſe ejus, quod eſt ſub tit. de jure patron. pro *electo* eſt in vet. Tarrac. *Archiepiſcopo* non recte. *t* Rx pro *R.* eſt in veteri Tarrac. forte Remigium ſignificat, non Raimundum, neque Rogerium. *u Tacito* Raim. minus recte, & Cont.

*x Litteras impetravit*, Barcin. & concil. Raim. autem omiſſis duobus verbis, *impetravit a nobis*. Contius nihil ex Gregoriana mutavit in hoc capite. *y De Bilesbi*, concil. *de Bliſebi* Barcin. *de Leſbi*, vetus Tarrac. Raimund. hæc omiſit. *z In qua R. pater ejus miniſtraverat*. concil. *aa* Hæc ſunt in concil. verborum ordine mutato. Raim. neglexiſſe viſus eſt. *vel* pro *ſive*, eſt etiam in concil. *bb Nullis debet*, concil.

*cc Diſcretioni tuæ* &c. *quatenus*, concil. non recte. *Ideoque t. m. qua.* vetus Gregor. *Ideoque mandamus, quatenus*, Contius, & alii. *dd* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. uſque ad illa verba, *ſi tibi conſtiterit*. pro *XL.* in Barc. eſt *LX.* *ee* Adde verbum *eccleſia* poſt *eadem*, ex Barcin. & Tarrac. veteri, & concil. *pater ejus miniſtravit in eccleſia eadem*. vetus Gregor. *pater in eadem eccleſiâ miniſtravit*. Cont. & alii: *miniſtravit* autem pro *miniſtraverit*, eſt etiam in vet. Tarrac. *ff Prædictis* addit Barcin. & Tarrac. vetus: ante verbum *litteris*, in concil. ut editum eſt. *noſtris* caret vetus Gregor. Contius ut Barcin. & alii.

*gg* Sic in concil. *ipſum amoveas ab eadem*, Raim. & Cont. *hh* Addi poſſet, *Wigorn. Epiſcopo* ex concil. d. parte 19. cap. 4. *ii* Vox *Inter*, in Tarrac. veteri olim deſiderabatur. alias *Interea*. Cont. Integra clauſula exſtat cap. 4. de cleric. conjug. in hac collect. ut illic Alanus notat. *kk Etiam* in concil. non eſt, *etiam tibi*, Raim. omiſit, & Cont. *ll* Sic etiam Cont. & alii Gregor. ſed in concil. & in veteri Gregoriano, *aliqua occaſione*. *mm Permittas*, concil. *nn Et ipſos*, concil. *ſet ipſos*, vetus Gregor.

*oo Miniſtrare*, vetus Tarr. & concil. *pp Ceſſante omni appellationis obſtaculo*, in concil. Raim. hæc omiſit, & Cont. *qq* In veteri Gregor. *W. Wigorn. Epiſcopo* in concil. parte 19. cap. 1. *Vuigorn. Epiſcopo*. in Barc. ut editum eſt, & hoc amplius: *Pars cap.* MEMINIMUS. cujus initium ad eundem Epiſcopum exſtat cap. 3. qui clerici vel vov. a Contio plenius, quam a Raimundo editum. Adde cap. 9. de appellat.

*rr M. clerico* Raim. & Contius, qui poſtea omiſſa ab eodem Raim. addidit non ſine laude. In concil. ſunt exceptis illis verbis, *auribus noſtris innotuit*. *ſſ* In concil. *de Vuicun*. Contius, de *Unig. de Wic*. Tarrac. vetus.

*tt* Pro *M.* Barcinon. habet *R.* & pro *Paceſorde poſſeſſore*. *Poſt mortem ejus idem Milo a Ricardo Paciford*. in concil. *poſt mortem ejuſdem idem M. Ricard. poſſeſſori, & domino* Cont. *ejus idem* pro *ejuſdem* vetus Tarrac. cetera ut edita ſunt. *uu Fundi tibi fuiſſet*, concil. *xx Filius illius*, Barcin. & concil.

*yy Eccleſiæ* pro *clerici*, Tarrac. vetus *viſus* pro *niſus* concil. & Barcin. *zz* Vox *&* a Contio eſt omiſſa.

ctioni, ut filii debeant [*a*] patribus ſuccedere in eccleſiis; nos ad enormitatem iſtam eradicandam ſollicite volentes, & diligenter intendere (*b*), f. t. per A. s. præ. m. qua. (*c*) ſi publicum eſt, & notorium, patrem prædicti R. (*d*) in præſcripta eccleſia presbyteratum (*e*) habuiſſe, filium ejuſdem ibidem miniſtrare (*f*), aut ejuſdem eccleſiæ presbyteratum habere (*g*) nullatenus patiaris; ſed ſi forte jam (*h*) inſtitutus eſt ibi, eum, ſublato ap. remedio, auctoritate noſtra [*i*] non differas (*k*) amovere: & memoratum M. ſi tibi [*l*] ad ipſam eccleſiam fuerit præſentatus ab eo, ad quem repræſentatio (*m*) ſpectare dignoſcitur, ibi dummodo alias idoneus ſit, contra. & ap. ces. non poſtponas recipere, ipſumque facias prædictam quiete poſſidere eccleſiam [*n*].

## CAPUT V.

*Idem Dulmen. Epiſcopo (o).*

Non ponitur. Poſt conc. Lat. c. 2. p. 19.

QUod ſuper his [*p*], de quibus dubitas, a nobis deſideras [*q*] edoceri, & ab animo tuo dubitationem auferri, ſollicitudinem tuam, & diligentiam tuam (*r*), ſicut dignum eſt, commendamus, & conſultationi tuæ in hoc [*s*], quod poſſumus, libenter reſpondemus. Inde eſt, quod ſuper eo (*t*), quod a nobis tua devotio (*u*) poſtulavit; utrum filii ſacerdotum, ſi idonei inventi fuerint, ad ſacros ordines poſſint promoveri (*x*), vel eis animarum cura committi, inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quod filii ſacerdotum niſi in monaſterio, vel canonica regulari (*y*) probatæ vitæ fuerint, & converſationis habiti, ad diaconatum, vel ad ſacerdotium (*z*) non debent admitti.

## CAPUT VI.

*Idem Ludon. Epiſcopo (aa).*

VEniens ad præſentiam noſtram presbyter lator præſentium ſupplici nobis inſinuatione propoſuit (*bb*), quod, cum ipſum ad capellam eccleſiæ. S. Laurentii de Novo Burgo (*cc*), quam ei conceſſiſti, & aſſignaſti, attitulaſſes (*dd*), & in eadem in presbyterum ordinaſſes (*ee*), ipſum poſtea a prædicta eccleſia ſpoliaſti (*ff*), eo quod pater ejus in prædicta eccleſia (*gg*) miniſtravit: quia vero ad noſtrum (*hh*) ſpectat officium, viris eccleſiaſticis paterna proviſione conſulere: f. t. m. p. qua. (*ii*) ſi tibi innotuerit, quod pater ejus presbyter in præſcripta eccleſia miniſtravit (*kk*), quando eam ſibi aſſignaſti [*ll*], ipſam ei (*mm*) dilatione, & app. ceſſ. (*nn*) reſtituas, & (*oo*) in pace dimittas amoto alio, ſi quem in eadem inſtituiſti (*pp*). Verum, ſi te ignorante, quod pater ſuus (*qq*) in eadem miniſtraverit (*rr*), ipſam ſibi (*ſſ*) aſſignaſti, ex quo ad eccleſiam ipſam eum in presbyterum (*tt*) ordinaſti, eam ſibi [*uu*] reſtituas, & donec (*xx*) in alia [*yy*] eccleſia ei provideas (*zz*), unde honeſte valeat ſuſtentari, eidem nullum (*aaa*) ſuper prædicta eccleſia gravamen inferas, vel moleſtiam. c. 5. eod. t.

CA-

*a Ut filii ſacerdotum debeant*, Cont. alii ut editum eſt. *b Attendere* vetus Tarracon.

*c F. u.* in Barcin. quod non eſt novum, licet hodie inſolens ſit. *fraternitati tuæ* &c. *quatenus.* in concil. non recte, ut alibi. *f. t. in qua.* Raim. & Cont. *d Patrem R. clerici*, Raim. & Cont.

*e In prædicta eccleſia perſonatum*, Barcin. & Tarrac. vetus *in præſcripta eccleſia perſonatum*, concil. & vetus Greg. ſed alii, & Cont. ut Barcin. *f Eccleſiæ miniſtrare.* Barcin. *filium ejus ibidem miniſtrare*, concil. & Raim. & Tarracon. vetus. *g Perſonatum habere*, omnes præter Tarracon. minus veterem.

*h Et ſi jam.* Raim. & Cont. *ſed ſi forte aliqua cauſa.* concil. alias pro *aliqua*, *alia*; *ſed forte ſi jam*, vetus Tarr.

*i Appellatione remota auctoritate noſtra*, concil. hæc Raim. & Cont. omiſerunt. *appellationis* pro *ap.* eſt in vet. Tarrac. apertius. *k Inde non differas*, Raim. & Cont. *l* Hanc extremam partem itidem omittunt Raim. & Cont. pro *M.* in concil. eſt *Milonem* apertius & pro *ſi tibi*, eſt *ſicut.* *m Præſentatio*, concil. & Barcinon. aptius. *n* Malo, ut in concil. eſt, *prædictam eccleſiam quiete poſſidere.*

*o Dunelmen. Epiſcopo* concil. *Denolm. Epiſcopo*, Barcinon. *Denuo*, Tarracon. mendoſe.

*p* Omiſiſſe videtur Raim. propterea quod eadem ſententia deciſa eſſet ex concil. Pictavien. relato cap. 1. Utile eſt hoc initium, ut dubitationem tollamus, cum dicitur, *pars cap.* QUOD SUPER HIS: ſive QUOD SUPER, *& infra.* *q Poſtulas*, concil. *r* Vox *tuam* tollendam cenſeo, ex concil. & Tarrac. veter.

*s In eo*, concil. *t* Hæc in concil. non ſunt. *u Tua dilectio*, Tarrac. vetus.

*x Promoveri poſſunt* veter. Tarrac. *y In congregatione canonica*, eſt in dicto concil. Pictavienſi, ſæpe autem omittitur verbum *congregatio*, ut dominica dicitur ædes *ſacra*, pro æde *dominica.*

*z* Vox *ad* neque in concil. eſt, neque in veteri Tarrac. *aa Lugdonen.* vetus Tarrac. *Luden.* in aliquibus concil. libris, & in veteri Gregor. alii *London. Epiſcopo* aptius. *Lugdun.* Cont. in margine.

*bb* In concil. *aſſertione* pro *inſinuatione*, & ante verbum *presbyter Vu.* ſive *W.* dicta parte 19. cap. 5. *V. presbyter*, Barcin. cetera ut edita ſunt. *R. clericus nobis propoſuit.* Contius, vetus Gregor. & alii. *N. clericus nobis propoſuit.* *cc* Sic etiam in concil. excepto quod *ad eccleſiam* pro *ad capellam eccleſiæ* ſcriptum eſt: *Cum illum ad capellam Sancti L.* Raim. & Contius, qui in marg. recte pro *L. Laurentii* edidit.

*dd* Raim. & Contius hæc omittunt, in conciliis vero mendoſe *articulaſſes* pro *attitulaſſes.*

*ee Ad eandem* pro *in eadem* Barcin. & vetus Tarrac. & concil. non male: utrumque Raim. omiſit, & Cont.

*ff Præſcripta* Barcin. & vetus Tarrac. pro *prædicta*, ut in conciliis, in quibus etiam *A.* tollitur, quod probo. *ipſum ea poſtea ſpoliaſti.* Raim. & Cont. *gg Præſcripta* pro *prædicta* concil. & Raim. *in eccleſia præſcripta pater ejus*, Tarrac. vetus. *hh* Hæc clauſula omiſſa eſt a Raim. & Cont. *ii Fraternitati tuæ* &c. *quatenus* concil. in aliis ſimilibus mutabamus. *fr. t. per A. ſ. m. quatenus. Ideoque fr. t. m. quatenus.* Raim. & Cont.

*kk Miniſtraverint*, Tarrac. vetus *quod pater ejuſdem presbyteri in præſcripta eccleſia miniſtraverit*: concil. *quod pater ejus presbyter in prædicta eccleſia miniſtraſſet.* vetus Gregor. alii habent, *in dicta*, ut Cont.

*ll Dediſti* Raimund. & Cont. qui eadem verba ante ea, quod *pater* &c. collocarunt non inepte.

*mm Ipſam eidem*, concil. *nn* Hæc omiſit Raim. & Cont. *oo* Hæc in concil. non ſunt.

*pp In eadem eccleſia inſtituiſti*, Barcin. *inſtituiſti* ſolum eſt in concil. *inſtituiſti forſitan in eadem*, Raim. & Cont.

*qq Ejus* pro *ſuus* in conc. rectius. *Verum ſi hoc ignorans feciſti*, Raimund. & Cont.

*rr In eadem eccleſia miniſtraverat*, concil. *ſſ Ipſam ei*, concil. rectius. *tt Ipſum presbyterum*, Barc. ceteri ut editum eſt. *uu* Vox *eam* in concil. deſideratur. *xx Donec* concil. & Raim. *&* omiſſo.

*yy In aliqua*, vetus Greg. ſolus. *zz Eidem* pro *ei* Barcin. & vetus Tarrac. *ſibi* Raim. & Cont. parum eleganter, *ut ſibi reſtituas*, quod omnes retinent. *aaa* Hæc omittunt Raim. & Cont. *& ſibi nullam ſuper præſcripta eccleſia moleſtiam, vel gravamen inferas*, concil.

## CAPUT VII.

*Idem R. Exon. Epiſcopo (a).*

cap. 6. eod. PRopoſuit nobis R. (*b*) præſentium lator, quod cum ipſe (*c*) ad eccleſiam de Salabera a domino (*d*) fundi fuerit præſentatus (*e*), tu curam animarum (*f*) noluiſti ſibi committere, vel huic rei aſſenſum tuum præſtare (*g*), pro eo quod eſſet (*h*) filius ſacerdotis: ſuper quo utique (*i*) diſcretionem tuam, ſicut dignum eſt, in domino commendamus, & in domino providentiam (*k*) tuam gratam gerimus admodum, & (*l*) acceptam. Ceterum, quia neceſſitatibus ejus in laboribus (*m*), quos ad nos veniendo ſuſtinuit, interna (*n*) mentis affectione compatimur, & indignum eſt, ut [*o*] ipſe poſtquam in ſubdiaconatum, ut aſſerit (*p*), eſt ordinatus, omnino debeat (*q*) eccleſiaſtici beneficii carere perceptione (*r*): dis. tuam per A. s. mo. (*s*) atque mandamus (*t*), qua. (*u*) aliquem honeſtum presbyterum cum aſſenſu ejuſdem clerici [*x*] infra xl. dies [*y*] poſt harum ſuſceptionem litterarum contra, & ap. ces. invenire ſtudeas, qui eidem eccleſiæ deſerviat (*z*), ita quod (*aa*) præfatus R. medietatem omnium beneficiorum prædictæ (*bb*) eccleſiæ eidem in ſuo (*cc*) ordine ſerviendo divino intuitu [*dd*], quoad vixerit, noſtra & tua auctoritate pacifice debeat obtinere: non enim ſolus (*ee*) presbyter miſſarum ſolemnia, vel alia divina officia, poteſt ſine miniſtri ſuffragio celebrare.

## CAPUT VIII.

*Idem venerabilibus fratribus* [*ff*] *R. Cant. Archiepiſc. totius Angliæ Primati, & A. S. L. & R. Wigorn.* (*gg*) *Epiſcopo.*

EX tranſmiſſa nobis conqueſtione (*hh*) W. clerici percepimus [*ii*], quod ad dilecti filii noſtri Abbatis de Caſtini (*kk*) præſentationem in quoddam eccleſiæ beneficium de Viverton. [*ll*] ab eo ſibi canonice conceſſum (*mm*), eum in præſenti [*nn*] recipere diſtuliſti, eo quod quidam E. qui pater ejus dicebatur (*oo*), in præfata miniſtravit eccleſia. Præterea ex parte ipſius (*pp*) nobis eſt inſinuatum, quod memorato E. defuncto media interceſſit perſona, cui prædictum collatum eſt beneficium. Inde eſt, quod f. t. per A. s. m. atq. pr. qua. (*qq*) cap. 7. eod.



*a* S. pro *R.* Barcin. *Idem B.* in concil. d. parte 19. cap. 6. *Idem Epiſcopo Exon.* vetus Gregor. *Oxon.* Cont. & alii: *Idem Exeo. Epiſcopo*, vetus Tarr. mendoſe. *b* ℞ vetus Tarrac. *c Ipſe* omittunt Raim. & Cont. *d* Sic etiam in veteri Gregor. *a* tantum poſtremo omiſſo. *de Sabel a domino.* Cont. & alii. *de Salebi a domino* conc. *e Fuiſſet*, concil. *f* Ita ſcribendum eſt in concil. in quibus eſt *cauſam* pro *curam* ex compendio, quod eſt etiam in veteri Gregor. *g* Hæc ſint licet in concil. omittunt Raim. & Cont. *h* Quod erat, concil.

*i* Hæc clauſula uſque ad verbum *ceterum* omiſſa eſt a Raimund. & Contio, eſt tamen in concil. ſed pro *utique* eſt illic *itaque.* Ante hæc verba eſt in Barcinon. *qui proxime in eadem eccleſia ante eum adminiſtravit.*

*k In domino*, non habent Tarrac. vetus, Barcin. & concil. credo in Tarrac. recenti eſſe repetita ex ſuperioribus ut fit. *l Et admodum*, vetus Tarracon. *accommodam*, &, concil.

*m Et* pro *in* concil. quod malo. Raimund. & Cont. omittunt: hæc uſque ad verbum *indignum*: vox *ejus* in Tarrac. veteri olim deſiderabatur. *n* Mendoſe, in concil. *in tanta.* *o* Sic etiam Raim. & *indignum eſt autem, ut.* concil. *p* Hæc Raimund. & Cont. omittunt, nec ſunt in concil.

*q* In concil. *Omni debeat*, non male. *omnimodo debeat*, vetus Tarrac. *r Suſceptione carere.* concil. *proviſione carere.* Raim. & Cont. *s* Apertius in concil. *Diſcretionem tuam per A. ſ. monemus.* hæc Raim. omiſit, item Cont. *monemus* quoque eſt in vet. Tarrac. *t* Hæc in concil. non ſunt neque vox *atque* in Gregor.

*u Quatenus* Raim. & Cont. *ut*, concil. *x Presbyteri* concil. *y* Hæc uſque ad verbum *invenire* omittunt Raim. & Cont. *z* Sic etiam in concil. Non video, cur Raim. mutaverit, *qui eccleſiæ ſerviat ſupradictæ.* Contius conniventibus oculis eum eſt ſecutus. *aa Ita quidem quod*, concil.

*bb* Offendor his verbis, quibus tamen omnes libri utuntur: maluiſſem *fructuum*, aut *ſtipendiorum*, quam *beneficiorum*: eſt tamen aliqua hujus vocis notio, qua defendi poteſt: *præſcriptæ* pro *prædictæ* concil. & vetus Tarrac.

*cc* Vox *eidem* in conc. non eſt. *dd* Hæc omittunt Raim. & Cont. uſque ad verbum *pacifice*; ſunt autem in concil. *ee* Hæc ratio confirmari poteſt verbis Toletani concilii XI. cap. XIV. unde Grat. ſumpſit 7. q. 1. cap. 15. & de conſecr. diſt. 1. cap. 57. quod falſo *ex decretis Soteris Papæ* inſcribitur; vidend. Burch. lib. 3. cap. 73. & Ivo parte 2. cap. 126. decreti. Sed hac ratione etiam non filii ſacerdotum miniſtros alere debent. In Barc. libro ante verbum *celebrare* eſt hæc vox *competenter*, quam non reiicio: vox etiam *divina* in conc. non eſt.

*ff* Verbum *fratribus* deſideratur in Barcin. *Idem Cant. Archiepiſcopo, & Vuigorn. Epiſcopo* d. parte 19. cap. 8. *Idem Archiepiſcopo Cant.* Raim. & Cont. Hoc eſt cap. 9. in veteri Tarrac. Eſt autem cap. 8. AD EXTIRPANDAS. poſitum in ſecunda collectione cap. 1. eodem tit. *gg Et* ℞ *Witon.* vetus Tarracon.

*hh* Vox *nobis* omittitur a Raim. & Cont. *ii* Sic etiam in veteri Greg. *Vu. clerici accepimus.* concil. *G. clerici percepimus.* Cont. & alii. Walterius autem hic clericus poſtea appellatur, & diſerte hoc loco in Tarrac. veteri eſt, *Walteri clerici percepimus.* *kk Ad dilecti fratris noſtri Abbatis de Caſtin.* conc. *ad Abbatis de Caſt.* vetus Gregor. *de Caſtris*, Cont. & alii; mihi *de Caſtin.* placet. *fratris noſtri* non placet, neque enim Abbates fratres appellari ſolent, ſed filii a Rom. Pontifice: de *noſtri* quoque adjuncto contentio eſſet, niſi aliis exemplis defenderetur. *ll De Wivert.* Barcin. *in quoddam beneficium eccleſiæ de Vuinton.* concil. *in quodam beneficio eccleſiæ de N.* vetus Gregor. *de H.* Contius, & alii. Sed in marg. Contius habet *Wintonien.* ego ſcripturam conciliorum probo in ceteris, de ultimo verbo dubito: eſt enim *Winton.* in Britannia Pontifice decorata eccleſia, hic agi videtur de minori. Raimundum ſuſpicor ſcripſiſſe *de N.* ſic autem ſcribi ſolet, dum nomen certum aut ignoratur, aut omittitur. *N.* poſtea in *H.* mutatum eſt ab aliis ſcriptoribus, ut ſæpe alibi. *In quoddam beneficium eccleſiæ Dignitoris*, vetus Tarrac. *mm* Hæc Raim. & Cont. omittunt: *ab eo*, in concil. non eſt.

*nn* Vox *eum* in concil. non eſt. *oo E.* in Barc. & in vet. Tarrac. & in conc. non eſt. Raimundus tantum, *pater ejus*, & Contius. *pp* Multa ex his omiſit, alia mutavit Raimund. quem Contius eſt ſecutus: pro *ipſius*, *ſua* eſt in Barcin. *ejus* in concil. pro *nobis eſt inſinuatum*, *nobis inſinuatur*, concil. *eſt inſinuatum nobis*, vetus Tarrac. habet. *qq* Pro *atque pr.* eſt in Barcin. mendoſe, *atque mandando percepimus*, ſed *præcipimus* ſcribi debuit. *atque man. præcipimus*, vetus Tarrac. *Inde eſt, quod fraternitati veſtræ* &c. *quatenus.* in concil. quod ſi inſcriptionem ad duos Antiſtites ſcriptam reſpiciamus, rectius eſt: ſi verba quædam ſingularia, ut *diſtuliſti*, & *non differas*, *ſ. t.* magis placet. Raim. inſcriptionem habet unius perſonæ, & verba ad unam directa, & hoc loco, *Ideoque man. quat.*

UNED

ſi prædicta conſtiterint (*a*), prænominatum Walterium [*b*] in poſſeſſionem ei (*c*) collati beneficii inducere non differatis (*d*) omni oc. & ap. ces. (*e*) non ideo (*f*) minus obſervato Apoſtolici reſcripti decreto (*g*), quod hic hereditariam in eccleſia Dei deſtruit ſucceſſionem (*h*), ut canonicam approbet poſſeſſionem (*i*).

### CAPUT IX.

*Idem Eboracen. Archiepiſcopo.*

DIgnum eſt, & rationi conſentaneum, ut qui litterarum ſunt præditi, & honeſtis moribus adornati, prærogativam favoris, & gratiæ noſtræ obtineant, & ſpirituali [1] privilegio decorentur honoris. Inde eſt, quod de te laudabili multorum teſtimonio audito, quod videlicet litterarum ſcientia, & honeſtis moribus ſis ornatus [2], de conſueta clementia ſedis Apoſtolicæ indulgemus, ut ſi aliquando in eccleſia te vel dignitatem † ad beneficium eccleſiaſticæ dignitatis vocaverit, non obſtante, quod non es de legitimo matrimonio natus, libere valeas ad beneficium, vel ad dignitatem aſſumi. Itaque (3) quæ tibi ſpeciali beneficio indulgemus, non debeant aliis in poſterum legem præfigere, nec in exemplum deduci.

### CAPUT X.

*Idem Wigor. Epiſc. & Priori de* † [*k*].

cap. 8. eod. COnſtitutus in præſentia noſtra G. clericus præſentium lator [*l*] ſupplici nobis inſinuatione [*m*] monſtravit, quod cum capellam de Stertona (*n*) canonice adeptus fuiſſet, & eam pluribus annis pacifice poſſediſſet [*o*], R. miles ipſum (*p*) præſcripta eccleſia [*q*] ſine judicio, & juſtitia [*r*] ſpoliaverit [*s*]: cumque memoratus [*t*] clericus exinde apud te, frater coepiſcope [*u*], querellam depoſuiſſet (*x*), objectum fuerit ei (*y*), quod pater ſuus (*z*) in præfata eccleſia miniſtraverit [*aa*], & præfatam capellam [*bb*] nondum potuit (*cc*) rehabere. Quia vero ad noſtrum ſpectat officium, inſolentiam laicorum contra viros eccleſiaſticos debita ſeveritate compeſcere: d. u. per A. s. pr. m. qua. (*dd*) rei veritate diligenter inquiſita, & cognita (*ee*), ſi vobis conſtiterit [*ff*], quod idem clericus a prædicta capella [*gg*] fuerit per laicalem potentiam ejectus, & quod pater (*hh*) ejus præfatæ capellæ perſona, ſeu perpetuus vicarius non fuerit, licet in eadem nomine ejus G. (*ii*) quandoque miniſtraverit (*kk*), ipſam cum redditibus [*ll*] inde perceptis (*mm*) amoto alio, ſi quis (*nn*) eam detinet [*oo*], di. oc. & ap. ces. (*pp*) reſtituatis, litteris noſtris, ſi quæ ſint [*qq*] impetratæ, veritati & juſtitiæ non præjudicantibus, & ipſum, ſicut canonice adeptus fuit (*rr*), faciatis pacifice poſſidere.

CA-

(1) *ſpeciali*, malo. (2) *ordinatus.* (3) *Ita quod*, forte.

*a* Sic etiam in concil. *ſi ita eſt.* Raim. & Cont. apertius, ſed quid intereſt, non video.

*b* In concil. *prænominatum W. Gu.* Cont. pro *W.* & alii: in veteri tamen eſt, *eum*, omiſſo verbo *prænominatum*; *prænominatum p. Walt.* vetus Tarrac. *p.* autem *presbyterum* interpretor.

*c* Vox *ei* aliquando in Tarrac. veteri deſiderabatur. *d Mittere non differas.* concil. in contextu: *inducere*, in marg. *ad præfatum beneficium admittere non poſtponas.* Cont. & alii. Sed in veteri: *ad præfatum beneficium eſt collatum admittere non poſtponas.* Mendoſe forte pro *eſt*, *ei* ſcribendum: *differas* olim pro *differatis* vetus Tarrac.

*e* Hæc omiſit Raim. & Cont. ſunt in concil. *f Nec ideo*, concil. *g Obſervare reſcripta Apoſtolica decet*, concil. Utrumque mihi ſubobſcurum videtur. Raim. ut editum eſt. *Apoſtolici ſcripti obſervato decreto*, vetus Tarr.

*h Quia hæc in eccleſia Dei hereditariam deteſtantur ſucceſſionem*, concil. *quod ſucceſſionem in eccleſia Dei hereditariam deteſtatur*, Raim. Forte ex his verbis Raimundi *In* tolli debuit, & in prima collectione pro *hic* ſcribi *Sic* potuit: *ſequitur enim*, *ut canonicam* &c. Ferri tamen utrumque poteſt, ut editum eſt.

*i* Hæc Raim. & Cont. omittunt, & olim vetus Tarracon. omiſerat. Pro *approbet*, *approbent in poſterum*, in conciliis eſt. *in poſterum approbet*, in Barc. Poſt hæc verba additur in conciliis, *Porro ſi is ex. a. inter. non poſſint*, *alter nihilominus exequatur*, ſcribendum eſt, *ſi his* pro *ſi is*, & ſignificatur clauſula vulgaris: *Porro ſi his exequendis ambo intereſſe non poſſint*, ſive *non poteritis*, ut eſt in Barcin. in fine capitis 9. & in concil. cap. 9. *Porro his exſequendis ſi ambo non poteritis intereſſe*, *alter veſtrum nihilominus exſequatur*, vetus Tarrac.

*k Vuigorn. Epiſcopo*, *& Priori de Lucivureden.* in concil. cap. 9. d. partis 19. *Priori Decmer.* in Barcin. *W. Epiſcopo*, *& Priori Deci*, vetus Tarrac. *Vigoren. Epiſcopo.* Contius, & alii præter veterem Gregor. in quo eſt, *Cant. Archiepiſcopo*, ſed ex cap. 8. ſumptum eſſe ſuſpicor. Eſt autem hoc cap. 10. in Barcin. nam 9. caput incipit, DIGNUM EST, quod in fine hujus voluminis extra ordinem ponetur, in veteri quoque Tarrac. hoc eſt 10. caput. *l* Hæc Raim. omiſit, & Cont. *m* Sic in ult. editione concil. ſed in alia fuerat, *ſimplici nobis aſſertione.* Vox *nobis* deſideratur in veteri Gregor. Cont. & alii, ut editum eſt.

*n De Stratona*, Barcinon. *de Streiton.* concil. *de Torteria.* vetus Gregor. *de Storton.* Cont. & alii; *de Strona*, vetus Tarrac. *o Tenuiſſet*, concil. *p* Vox *ipſum* in vet. Tarrac. olim deſiderabatur.

*q Ea* Raim. & Cont. ſed in concil. ut editum eſt: *præſcripta capella*, vetus Tarracon.

*r* Hæc etiam ſunt in concil. omiſit, Raim. & Cont. *s* Sic duo Tarrac. libri, ceteri *ſpoliaverit.*

*t* Vox *que* in Barc. non eſt. *u* Pro his verbis eſt in concil. *Epiſcopo*, tantum: *apud te* Raim. ceteris omiſſis, & Cont. *x Expoſuiſſet*, vetus Tarrac. *y Fuit ei*, concil. & Raim. & Tarrac. vetus: ſed vox *ei* aliquando in eodem Tarrac. deſiderabatur. *z Pater ejus*, conc. *aa In præfata capella miniſtravit*, Barcin. *in eadem eccleſia miniſtravit*, concil. & in veteri Gregor. licet pro *eccleſia*, *capella* ab eodem ſcriptore mutatum ſit. *In capella miniſtravit eadem.* Cont. & alii. *bb* Quæ omiſit Raim. additis verbis, *& infra*, reſtituit Contius: ſed pro *&* ſcripſit, *Ideoque*, ſed in conciliis eſt, *& præſcriptam capellam.* *cc Non potuit*, vetus Tarrac.

*dd Diſcretioni veſtræ* &c. *quatenus*, concil. *f. t. m. quat.* Raim. *dis. veſtræ* &c. vetus Tarrac.

*ee* Hæc omittunt Raim. & Cont. *inquiſita diligenter*, vetus Tarrac. cetera, ut edita ſunt.

*ff Si conſtiterit*, vetus Greg. *ſi tibi conſtiterit*, Cont. & alii. *gg A præſcripta eccleſia per manum laicalem fuerit ejectus*, concil. ſed in veteri Gregor. ut editum eſt. Contius mutat verborum ordinem, ut alii. *A præſcripta capella*, vetus Tarr. *hh Et quod P. pater.* ſolus Barcin. *ii* Malo *ejuſdem*, quam *ejus*, ut Raim. *ipſius* concil.

*kk Miniſtravit*, concil. *ll* Sic vetus Gregor. *ipſam ſibi cum redditibus.* Barcin. concil. & Cont. quod etiam in multis Gregorianis eſt; *ſuis* additur in Tarrac. veteri. *mm Inde* omittunt Raim. & Cont.

*nn* Pro his omnibus, quæ ſequuntur, Raim. maluit, *reſtituere non omittas:* itidem Contius nihil aliud addidit.

*oo Eum detinuit*, conc. *pp Dilatione*, *& appellatione*, *& occaſione ceſſante* concil. *dilatione.* Barcinon. cetera ut edita ſunt. *qq Sunt* conc. *rr Fuerit.* Barcin. & vetus Tarrac. *ſicut eam* &c. concil.

In fine

UNED

## CAPUT XI.

*Idem Eboracen. Archiepiſc.* (*a*)

cap. 9. eod. EX tua nobis eſt parte propoſitum, quod cum olim ad tuam conſultationem ſuper filiis ſacerdotum, tales a nobis litteras recepiſſes (*b*), ut eos poſſis (*c*) in eccleſiis, quas patres eorum [*d*] nullo mediante poſſederant (*e*), ſuſtinere, quos probatæ vitæ, & ſanæ [*f*] converſationis cognoſceres, vel quos longo tempore (*g*) tenuiſſe conſtaret: quidam ad judices litteras impetraverunt, ut ſi conſtaret, eos eſſe filios ſacerdotum, vel clericorum, qui proximo [*h*] ante eos eccleſias tenuerunt [*i*], ſuper his imponant eis (*k*) ap. ces. ſilentium, & eccleſias illas ipſis aſſignent (*l*), quamvis in eis ſe [*m*] oſtendere nequeant per Epiſcopos (*n*) inſtitutos. † Si autem per priores (*o*) litteras noſtras (*p*) cum aliquibus clericis diſpenſaſti (*q*), diſpenſationem tuam poſteriorum litterarum noſtrarum intuitu (*r*) nolumus irritari; ſed eam ſervari præcipimus illibatam (*s*). Alios vero clericos [*t*] laicæ dominationis [*u*] intuitu in eccleſiis parochiali juri ſubjectis (*x*), ſine auctoritate Pontificum (*y*) inſtitui, aut inſtitutos remanere in eis (*z*) auctoritate Apoſtolica prohibemus.

## CAPUT XII.

*Idem Cantuar. Archiepiſc.* [*aa*]

cap. 10. eod. QUoniam ſacris canonibus prohibitum eſt, ne qui hereditario (*bb*) jure eccleſiaſtica beneficia poſſidere præſumant, nec ii, qui in ſacerdotio ſunt geniti (*cc*), niſi probate vixerint in clauſtro monachorum, vel regularium canonicorum (*dd*), ad ſacros ordines debeant promoveri, vobis præcipimus, quatenus ſi manifeſtum, & publicum fuerit, patres eorum eccleſiæ perſonatus geſſiſſe (*ee*), filios ab eiſdem eccleſiis, ſi eas jam adepti ſunt (*ff*), ap. ces. (*gg*) penitus excludatis, nec ad eorum [*hh*] gubernationem ulterius aſſumantur. Nolumus enim [*ii*], ut propterea (*kk*) cauſa in judicium deducatur (*ll*), vel teſtes admittantur (*mm*), cum hoc manifeſtum exiſtit (*nn*).

## TITULUS X.

## DE SERVIS NON ORDINANDIS, ET EORUM MANUMISSIONE.

## CAPUT I.

*Ex concilio Toletano* (*oo*).

INſtruendi ſunt laici præterea [*pp*], ut ſciant, quod (*qq*) nullatenus alio loco manumittere poſſunt ſervos proprios, quos dominicis caſtris aggregare decreverunt (*rr*), niſi in ſacroſancta eccleſia, ordine prænotato [*ſſ*]. Quomodo enim (*tt*) clerici extra eccleſiam (*uu*) libertatem conſequi (*xx*) poſſunt, qui a lege mundana extranei ſunt? & quibus interdicitur, ne ad ſæculare judicium (*yy*) procedant, quomodo [*zz*] ſæculari judicio a jugo ſervitutis abſol- De ſervis non ordin. cap. 1.

In fine poſt verbum *poſſidere* hæc in Barcin. ſunt: *Porro ſi his exequendis ambo intereſſe non poteritis; alter ſibi adhibitis diſcretis viris, & honeſtis ea nihilominus exequatur.* In concil. notatum eſt locum eſſe obſcurum, aut mutilum: ſed omnia aperta ſunt his editis. *a* Sic Raim. & Contius ſed in conciliis deſideratur hæc inſcriptio parte 19. cap. 10. Hoc eſt cap. 11. in Tarrac. veteri, & in Barcin. *b Suſcepiſſes*, concil. & vet. Tarr.

*c* Sic etiam in concil. ſed malo *poſſes* pro *poſſis*, ut Raim. & Cont. *d Ipſorum*, vetus Tarrac.

*e Poſſidebant*, Tarrac. vetus. *f Sanctæ* pro *ſanæ* Barcin. *bonæ vitæ*, in concil. ſed in marg. *probatæ*. Raim. ut editum eſt. *g Quos eas*, in concil. *quod longo tempore illas.* vetus Gregor. ſed in marg. *alias*: Quos idem Contius, & ceteri habent. *h* Sic etiam vetus Greg. *qui proxime.* conc. *qui in proximo.* Cont. & alii.

*i Retinuerunt*, vetus Greg. *k* Sic vetus Gregor. & concil. ſed Cont. & alii, *imponatur eis.* quod eſt in veteri Tarrac. *l Ipſas illis* pro *illas ipſis*, vetus Tarracon. In Barcin. *illas* non eſt, *eccleſias iſtas eis aſſignent*, concil. in veteri Gregor. ut editum eſt; *iſtas ipſis*, Cont. & alii; *ſuas eis*, in alia editione concil.

*m* In concil. *in eis*, deſiderabantur. *n Per Epiſcopum*, conc. *o* Videtur aliquid deſiderari. Eſt autem in concil. recent. *Super quo tibi reſpondemus, quod ſi per priores* &c. & Raim. *tibi taliter* pro *tibi*, cetera ut in concil. Sed adhuc deſidero finem conſultationis, *quamobrem* &c. & *infra*: ſcribo. In priore editione conciliorum *Si autem per priores*, & in marg. *alias* PROPTER, ceteris omiſſis. *p* Vox *noſtras* omittitur a Raim. & Cont.

*q Diſpenſaſtis* concil. *r* Vox *intuitu* aliquando in vet. Tarrac. deſiderabatur. Vox *noſtrarum* in Gregorianis non eſt. *s* Sic etiam in concil. mutato verborum ordine Raim. omiſit, & Cont. *obſervari* pro *ſervari* vetus Gregor. *t* Hæc aliena ſunt ab hoc titulo, ſcribi debuerunt ſub titulo de inſtitutionibus.

*u Laicæ donationis.* concil. & Raim. quod rectius videtur. Sed prius editum fuerat non recte in concil. *tuæ donationis*, & in Tarrac. recenti, *alias* DONATIONIS, recte. *x* Hæc in Barcin. deſiderantur, & Raim. omiſit atque Cont. *ipſis parochiali jure ſubjectis.* concil. pro *ipſis* forte *Epiſcopis* ſcribendum.

*y Niſi* pro *ſine* Barcin. *Pontificis* in concil. pro *Pontificum*. *Sine auctoritate Pontificis ſui* Raim. & Cont. apertius.

*z In eis remanere*, concil. & vetus Tarrac. additur in Barcin. *eccleſiis*, quod non probo: Raim. *in eis* omiſit, & Cont. *aa Et ejus ſuffraganeis*, additur in veteri Tarrac. & in Barcin. & in Gregorianis, quod addendum cenſeo: eſt autem hoc cap. 12. in Barcin. & in Tarrac. veteri. *bb* Recte Contius addidit, quæ Raim. omiſerat. *Quis* pro *qui* vetus Tarrac. quod recipi poſſet, ſi ſcriberetur *præſumat* pro *præſumant*.

*cc Fuerint* pro *ſunt*. Barcinon. *qui ſunt in ſacerdotio geniti*, vetus Tarracon.

*dd* Vox *regularium* aliquando in vet. Tarrac. omiſſa fuerat. *ee Patres in eccleſiis perſonatum geſſiſſe*, vetus Gregor. *perſonatus* Cont. & alii; vox *eorum* in veteri Tarrac. non eſt. *ff Ab eiſdem ſi etiam eas adepti ſunt*, Raim. & Cont. *ſi eas adepti ſunt jam*, vetus Tarrac. *gg* Omittunt Raim. & Cont.

*hh* Sic in utroque Tarracon. *earum* Barcinon. & ceteri, quod probo.

*ii* Et hæc clauſula, & alia pleraque verba ſimilia ſunt in d. parte 19. cap. 7. & pro *enim* illic eſt *tamen*, quod malo. *kk* Verbum *propterea* omittunt Raim. & Cont. eſt in concil. licet in priore editione *propter * ea ** ſcriptum ſit *ut pro ea*, eſt in vet. Tarrac. *ll Deducantur*, vetus Tarrac. *mm Vel teſtes ſuper hoc producantur*, concil. & *teſtes etiam admittantur*, vetus Gregor. & Cont. excepto *vel* pro &.

*nn Exiſtat* Barc. & vetus Tarr. *dummodo factum ipſum manifeſtum ſit.* concil. *ſi hoc manifeſtum exiſtat.* Raim. & Cont.

*oo* Sic etiam præter Raim. Burchard. lib. 2. cap. 28. & 29. & Ivo Carnotenſ. parte 6. cap. 129. & 130. decreti, ſed ego falſam eſſe inſcriptionem ſuſpicor. *pp* Recte Contius addiderat a Raim. prætermiſſa: ſed non recte librarii notas ejus omiſerunt. *Præterea laici*, Tarrac. vetus. *qq Quia* pro *quod* Cont.

*rr* Sic etiam Ivo *aggregari decreverunt*, Burch. *congregare conſueverunt*, Cont. *aggregare decreverint*, vetus Tarr.

*ſſ Supranotato*, Burch. & Ivo; *in ſacra eccleſia ordine prænotato.* Cont. *tt Ergo* pro *enim* vetus Tarrac.

*uu Extra ſanctam eccleſiam*, Ivo. *xx Aſſequi*, Cont. *yy Ad ſæcularem judicem*, Barc. ceteri, ut editum eſt.

*zz Quando*, vetus Tarrac.

UNED

abſolvuntur? Fortaſſe dicet aliquis (*a*), clericus fieri non permittitur, niſi ante ſuſceptum clericatus officium (*b*), ingenuitatis dignitate potiatur: revera verum dicit, & ideo, quod infirmari, vel vituperari poteſt, præcaveri debet: non ſolum autem (*c*) qui ad clericatus ordinem (*d*) promovendi ſunt, in eccleſia (*e*) manumittendi ſunt, verum etiam ii, quos quiſque pro remedio animæ ſuæ emancipari (*f*) vult, quia ſic ſcriptum eſt in pacto Francorum (*g*).

## CAPUT II.

*Ex eodem* [*h*].

cap. 2. eod.

DE ſervorum ordinatione, qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos indiſcrete (*i*) promoventur, placuit omnibus cum ſacris [*k*] canonibus concordare: ſtatutum (*l*) eſt, ut nullus Epiſcoporum deinceps aliquos ad ſacros ordines (*m*) promovere præſumat, niſi prius a dominis propriis libertatem conſecuti fuerint (*n*), & ſi quilibet ſervus [*o*] dominum ſuum (*p*) fugiens, aut latitans, [*q*] aut adhibitis teſtibus munere conductis [*r*], vel corruptis, aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus eccleſiaſticos pervenerit (*s*), decretum eſt, ut deponatur, & dominus ejus eum recipiat [*t*]. Si vero avus, vel pater ab alia patria (*u*) in aliam migrans in eadem provincia filium genuerit (*x*), & ipſe filius ibidem educatus, & ad gradus [*y*] eccleſiaſticos promotus fuerit, & utrum ſervus ſit, ignoratum ſit [*z*], & poſtea (*aa*) veniens dominus illius (*bb*), legibus eum acquiſierit, ſancitum eſt, ut ſi dominus ejus libertatem dare voluerit (*cc*), in gradu ſuo permaneat. Si vero eum cathena (*dd*) ſervitutis a caſtris dominicis [*ee*] abſtrahere voluerit (*ff*), gradum amittat: quia juxta ſacros canones [*gg*] vilis perſona permanens (*hh*) ſacerdotii dignitate fungi non poteſt (*ii*).

## CAPUT III.

*Ex concilio apud Altheum* (*kk*).

NUllus clericus ad gradum (*ll*) presbyterii promoveatur, niſi ut ſcriptum in canonibus habetur (*mm*). Si enim propter dilectionem Dei quis (*nn*) de ſervis ſuis quemquam elegerit, & docuerit litteras, & (*oo*) libertatem donaverit [*pp*], & per interceſſionem cap. 4. eod.

erga

*a Sed* addunt omnes præter Tarrac. recentem, & Raim. *Forte dicit aliquis.* vetus Gregor. Contius, & alii *dicet* pro *dicit*, Burch. & Ivo, *ſed fortaſſe dicit aliquis.* *b* Sic Burch. & Ivo, *ante clericatum* Raim. & Cont.

*c* Hæc alterius capitis verba ſunt ex eodem concilio apud Burch. lib. 2. cap. 29. & Ivon. parte 6. cap. 130. omiſſa ſunt a Raim. addidit ea Contius. *d Clericatus ordine*, vetus Burch. liber, alii, & Ivo, & Cont. ut editum eſt. *e* Ivo caret his verbis. *f Emancipare*, Barcin. ſic etiam aliquando fuerat in vet. Tarrac.

*g Scriptum quippe eſt* &c. ſolus editus Burch. liber, vetus & Ivo, & Cont. ut edidimus: vox *ſic* in veteri Tarrac. non eſt. Poſt hæc verba apud Burch. & Ivon. additur formula libertatis in eccleſia datæ, quæ fortaſſe ſumpta eſt ex pactis Francorum, ſive ex capitularibus, ex quo libro ſuſpicamur hæc etiam eſſe, ut mox dicemus. *h* Magna varietas eſt in hujus capitis inſcriptione: nam Burch. lib. 2. cap. 31. & Ivo parte 6. cap. 132. decreti, & Grat. ſive Palea diſt. 54. cap. 6. *ex eodem Toletano cap.* 82. ſed poſt concil. Lateran. parte 50. cap. 56. *ex concilio Maticenſi.* Apud Ivon. lib. 3. tit. 14. cap. 1. Panormiæ, *ex capitulis*, *ſive ex capitulari lib.* 1. *cap.* 82. Raim. ut editum eſt. Mihi quidem Panormiæ ſcriptura magis probatur, poſt eam, quæ *Maticenſ.* potius, quam *Toletanum* notat. In Ivonis decreto *cap.* 32. pro 82. ſcriptum eſt, hodie inveniri accepi lib. 1. cap. 88. capitul. Caroli. *i* Hæc Raim. omiſit, Contius addidit, *ad eccleſiaſticos ordines indiſcrete*, vetus Tarrac. pro *eccleſiaſticos indiſcrete*, fuit in priori editione concil. *eccleſiæ.*

*k Cum ſacroſanctis*, prior editio concil. *l Concordare debere*, *& ſtatutum*, Burch. & Ivo. *concordare & ſtatutum*, concil. & Grat. ut editum eſt, Contius. *m Tales* pro *aliquos*, Barcin. *eos* ceteri libri, excepto Tarracon. recenti, & priori editione concil. in qua eſt, *ſervos forte*, in marg. vox *aliquos* in vet. Tarr. non eſt.

*n* Sic Burch. & Grat. in uno tamen veteri libro Gratiani eſt *ſint* pro *fuerint*. *A dominis ſuis conſecuti fuerint libertatem*, Ivo *A dominis ſuis libertatem ſint conſecuti.* concil. *A dominis libertatem fuerint conſecuti.* Raim. & Cont. *A dominis ſuis prorſus libert. ſint conſ.* prior editio concilior. *fuerint conſecuti*, vetus Tarrac. cetera, ut edidimus.

*o* Hoc eſt initium d. cap. 1. Panorm. Ivonis. *p* Vox *ſuum* deſideratur in Panorm. Ivonis, & apud Grat.

*q* Hæc verba uſque ad illa, *qualibet calliditate*, omittunt Raim. & Cont. habent ceteri, excepto Grat. qui habet, *aut per litteras*, pro *aut latitans.* in veteri tamen eſt *aut litteris*, in alio *aut litteras*, quod licet mendoſum ſit, a voce *latitans* non longe abeſt. *r Pretio conductis*, Panorm. *s Aut promotus fuerit*, additur in vet. Tarrac. *t* Vox *ejus* non erant in priore edit. concil. *accipiat* pro *recipiat*, Panorm.

*u* Hæc verba uſque ad caput 3. omiſit Raim. & Cont. ſcribunt ceteri. *Si vero pater ab una provincia*, Barc. ſed in concil. ut editum eſt, & Ivo in Panorm. *aut pater*, pro *vel pater*, Burch. & Ivo in decreto, & Grat. *ab illa* pro *ab alia*, prior editio concil. *x Filium procreaverit*, vetus liber Burch. *filium generavit*, prior edit. concil. ceteri, ut editum eſt. *y* Sic Burch. & Ivo in Panorm. & duo veteres libri Grat. alii *educatus eſt*, *& ad gradus.* in concil. & in decreto Ivonis, *educatus*, *ad gradus.* *z* Sic duo Tarrac. *ignotum ſit*, Barcin. & omnes præter Panorm. quæ habet, *ignoraverit.* *aa* Vox *&* non eſt in Tarrac. veteri.

*bb Ejus* Panorm. *cc Ejus libertatem ei*, Barcin. *ejus illi*, Burch. & Grat. *illius libertatem illi*, concil. *ei* pro *ejus*, Ivo in decreto, *& ejus* in marg. cetera, ut edita ſunt, mendoſe in Panorm. *ejus in libertatem.*

*dd* Sic olim in vet. Tarrac. ſed poſtea vox *eum* deleta eſt. *eum cum cathena*, Panorm.

*ee A dominicis caſtris*, vetus Tarrac. *& a caſtris dominicis*, priore editio concil. *ff Noluerit*, vetus Tarr.

*gg* In veteri libro Burch. *ordines* pro *canones.* & in veteri Gratiani libro in marg. *alias* ORDINES; ſed nihil mutuo: in Panorm. hæc clauſula deſideratur: *contra* pro *juxta* eſt in Tarrac. veteri.

*hh* Sic etiam unus ex veteribus libris Gratiani, alii, & Burch. & Ivo, & concil. *manens*, mendoſe in priori editione conciliorum *vel* pro *vilis*: *manens* pro *permanens*, fuerat olim in vet. Tarrac.

*ii Frui non poteſt*, concil. ceteri libri, ut editum eſt. *kk Apud Alth.* eſt in veteri Gregor. in aliis *apud Alichi.* cui ſcripturæ addidit *Alteum* Cont. & in marg. *Alvern. Apud Alerum*, eſt in veteri Tarrac. ſed Burch. lib. 2. cap. 234. *ex concilio apud Alth. cui interfuit Conradus Rex cap.*, 38. ſolet autem eum locum appellare Burch. *Altheim*, ut lib. 1. cap. 162. & 227. & alibi: ſic Ivo Carnot. parte 6. cap. 302. decreti, *ex concilio apud Altheim habito cap.* 38. & in marg. *Alteum.* Eadem verba ſunt in veteri Burch. lib. excepto verbo *Alteum.* eſt autem illic cap. 230. *ll* Recte Contius addidit verba initio a Raim. omiſſa: quamvis ut verum fatear, totum hoc caput moribus noſtri temporis alienum videtur. *mm* Sic Burch. & Ivo *niſi ordine canonico, ut ſcriptum* &c. Cont. *nn Si quis*, Raim. Contius non recte: *Si enim propter Dei dilectionem. Si quis*, Burch. & Ivo, ut editum eſt. *oo* Hæc omittunt Raim. & Cont. habent ceteri. *pp Libertati donaverit*, vetus Tarr.

*liber-*

erga Epiſcopum presbyterum fecerit [*a*], ille autem (*b*) in ſuperbiam elatus, miſſam dominis, & canonicas horas obſervare, & pſallere renuerit [*c*], & eis juſte obedire [*d*], dicens ſe liberum eſſe, noluerit, & quaſi libere, cujus vult, homo fiat, hæc ſancta (*e*) ſynodus anathematizat, & illum a ſancta communione arceri judicat, donec reſipiſcat, & domino ſuo obediat, ſecundum canonica præcepta. Sin autem obſtinato animo etiam hæc contempſerit [*f*], accuſetur apud Epiſcopum (*g*), qui eum ordinavit (*h*), & degradetur (*i*), & fiat ſervus (*k*) illius, id eſt, domini ſui, ſicut natus fuerit (*l*): quiſquis vero talem ſecum habuerit, poſtquam (*m*) rem illius prædictam audierit (*n*), & domino ſuo non reddiderit, vel a ſe non projecerit, ſive Epiſcopus, ſive comes (*o*), ſive clericus, ſive laicus, anathematis illius ſocietate innodatus (*p*), pœnam excommunicationis ducet (*q*).

### CAPUT IV.

*Ex Concilio Toletano* [*r*].

cap. 3. eod. DE familiis eccleſiæ (*s*) conſtituere presbyteros, & diaconos [*t*] per parochias liceat, ita tamen [*u*], ut antea manumiſſi libertatis ſtatum accipiant (*x*): quidquid autem talibus aut per libertatem conceſſum, aut per ſucceſſionem [*y*] extiterit debitum, aut quolibet modo collatum [*z*], non licebit eis quippiam (*aa*) in extraneas perſonas tranſmittere, ſed omnia ad jus eccleſiæ (*bb*), ad quam manumiſſi ſunt (*cc*), poſt eorum obitum pertinere (*dd*): his quoque ſicut ceteris eccleſiæ libertis (*ee*) accuſandi, vel teſtificandi adverſus eccleſiam aditus intercluditur [*ff*]; quod ſi aſpiraverint (*gg*), non ſolum libertatis beneficio careant, ſed etiam honoris gradu (*hh*), quem non dignitate naturæ, ſed temporis neceſſitate promeruerint [*ii*].

### CAPUT V.

*Alexander III. Turon. Archiepiſc.*

COnſuluit nos [*kk*] tua fraternitas, utrum tibi liceat ſpurios, & ſervos ad ordines promovere [*ll*], ſuper quo utique conſultationi tuæ taliter reſpondemus (*mm*); quod neque ſpurios, neque ſervos ordinare debes, & ſi memor es (*nn*), in conſecratione tibi dictum eſt [*oo*]: vide, ne quemlibet ſervilis condicionis ad ordines promovere præſumas [*pp*]. cap. 5. eod.

## TITULUS XI.

## DE OBLIGATIS AD RATIOCINIA ORDINANDIS, VEL NON.

### CAPUT I.

*Ex concilio Carthag.* [*qq*]

MAgnus Epiſcopus Auguſtenſis dixit De oblig. cap. 1.

*liberati condonaverit*, Burch. & Ivo, ſed in veteri Burch. *libertati* olim, poſtea *libertate* ſcriptum non male; *donaverit libertati*, Raim. & Cont. *a Effecerit*, Burch. & Ivo. *apud* pro *erga* eſt in vet. Tarrac. *& ipſum in presbyterum fecerit ordinari*, Raim. & Cont. Poſt hæc verba eſt apud Burch. *& ſecundum Apoſtolos, victum, & veſtitum ei donaverit.* Sed in veteri libro hæc non ſunt. *b* Adde *poſtea*, ex vet. Tarrac. & Barcin. & Burch. & Ivo, & Raim. *c Dominis ſuis*, vetus Tarrac. Barcin. Burch. & Ivo, qui cetera, ut edita ſunt, ſcribunt: ſolus Ivo *ſervare* pro *obſervare*. *Domino ſuo canonicas horas pſallere noluerit*, Raim. & Cont.

*d* Multa omittunt Raimund. & Cont. ab his verbis ad illa, *accuſetur apud Epiſcopum.*

*e* Sic vetus Burch. liber, *hoc* pro *hæc* recens. *f Et hæc*, Ivo & vetus Tarrac. *& hoc*, Burch.

*g* Sic Burch. & Ivo, *accuſatus apud Epiſcopum*, Raim. & Cont. in quodam tamen non recenti Gregoriano *ante* pro *apud* eſt: *ad Epiſcopum*, vetus Tarrac. *h Ordinaverit*, Raim. *i* Vox *&* omittitur in Gregor.

*k* Hæc omnia ad cap. 4. omittunt Raim. & Cont. Habent alii. *l Fuerat* Burch. & Ivo: eſt autem ſcribendum *ideſt*, non *idem* apud Burch. ex veteri lib. ſic poſtea negatio deſideratur ante verbum *projecerit*, eſt autem in veteri libro, deſideratur apud Ivonem, ſicut ante fuerat, Tarracon. vetus.

*m Poſtea quam*, Burch. & Ivo non male. *n Rem prædictam audierit eſſe illius*, vetus Tarrac.

*o* In libro legum Gothicarum invenio Comites in ſingulis urbibus Epiſcopis additos, ut jus dicerent: Duces vero rei militari præeſſe, vide cap. 36. concilii Turonenſ. ſub Carolo, & cap. 9. & cap. 35. concilii Tribarienſ. ſub Arnulpho. Vox *Comes* in vet. Tarrac. deſiderabatur, & vox *miles* ſcripta eſt, forte *Comes*, *ſive miles* ſcribendum. *p Nodatus* Barcin. & Burch. & Ivo & vetus Tarrac. *q Luet* Burch. *luat* Ivo, quæ magis placent: *incurret*, vetus Tarrac. *r* Addi poteſt, *quarto capite 73.* licet Raim. & Cont. id omiſerint.

*s* Sic in concil. *De famulis eccleſiæ*, Raim. & Cont. quod eſt in veteri Tarrac.

*t Diacones* concil. *u* Ante hæc verba eſt præclare in concil. *quos tamen vitæ rectitudo, & probitas morum commendat, ea tamen ratione, ut antea* &c. Raim. & Cont. ut editum eſt.

*x Statum accipiant libertatis*, vetus Gregor. Cont. & alii *recipiant*. *Libertatem ſtatus ſui percipiant*, concil. Poſt hæc verba adde ex conciliis: *& denuo ad eccleſiaſticos honores ſuccedant. Eſt enim irreligioſum obligatos exiſtere ſervituti, qui ſacri ordinis ſuſcipiunt dignitatem.* Hæc omiſſa in prima collectione, & in Gregoriana prætermiſſa ſunt. Juvat igitur fontes inveſtigare, unde cetera manant. *y Aut ſucceſſione*, concil. Omnia hæc Raim. & Contius omittunt. *z Extiterit datum, aut a quolibet quoquo modo collatum*, concil. in marg. tamen eſt pro *datum*, *debitum*, Raim. & Cont. ut editum eſt. *aa Quippiam inde*, concil. Utrumque omittunt Raim. & Cont. qui aliorum verborum ordinem mutant. *bb* Sic etiam Raim. ſed in concil. *ad jus ejus eccleſiæ.*

*cc* Sic etiam vetus Gregor. ſed in vet. Tarrac. & in concil. eſt, *a qua*, quod Contius, & alii habent, & aptius videtur. *dd Pertineant*, concil. *debeant pertinere*, Raim. & Cont.

*ee Sicut &* concil. Vox *eccleſiæ* in Barcin. deſideratur, *quibus, ſicut ceteris eccleſiæ libertis*, Raim. & Cont.

*ff* Sic etiam in concil. *aditus præcludatur*, Raim. & Cont. *gg Ad quod*, Barcin. & in concil., ſed in marg. eſt, *quod ſi id ſpreverint*, Raim. & Cont. ut Barcin. *hh* Sic etiam in concil. Vox *honoris* in Barc. non eſt, *&* pro *etiam* habet vetus Gregor. Contius, & alii, ut editum eſt. *ii Promeruerunt*, vetus Tarrac. *ſed neceſſitate temporis meruerunt*, vetus Gregor. *promeruerunt*, Cont. & alii. In conciliis olim, *ſed temporis neceſſitate promeruerunt*, in poſtrema editione, *ſed tempore neceſſitatis promeruerunt.* *kk* Verba a Raim. omiſſa ſunt etiam poſt concil. Lateran. parte 26. cap. 19. Contius fortaſſe in mendoſum librum incidit. *ll Ordinare*, concil.

*mm Super quo tibi taliter reſpondemus*, concil. Conſ. *t. t. reſp.* Raim. *nn Eſſes* pro *es*, concil. Ego quidem certe immemor ſum hujus admonitionis, quæ fortaſſe in veteribus libris Pontificiarum cærimoniarum exſtabat; hodie non exſtat. *oo Fuit* pro *eſt* Raim. *pp* Sic etiam in concil. & apud Contium, & alios Gregorianos. Sed in quodam non recenti eſt, *ad ſacros ordines promovere procures.* *qq* Scribi poteſt, *Carthaginienſi primo capite octavo*: licet caput 9. appelletur a Burch. lib. 2. cap. 36. & ab Ivone parte 6. cap. 137. decreti. Majori

errato

xit (*a*): quid dilectioni veſtræ videtur [*b*], procuratores, & actores, & executores, ſeu curatores pupillorum (*c*), ſi debeant ordinari (*d*)? Gratus Epiſcopus dixit, ſi poſt depoſita omnia (*e*), & reddita [*f*] ratiocinia actus vitæ ipſorum (*g*) fuerint comprobati (*h*) in omnibus, (*i*), debent & cum laude clerici (1) (*k*), ſi poſtulati fuerint, honore munerari [*l*]. Si enim (*m*) ante libertatem negotiorum, vel officiorum (*n*) ab aliquo ſine conſideratione (*o*) fuerint ordinati, eccleſia infamatur (*p*). Univerſi dixerunt, recte quoque ſtatuit ſanctitas tua (*q*), ideoque ita eſt noſtra ſententia (*r*).

## TITULUS XII.
## DE CORPORE VITIATIS ORDINANDIS, VEL NON.

### CAPUT I.

De corpore vit. cap. 1. *& infra*, De cler. pugn. cap. 2.

*Alexander III.* (*s*) *pars c. Licet pr.* [*t*].

DE presbytero autem (*u*) Campaniæ, qui duellum ſponte obtulit, & oblatum ſuſcepit, & in eo digiti partem amiſit, ſicut illi, ita & nunc pru. t. reſpondemus [*x*], quod, cum ipſe, ſicut etiam nos videmus (*y*) non perdiderit (*z*) tantum de digito (*aa*), quin ipſe ſine [*bb*] ſcandalo poſſit ſollemnia celebrare (*cc*), ſatis potes poſt peractam pœnitentiam cum eo (*dd*) miſericorditer agere, & permittere ipſum in ſuo ordine miniſtrare, licet ejus exceſſus gravis admodum extitiſſet [*ee*].

### CAPUT II.

*Idem Ceſten. Epiſcopo.*

DIlectæ in Chriſto filiæ Prioriſſa, & conventus de Toloſantia a ſede Apoſtolica quæſierunt; ſi juvenis quidam ſuis genitalibus deſtitutus in presbyterum poſſit permiſſione canonica ordinari, noſtramque volentes in hoc caſu diſtinctionem canonicam obſervari, mandamus, quatenus diligentius veritatem inquiratis; ſi ab hoſtibus ſectus fuerit, aut medicis, aut neſciens carnis vitio reluctari, ipſe ſibi manum injecerit, priores autem admittunt canones,

(1) alii, *cleri.*

errato Gratianus, ſive Palea diſt. 54. cap. 3. *ex concilio Maguntinenſi cap.* 8. & in aliquibus veteribus libris vidi *Magocien. ſive Magotien.* Raim. ut editum eſt, & Contius ad Raim. namque idem ad Grat. recte, poſt Ant. Democharem, quaſi digito fontem oſtendit. *a Auguſtinus ait*, Barcin. quod non placet: ſunt enim hæc Aurelio Auguſtino antiquiora Conſtantii tempore poſt Sardicenſe concil. *Aſtuagenſis, ſive Aſtyagenſis*, Burch. & Ivo & concil. *Auguſtudunen.* Grat. editus, ſive *Auguſtenſis*, ut alii veteres habent *Aug.* Raim. & Contius quidam *dicit* pro *dixit*, alii *Auguſtus* pro *Aug.* ego a conciliis non diſceſſerim. *b* His caret Raim. addidit Cont. ceteri habent, præter Barcin. qui *tuæ* pro *veſtræ* maluit: forte quod non ſynodum Magnus alloquatur, ſed Primatem Gratum Carthaginienſ. Epiſcopum, ſed nihil muto: turpius Grat. editus, *quid dilectionis veſtræ procuratores* &c. *c* Magna varietas eſt, altera in nominibus, altera in conjunctionibus. In conciliis duplex varietas notatur, in utraque eſt *tutores*, quod verbum magis placet, quam *executores*, & ſi liceret arbitratu meo hæc conſcribere: pro *& executores*, ſcriberem, *& tutores*, ſive ordine mutato, *& curatores, ſeu tutores pupillorum.* Varietas conciliorum eſt: *Procuratores, & actores, etiam per ſe tutores pupillorum.* Altera ſcriptura: *Procuratores, actores, tutores etiam, & executores, ſeu curatores pupillorum.* Burchardi ſcriptura: *Procuratores, & actores etiam, ſeu curatores pupillorum.* Ivonis: *Procuratores, & actores, etiam executores pupillorum.* Gratiani ſcriptura noſtræ editioni ſimilis eſt, prima conjunctione excepta, *Procuratores, actores* &c. ſed in veteribus libris vidi, *& actores* ſcriptum. Raimundus conjunctiones abſtulit, *Seu* reliquit. *Procuratores, actores, executores, ſeu curatores pupillorum:* in quodam etiam libro non recenti eſt, *executores, actores, ſeu curatores*, & in eodem olim fuerat *auctores* pro *actores*, quod nondum probavi. Venit etiam mihi in mentem *exactores* pro *executores* mutare: ſed manum abſtinebo, quoad confirmatum videro aut libri, aut ſcriptoris auctoritate. In veteri Tarrac. duplex ſcriptura adgnoſcitur: *Procuratores, & auctores, & curatores pupillorum.* Altera eſt, *Procuratores, & actores, & executores civilium cauſarum, ſeu curatores pupillorum.* *d* Sic omnes, ſed mihi *an* pro *ſi* magis placeret. Sed Græcorum eſt, ut *ſi introibunt in requiem meam?* *e Univerſa* pro *omnia*, concil. Burch. Ivo, & Grat. ſolus Raim. *onera* & eum Contius ſecutus: ſolus Ivo *diſpoſita* pro *depoſita*, quæ varietates defendi poſſunt.

*f Et* in Barcin. deſideratur. *g Et actus vita*, vetus Tarrac. omiſſa voce *ipſorum.*

*h Comprobatæ*, vetus Tarrac. *i* Solus Barcin. *nihilominus, ordinari*, vetus Tarrac.

*k Debent ordinari*, Barcin. *cleri*, in concil. & in vet. Tarrac. cetera, ut edita ſunt: item Burch. *clericatus*, Ivo, cetera eodem modo, *debere eos cum laude cleri*, Grat. editus, addunt ex veteribus quidam, *& poſt eos*, alii *pro eos*, item *pro cleri* alii *clerici*, alii *clericorum* retinent: *debent cum laude Dei*, Raim. & Cont.

*l Numerari* Barcin. & unus ex veteribus libris Grat. ſed mendoſum videtur. Sic in cantico Ambroſii eadem varietas eſt; alicubi Siſebuti Regis nomen adſcriptum eſt ei cantico: *ſi poſtulatus fuerit*, Burch. & unus ex veteribus Gratiani libris: quod etiam improbo. *m* Vox *enim* neque in Barcinon. eſt, neque in uno veteri Grat. libro. *n* Hæc in libris Grat. omiſſa ſunt, ceteri habent.

*o* Hæc omittunt Raim. & Cont. *p Ab eccleſia infirmentur*, Grat. ſive *infirmantur*, ut in uno veteri eſt; in alio, *eccleſia infirmatur*, ceteri omnes, ut edidimus, concil. Burch. Ivo, Raim.

*q Veſtra* pro *tua*, Tarrac. vetus, ſed Barcin. *veſtra omnia*, pro *quoque* habent omnia concil. Burch. & Ivo: *recte omnia ſtatuit ſanctitas veſtra*, Grat. *recte ſtatuit ſanctitas veſtra*, Raim. & Cont. Mihi conciliorum ſcriptura magis probatur. *r Iſta* pro *ita*, multi Gregoriani libri, aliqui *ita.* Contius edidit non recte, *iſta eſt veſtra ſententia*, & in marg. *juſta. Ita noſtra quoque eſt iſta ſententia*, Grat. unus tamen habet *mea* pro *noſtra. Ita noſtra eſt quoque ſententia*, Burch. & Ivo *ita eſt & noſtra iſta quoque ſententia*, concil. *Ita eſt ſententia noſtra*, vetus Tarrac. *s* Addi poteſt, *Salernitano Archiepiſcopo*, ex ea collectione, quæ eſt poſt concil. Lateran. parte 26. cap. 4. 5. & 6. *t* LICET PRÆTER SOLITUM, Barcin. & vetus Tarracon. LICET PRÆTER, concil. PRÆTER SOLITUM, Contius, cum Barcinonenſi convenit apud Raim. caput 3. de ſponſa duorum ex eadem epiſt. eſt caput 4. de judiciis, & cap. 7. de homicidio, & cap. 1. de clericis pugnantibus in duello, ut in dicta parte 26 ſcriptum eſt. *u* Vox *autem* neque in veter. Tarracon. eſt, neque in Gregor.

*x Olim* pro *illi*, aptius Barcin. & Tarrac. vetus, & concil. & Tarracon. recens: cap. 2. infra de cleric. pugn. Omiſerunt hæc omnia verba ultimo excepto, Raim. & Cont. *y Et* pro *etiam* concil. & *vidimus* pro *videmus*, omittunt etiam hæc Raim. & Cont. *z Non perdidit*, concil. *non amiſerit*, vetus Gregor. Contius, & alii, ut editum eſt. *aa Ex* pro *de* concil. *bb* Vox *ipſe* omittitur a Raim. & Contio.

*cc Sollemniter celebrare*, Raim. & Cont. ſed ut editum eſt in concil. *dd Peracta pœnitentia cum eo*, Barcin. *cum ipſo poſt peractam pœnitentiam*, concil. ſed Raimund. ut editum eſt. *ee* Sic etiam Raim. & Cont. *gravis ſit*, concil.

nes, ſi alias idonei ſunt, tertium velut homicidam ſui ſtatuunt puniendum.

### CAPUT III.

*Idem Ciſtren. electo* (*a*).

cap. 1. eod. t. CUM de tua, & aliorum [*b*] electione, qui ſunt in quibuſdam eccleſiis Anglicanis electi in præſentia noſtra, & fratrum noſtrorum quæſtio mota fuiſſet, & ſingulis veſtris quædam obiicerentur (*c*), tibi objectum eſt, quod in oculo maculam habebas (*d*), & quod fueris canonici filius (*e*); attendentes itaque (*f*) prudentiam, & honeſtatem tuam, & volentes te noſtræ gratiæ, [*g*] & dilectionis prærogativa gaudere, venerabili f. n. R. Cant. (*h*) Archiepiſcopo A. S. L. (*i*) dedimus in mandatis, ut pro eo, quod canonici filius diceris (*k*), in promotione tua ex multa diſpenſatione procedere non poſtponat (*l*). De macula vero, quam in oculo habere diceris, hoc [*m*] prædicto Archiepiſcopo mandamus, ut conſilio (*n*) ſuffraganeorum ſuorum, & præſertim [*o*] venerabilium fratrum noſtrorum (*p*) Exonen. & Wigor. (*q*) Epiſcoporum, qui exinde ſibi, quod viſum fuerit, exequentur (*r*): tu itaque eundem (*s*) Archiepiſcopum frater requirere ſuper his (*t*) ſtudeas humiliter, & devote, quia nos tibi (*u*) ex maxima (*x*) diſpenſatione in hac parte (*y*) curavimus providere (*z*), utpote, qui perſonam [*aa*] tuam ſincera charitate diligimus, & libenter, quantum ſecundum Deum poſſumus, ad tuum intendimus commodum, & honorem.



## TITULUS XIII.

## DE BIGAMIS NON ORDINANDIS.

### CAPUT I.

*Ex concilio Aurelian.* (*bb*)

DE his, qui ex concubinis filios habent (*cc*), & uxores legitimas poſt habuerunt (*dd*) & defunctis uxoribus (*ee*) ſibi concubinas publice ſociant [*ff*], id obſervandum (*gg*) cenſuimus, ut ſicut eos, qui jam clerici per ignorantiam ordinati ſunt, non removeamus (*hh*), ita ſtatuimus, ne ulterius ordinentur (*ii*). Non ponitur.

### CAPUT II.

*Ex eodem* (*kk*).

UT bigami, vel pœnitentes [*ll*], vel repudiatarum mariti ad ſacerdotium non promoveantur (*mm*). De bigam. cap. 1.

### CAPUT III.

*Lucius III. Spoletano † Archiepiſcopo* [*nn*].

SUper eo quod a nobis (*oo*) tua fraternitas requiſivit, quid faciendum ſit (*pp*) de bigamis, inquiſitioni tuæ taliter (*qq*) reſpondemus, quod ordinatores eorum poteſtate, & officio cap. 2. eod.

*a Ciceſtrenſi Epiſcopo*, in concil. parte 40. cap. 3. quod non placet, in antiquo Gregoriano olim ut editum eſt, mox *Ciſtercienſi electo*, quam varietatem Contius etiam notat. Illud addam ſæpe in hac collectione ordinem Ciſtercienſium monachorum ordinem *Ciſtrenſem*, ſive *Ciſtrenſium* appellari, & ſuſpicari poſſumus hunc non Epiſcopum electum, ſed Ciſtrenſem Abbatem fuiſſe. *b* Hæc ſunt etiam in concil. & ea Raim. omiſit, addidit Contius, ut alia recte. Sed non recte conjunxit his verbis illa: *quæſtio mota fuiſſet:* ſunt enim alia media quæ is poſtea conſcripſit. *c* Scribe *veſtrum* pro *veſtris*, ut in concil. eſt, hæc omnia Raim. & Cont. omittunt.

*d Habeas*, concil. & Raim. quod placet. *e Canonici filius ſis*, concil. Aptius Raim. & Cont. ut editum eſt.

*f* Hæc Raim. & Cont. omittunt; *itaque* in concil. deſideratur. *g Nomine gratiæ*, concil.

*h Fratri tuo*, Barcin. mendoſe, *R.* omiſſum eſt in concil. *Unde Cantuarien.* Raim. & Cont. forte pro *u. f. n. unde* ſcriptum eſt; cujus nota eſſe ſolet *unum.* ℞. pro *R.* eſt in veter. Tarracon.

*i Apoſtolicæ ſedis legato*, concil. Omittunt hæc Raim. & Cont.; omnes autem Cantuarienſes, & Eboracenſes Archiepiſcopi Apoſtolicæ ſedis legati appellabantur. *k Fuiſſe*, additur in concil. ſed Raim. ut editum eſt.

*l* Sic etiam in concil. *procedat*, Raim. & Cont. *m* Hæc ſunt in concil. Omiſit ea Raim. & Cont.

*n Mandamus, ut cum conſilio*, Barcin. *mandavimus, ut cum conſilio*, Raim. & Cont. *mandavimus, ut in quo*, in concil. non recte, & in marg. forte *ſecundum quod*, quod itidem diſplicet.

*o* Hæc uſque ad verbum *Epiſcoporum*, Raim. & Contius omiſerunt. *p Noſtrorum fratrum*, concil. *fratrum ſuorum*, Barcin. *q Exonien. & Vuigorn.* concil. *r Quod exinde eis viſum fuerit, exequentur*, Barcin. non male, *examini viſum fuerit, ſic exequatur*, concil. *quod exinde ſibi viſum fuerit, exequatur*, vetus Gregor. ſed Cont. & alii *ſibi* non habent. *s* Hæc Raim. & Cont. neglexerunt; *tu vero eundem* &c. concil.

*t Inquirere* pro *requirere* vetus Tarracon. *ſuper his inquirere*, concil. *u* Sic etiam in concil. *in quo nos tibi*, Raim. & Cont. Non video, cur mutaverit Raim. & quod pace tantorum patrum dictum ſit, hac conſtitutione carere ſine ulla noxa potuimus; cujus pars ad titulum de filiis presbyterorum pertinet, & ſolvitur legibus canonici filius; de macula, quod hujus tituli erat, nihil ſtatuitur. *x* Sic etiam Raim. *ex magna*, concil.

*y* Hæc omittunt Raim. & Cont. *z* Sic etiam Raim. & Cont. ſed Barcinon. *curavimus ſollicite providere*, item concil. *aa* Hæc ad finem omittunt Raim. & Cont. ut *perſonam* &c. concil.

*bb* Scribe, *Aurelianenſi tertio cap. 9.* licet Burch. lib. 2. cap. 19. & Ivo parte 6. cap. 39. decreti, ex concil. *Aurelian. cap.* 10. & Ivo in marg. *alias* ARELATEN. *cc* In veteri libro Burchard. *filios procreaverint*, ſed in concil. & in aliis libris, ut editum eſt. *dd* Sic Burchard. *poſt habuerint* Ivo, & duæ ex editionibus concil. in ultima *poſt* deſideratur, *habuerunt* ſcriptum eſt.

*ee Suis*, Barcin. addit. Pro *&* *aut* eſt in concil. ſed Burch. & Ivo, ut editum eſt.

*ff Publice ſociaverint*, Barcin. *publice crediderint ſociandas*, concil. ſed Burch. & Ivo ut edidimus.

*gg* Adde *eſſe*, ex conciliis, & vet. Tarrac. *hh* Scribe *non removemus*, ut concil. Burch. & Ivo habent, item Tarr. vetus. *ii Tales*, additum in vet. Tarrac. eſt. *kk* Adde *cap. 6.* licet varie inſcribatur etiam in Gregorianis, nam in veteri legi, *ex Arelaten. concilio;* Contius tamen, & alii, *ex Aurelian.* Burch. lib. 2. cap. 33. *ex conc. Auralaten. cap.* 3. vel potius ut in veteri eſt, *ex concil. Arelaten. c.* 3. Ivo parte 6. cap. 134. decreti, *ex concil. Arelat. 3. cap. 3.* & lib. 3. tit. 5. cap. 18. Panorm. *ex eod. Arelat. 3. cap.* 8. Videndus Grat. diſt. 55. cap. 2. *ex eodem cap. 3. ejuſd. Arelaten. concilii.* Plane in conciliis eadem ſententia eſt, ſed aliis verbis conſcripta. *ll Vel*, omittunt Raim. & Cont. *digami* pro *bigami*, rectius Burch. & Cont. ſed Ivo, ut editum eſt, & alii; *ne aut duarum uxorum vir, aut renuptæ maritus, aut pœnitentiam profeſſus* &c. *promoveatur*, in concil. Aurelian. 3. cap. 6. *Nullus pœnitentem, nullus digamum, nullus viduarum maritum &c. audeat ordinare*, Grat. & concil. Arelat. 3. cap. 3. *mm Non aſcendant*, Raim., ſed Burch. & Ivo, ut editum eſt.

*nn* Sic etiam vetus quidam Gregor., ſed Contius, & alii, *Spalenſ. Archiepiſcopo*, quod magis placet: rectius tamen *Hiſpalenſ. Archiepiſcopo* diceretur, ſive *Spoletano Epiſcopo*. *oo* Hæc Raim. & Cont. omittunt.

*pp* Hæc etiam ab eiſdem omittuntur. *qq* His etiam carent Raim. & Cont.

UNED

ficio ordinandi, & ordinati ſi ad ſacros ordines fuerint promoti, eis debent ordinibus ideo privari (*a*), quia in bigamis (*b*) contra Apoſtolum diſpenſari (*c*) non licet, ut debeant ad ſacros ordines promoveri, vel in eiſdem (*d*) ſi promoti fuerint, poſſint aliquatenus (*e*) remanere. In ordinatore autem poteſt diſpenſatio adhiberi, ut ordinandi poteſtate, & officio non privetur.

## TITULUS XIV.
## DE CLERICIS PEREGRINIS, ET EIS SINE LITTERIS NON RECIPIENDIS (*f*).

### CAPUT I.

*Alexander III. (g) Cenoman. Epiſcopo.*

De clericis peregr. c. 1.

TUA nos duxit fraternitas conſulendos, quid agendum ſit de clericis, qui in remotis regionibus ordinati, litteras eorum oſtendunt, a quibus ſibi proponunt manus impoſitas [*h*], & incertum eſt, utrum eorum ſigilla ſint, quæ repræſentant (*i*). Tuæ igitur conſultationi ſignificatione præſentium indulgemus [*k*], tutius eſſe [*l*], ut in his ſtatuta patrum veterum (*m*) obſerventur, quam novum aliquid (*n*) ſtatuatur: ſtatutum eſt autem [*o*] de tranſmarinis, ut ad minus V. Epiſcoporum ſuper ordinatione ſua teſtimonio [*p*] muniantur: quod in aliis, qui ſimiliter (*q*) ſunt incogniti, credimus obſervandum. Ita tamen, ut [*r*] in ſuſpenſione aliquo tempore (*s*) habeantur, in quo videntes [*t*] plenius de ipſorum (*u*) actibus inſtruantur (*x*): ſed de inferioribus (*y*) ordinibus oportuit inquiri (*z*), quia poſſet contingere, ut aliquibus prætermiſſis ſaltum feciſſent: his autem peractis, ſi digni inventi fuerint, circa eos poterit diſpenſari.

## TITULUS XV.
## DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

### CAPUT I.

*Gregorius Honorato Archiepiſc. † Salon. (aa)*

De officio Archid. c. 1.

EA, quæ nos contra vos (*bb*) tu, & Epiſcopus tuus direxiſtis ſcripta (*cc*), doluimus agnoſcentes, quod nihil inter vos charitas (*dd*) recognoſcit; verumtamen in officio ordinis tui te (*ee*) adminiſtrare præcipimus (*ff*), & ſi illic poteſt (*gg*) ſuperante gratia cauſa veſtri ſcandali diffiniri, multum credimus animæ veſtræ acquiſiſſe, ſi vero ita [*hh*] diſcordia inter vos partes ſuas armavit, ut in tumore ſcandali (*ii*) voluntas veſtra debeat remanere, tu ad noſtram audientiam indifferenter occurre [*kk*], & Epiſcopus tuus pro ſe dirigat quam elegerit perſonam inſtructam, ut omnia ſubtili [*ll*] ratione perpenſa, quæ viſa fuerint partibus, audire debeamus [*mm*]. Scire te vero volumus, quod a te diſtricte quæſituri ſumus, quæ vel propriæ eccleſiæ (*nn*), vel ea, quæ diverſis eccleſiis (*oo*) cimilia * ſunt collecta [*pp*], non ſub omni ſollicitudine, & fide ſervantur * *ſimilia*

*a* *Eis ideo ſunt privandi*, Raim. & Cont. *b* *Quia cum bigamis*, Barcin. & vetus ille Gregor. Cont. & alii ut editum eſt. *c* *Diſpenſare* Raim. & Cont. poſt vet. Tarrac. *d* *In eis*, Raim.

*e* Omiſſa a Raim. & Contio. *f* Raim. contentus fuit illis verbis, *De clericis peregrinis*. Pro *eis ſine* eſt in vet. Tarrac. *eorundem*. *g* Sic etiam vetus Gregor. & concil. *Alex. IV.* mendoſe Cont. & alii.

*h* Sic Raim. ſed parte 26. cap. 20. poſt concil. Lateran. eſt: *litteras eorum proponunt, a quibus ſit manus impoſita*. *Proponunt ſibi*, vetus Tarrac. cetera, ut edidimus. *i* *Epiſcoporum*, Barcin. & vetus Tarrac. pro *eorum*. *Cum incertum eſt, utrum eorum ſint ſigilla, quæ præſentant*, concil. *& utrum Epiſcoporum ſigilla ſint, quæ præſentant, incertum exiſtit*, vetus Gregor. *repræſentant*, Cont. & alii.

*k* *Inquiſitioni* pro *conſultationi*, Barcin. *ergo* pro *igitur*, concil. *Tuæ igitur conſult. reſpondemus*, Raim. & Cont.

*l* *Tutum eſſe* concil. *m* Vox *veterum* in Tarrac. omittitur. *n* *Novum quid*, concil. Vox *novum* in vet. Gregor. non eſt. *o* *Eſt enim*, concil. *p* *Teſtimoniis*, unus ex veteribus Gregor.

*q* Sic etiam in concil. rectius, quam *ſi* pro *qui*, ut Raim. & Cont. ſed & in uno ex veteribus Gregor. eſt *qui* pro *ſi*. *r* *Quod* pro *ut*, vetus Tarrac. Vox *tamen* in vet. Greg. non eſt.

*s* *Aliquanto tempore*, vetus Tarrac. Barcin. & Raim. & Cont. ſed in concil. *aliquo*, alias *annuo tempore*.

*t* Hoc verbum Raim. & Cont. omiſerunt; eſt tamen in uno ex veteribus Gregor.

*u* *De Epiſcoporum*, Barcin. *x* *Inſtituantur*, concil. ſed Raim. ut editum eſt. *y* Hæc pertinent ad titulum de clerico per ſaltum promoto. Raim. ſcribit, *Sed & de* &c. aptius, quod eſt etiam in vetus Tarracon.

*z* Sic etiam concil. *oportet inquiri*, Tarrac. vetus, & duo veteres Gregor. Cont. & alii, *inquiri oportet*.

*aa* *Salernitano Archiepiſcopo*, vetus Tarrac. Scribendum eſt *Archidiacono Salonitano* ex epiſt. 10. lib. 1. regiſtri B. Gregorii: nam in veteribus libris eſt *diacono Salonitano*, in aliis *Epiſcopo*, ſic etiam in veteribus Raimundi libris eſt, *Gregor. H. Archid. Salonitano*. Contius, & alii habent *Gregor. III. Archid. Salonit.* Agitur autem de hac eadem controverſia inter Natalem Epiſcopum, & eundem Honoratum lib. 2. epiſt. 16. regiſtri, ex qua eſt apud Grat. Diſt. 74. cap. 8. cujus initium eſt, *Honoratus Archidiaconus Salonitanæ eccleſiæ* &c. & lib. 1. epiſt. 19. ex qua eſt diſt. 74. cap. 2. *bb* *Nobis* ſcribendum eſt pro *nos*, ut eſt in veteribus libris regiſtri Gregorii. In aliis eſt, *Ea, quæ contra nos*, mendoſe, quod etiam eſt in quodam veteri Raimundi libro: in alio antiquiori, *Ea, quæ contra.* & infra, recte, ut in multis. Contius tamen in marg. *Ea, quæ continet*, mendoſe. Omiſit autem multa Raimund. & Contius nihil addidit: vox *nos* in veteri Tarracon. non eſt.

*cc* *Contraria direxiſtis ſcripta*, Tarrac. vetus, Barcin. & Gregor. recte. Vox *ſcripta* aliquando in illo Tarrac. deſiderabatur. *dd* *Eo quod inter vos nihil charitas*, Gregor. *quod nihil charitas inter vos*, vetus Tarrac.

*ee* *Te in officio nominis tui*, Barcin. *te in officio ordinis tui*, Gregor.

*ff* Sic etiam vetus reg. liber: alii *præcepimus*. *Adminiſtrante* pro *adminiſtrare*, olim vetus Tarrac. habuit.

*gg* Sic olim vetus Tarr., mox *potes*. *hh* Sic veteres libri reg. Vox *ita* in edito deſideratur.

*ii* Ferri potuit hæc ſcriptura, ſed in regiſtro eſt *timore* pro *tumore*, quod malo. *kk* *Occurrere* Gregor.

*ll* *Sub tali*, Barcin. *mm* *Contingere* pro *audire*, Barcin. ſed neutrum placet: *conſtituere, quæ viſa fuerint partibus, debeamus*, Gregor. aptius. Vox *audire* olim in Tarrac. non erat, ſcripta mox eſt poſt verbum *debeamus*.

*nn* *Quia vel propriæ eccleſiæ*, vetus liber regiſtri: *ſi non ea, quæ vel propriæ eccleſiæ*, vulgaris liber: *quia quæ vel propriæ*, vetus liber Raimundi; *quia vel propriæ eccleſiæ*, Cont. & alii: *cur ea, quæ de propria eccleſia*, Tarrac. vetus aptius. *oo* Poſt *quæ*, addo *de*, ut in veteri libro regiſtri eſt, cetera ut edita ſunt: *vel de diverſis eccleſiis*, in editis. In veteri Raim. ut editum eſt. Cont. & alii, ut in libro veteri regiſtri: *vel quæ de diverſis eccleſiis*, vetus Tarrac. *pp* *Sunt collata*, vetus Raim. Verbum *cimilia* varie mutatum eſt, *ſimilia*, *cimitulia*, *cim-*

tur(*a*). Quod ſi quid ex eis [*b*], vel negligentia, vel cujuſquam fraude deperiit [*c*], tu in hoc reatu aſtringeris, qui [*d*] per Archidiaconatus ordinem, cuſtodiæ ejuſdem eccleſiæ artius deputaris (*e*).

CAPUT II.

*Ex lib. Rom. ordinis.*

c. 1. eod. tit. UT Archidiaconus [*f*] poſt Epiſcopum ſciat ſe vicarium ejus eſſe in omnibus, & omnem curam in clero tam in urbe poſitorum, quam eorum, qui per parochias habitare noſcuntur, ad ſe pertinere, ſive de eorum converſatione, ſive honore, & reſtauratione (*g*) eccleſiarum, ſive doctrina eccleſiaſticorum virorum (*h*), vel ceterarum rerum ſtudio, & delinquentium rationem coram Deo redditurus eſt, & ut de tertio in tertium annum, ſi Epiſcopus non poteſt, parochiam univerſam [*i*] circumeat, & cuncta, quæ emendatione indigent, ad vicem ſui Epiſcopi corrigat (*k*).

CAPUT III.

*Ex concilio Toletano (l).*

cap. 2. eod. OFficium vero (*m*) Archidiaconi eſt, evangelium, quando voluerit, legere, vel alicui de diaconis præcipere, & quando Epiſcopus miſſam canit (*n*), ad juſſionem illius induant ſe levitæ veſtimentis ſacris [*o*]; qualiter (*p*) cum Pontifice (*q*) ad miſſam procedant, omnem querimoniam (*r*), ſeu cauſam, vel juſtitiam presbyterorum, vel diaconorum, vel ſubdiaconorum ipſe debet deliberare, ordinare, & facere (*s*). Ideo vero ſtrenuus, providus, cautus, vicem ſui Epiſcopi agens, epiſcopii totius [*t*] curam habeat, & omne eccleſiaſticum officium providendo, lectiones, aut reſponſoria [*u*] in matrice (*x*) eccleſia dare debet, & auſcultare. Et interim, ut [*y*] nullus evangelium, aut epiſtolam, aut reſponſorium [*z*], vel quamlibet in eccleſia lectionem legat, vel cantet [*aa*], donec ante ipſum legat, vel cantet, & auſcultetur (*bb*): acolythos quoque ipſe ordinet, quis eorum candelabra, quis turibulum deferre (*cc*), quiſve minorum in eccleſia aliqua officia (*dd*) agere debeat.

CAPUT IV.

*Alexander III. Elien. Archidiacono.*

CUM ſatis ſit abſurdum, & a ſanctorum cap. 4. eod.
[*ee*] patrum inſtitutionibus alienum, ut Archidiaconus, auctoritate propria, debeat [*ff*] cuilibet eccleſiarum curam committere (*gg*): ægre nimis ferimus [*hh*], quod tu ſine mandato Epiſcopi tui perſonis curam (*ii*) animarum committis. Quoniam igitur obtentu alicujus conſuetudinis non debes contra ſanctorum patrum inſtitutiones [*kk*], & quod ad tuum non ſpectat officium, tibi vendicare (*ll*): ideo mandamus, ut nemini de cetero (*mm*) ſine licentia, & mandato Epiſcopi (*nn*) curam animarum committere præſumas.



*cimmilia*, & quod præſtat, *cimelia*; ſed credo uſum Gregorium eo verbo, ut Latino, quo ſignificatur eccleſiæ theſaurus, ſive majoris pretii dona, aut ſupellex. Vaſa ſacra appellantur lib. II. cap. XVI. regiſtri; vide etiam cap. 15. octavæ ſynodi, ex quo eſt 12. q. 2. cap. 13. non ex ſexta ſynodo, ut editum eſt.

*a* Pro *non* ſcribi poteſt *num*, pro *ſervantur*, *ſerventur*. *Sub omni nunc ſollicitudine, & fide ſerventur*, Gregor. in regiſtro: vetus liber *ſervantur* habet. Raim. & Contius, ut editum eſt, ſic etiam eſt in Tarrac. veteri, cujus ſcripturam ſupra probavimus, *cur ea, quæ* &c. *b Ex his*, Tarrac. vetus.

*c Deperit* Gregor. & unus ex veteribus libris Raimund. *cujuſdam* Raim. liber antiquior.

*d Tu tanto magis in hoc reatu conſtringeris, quanto*, Barcin. *conſtringeris* Gregor. & vetus Tarracon. cetera, ut edita ſunt; *tu hoc reatu aſtringeris, qui*, Raim. & Cont. *e Artius implicaris*, Gregor. ſed Raim. & Cont. ut editum eſt. Poſſet addi, *Dat. menſe Novembri Indictione nona anno primo*, ex regiſtro.

*f* In libro Romani ordinis nuper edito hæc verba ſunt: *obſervandum eſt ſeptem eſſe regiones urbis Romæ, ſingulas regiones ſingulos diaconos regionarios habere, & uniuſcujuſque regionis acolythos per manum ſubdiaconi regionarii diacono regionis ſuæ officii cauſa ſubditos eſſe. Hos omnes Archidiacono, qui vicarius eſt Pontificis, obedire, ſervato unicuique per eum proprii gradus miniſteriali ordine.* *g* Pro *honore*, quidam *onere*, & pro *reſtauratione*, *inſtauratione*: vetus Gregor. utrumque habet. Contius *alias* ONERE, cetera ut edita ſunt.

*h Eccleſiarum* Barcin. mendoſe, *eccleſiaſticarum* vetus Gregor. *virorum* omittunt Barcin. & Tarrac. vetus, & Raim. & Cont. *i Univerſaliter*, unus ex veteribus Gregor. *k* Addit Raim. *& emendet*: in uno tamen veteri eſt mutatum, *vel emendet*. *l* Hoc nondum inveni: ſuſpicor eſſe Iſidori.

*m* Vox *vero* in Tarracon. veteri non eſt. *n Cantat* Barcin. *o Indumentis ſacris*, Barcin. ſed Raimund. & Cont. ut editum eſt. *p* Sic etiam Raim. & Cont. ſed in Barcin. eſt *æqualiter*, quod nondum probavi.

*q Cum Epiſcopo*, vetus Tarrac. *r* Hæc Raim. omiſit. Contius addidit, qui *omnemque* pro *omnem* ſcribit.

*s Debeat deliberate ordinare*, Contius omiſſis duobus verbis, *& facere*. *Liberare* pro *deliberare*, vetus Tarrac.

*t Totius epiſcopatus*, Cont. Hæc olim in Tarrac. veteri non erant. *u Et* pro *aut* alias Cont.

*x In majori*, vetus Tarrac. *y Et in tantum, ut*, rectius vetus Tarrac. & vetus Greg. *&* omittunt Cont. & alii. *z Aut* omittunt vetus Tarrac. & Raim. & Contius, qui *reſponſoria* ſcribit: veteres Gregor. *reſponſorium*.

*aa* Sic etiam duo veteres Gregor. *& cantet*, Cont. *bb Donec ante ipſum auſcultetur*, Barcin. *Donec auſcultetur ab ipſo*, Raim. & Cont. *cc Deferre debeat*, Barcin. Utrumque deeſt in veteri Gregor. *deferre* Cont. & alii.

*dd Alia officia*, Barcin. & unus ex veteribus Gregor. Ut editum eſt, Contius & alii.

*ee* Omiſſa a Raim. addidit Contius non ſine mendis. Eadem verba ſunt infra de inſtitutionibus cap. 3. & parte 24. cap. 2. poſt concil. Lateran. Alex. 3. eſt autem ejus partis hic titulus: *De exceſſibus Epiſcoporum contra ſuos Archidiaconos, & Archidiaconorum contra ſuos Epiſcopos. Et ſanctorum* eſt in tit. de inſtit. ſed in vet. Tarr. *A* additum eſt, poſt veterem ſcripturam; *& ſacrorum*, olim in veteri Tarrac. *& a ſacrorum* hodie.

*ff* Sic etiam in concil. & Barcin. tit. de inſtit. *ut Archidiaconi auct. propria debeant*, tit. de inſtit. *debent*, Cont. non recte: ut Archid. &c. *debeat*, vetus Tarrac. d. cap. 3. de inſtit.

*gg* Sic etiam tit. de inſtit. & Cont. recte. *cuilibet cauſam animarum committere*, concil. mendoſe: forte *curam animarum* ſcribendum, ut mox diſerte ſcriptum eſt: *cuilibet eccleſiam committere*, Barcin. tit. de inſtit.

*hh* Sic recte in concil. & d. tit. de inſtit. *ægre minus ferimus*, Contius mendoſe.

*ii* Vox *perſonis* a Contio omiſſa eſt in concil. ut editum eſt, & in hac collectione tit. de inſt.

*kk Venire* additur in Tarrac. veteri; *ſanctorum patrum inſtitutiones tranſgredi*, d. tit. de inſt. & concil. ut editum eſt, duo veteres Greg. ſed Cont. & alii *conſtitutiones*, pro *inſtitutiones*, & addunt *venire*, ut Tarrac. vetus.

*ll Tibi* omittunt concil. Raim. & Cont. & d. tit. de inſtit. *mm* Sic etiam tit. de inſt. & in concil. ſed Raim. & Cont. omittunt *ideo*, & *de cetero*: in duobus veteribus Gregor. eſt, *mand. quat. ut*.

*nn Tui* addunt Barcin. & concil. & d. tit. de inſtit.

UNED

### CAPUT V.

*Alexander III. Wigor. Epiſcopo* (*a*) *pars c. Cauſam, quæ vertitur* (*b*).

cap. 5. eod. ARchidiaconis de eccleſiaſtica inſtitutione non videtur licere, niſi auctoritas Epiſcoporum, & conſenſus (*c*) acceſſerit (*d*), in aliquos (*e*) ſententiam promulgare.

## TITULUS XVI.

## DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

### CAPUT I.

*Ex concilio Toletano* (*f*).

De off. Archipr. c. 1. UT Archipresbyter ſciat ſe ſubeſſe Archidiacono (*g*), & ejus præceptis omnibus vel præceptionibus ſicut Epiſcopi ſui obedire debet [*h*], & quod ſpecialiter ad ejus (*i*) miniſterium pertinet, ſuper omnes presbyteros in ordine poſitos curam agere (*k*), & aſſidue in eccleſia ſtare, & quando Epiſcopi ſui abſentia eſſe contigerit (*l*), ipſe ad vicem ejus (*m*) miſſarum ſollemnia celebret, & collectam dicat, aut (*n*) cui ipſe injunxerit.

### CAPUT II.

*Item Leo Papa* [*o*].

cap. 2. eod. MIniſterium Archipresbyteri in eo (*p*) conſtituitur, ut diligenti cura provideat myſterium ſacerdotum Cardinalium (*q*), qui per ſollemniſſimum (*r*) debent agere officium in communicatione Corporis & Sanguinis D. N. J. Chriſti, ita ut viciſſim eos ſibimet ſuccurrere faciat (*s*), quatenus a ſacroſancto die Dominico (*t*) incipiendo, per omnes horas canonicas indeclinabiliter perſeverent, ut opus Dei digne, & ſancte perficiatur ab eo, cui committitur. Verens ſententiam [*u*] illius ſapientiſſimi (*x*), ubi dicitur: *Maledictus homo, qui negligenter fecit opera Dei* (*y*). Provideat etiam archipresbyter, vitam ſacerdotum Cardinalium præceptis ſui obtemperando Epiſcopi [*z*], ne aliquando (*aa*) cedant, aut ſcurrilitate torpeant, & reminiſcantur (*bb*), quod labia ſacerdotum cuſtodiant ſcientiam [*cc*], & legem requirunt ex ore ejus, q. a. d. ex. e. [*dd*] ſi Epiſcopus defuerit, exceptis his, quæ prohibita ſunt, Archipresbyter provideat cuncta, quæ in ſacerdotum (*ee*) miniſterio perfici debeant, fontes benedicere, infirmos (*ff*) oleo perungere, pœnitentem infirmum conſulto Epiſcopo reconciliare, pœnitentiam cunctis aliis

*a Idem*, Barcin. rectius. VIGORIEN. *alias* VINTONIEN. EPISCOPO, Contius non recte. *Idem Wigor. Epiſcopo* vetus Gregor. *Idem R. Vuigornienſi Epiſcopo*, ſcribendum ex parte 36. cap. 3. & 4. poſt concil. Lateran. & ſub titulo de judiciis cap. 2. coll. 2.

*b P. c. cauſa quæ*, Cont. non recte. Si quis integram clauſulam deſiderat ex dicto cap. 3. partis 36. deſcribere poterit: *Cauſam, quæ vertitur inter fratres Dunelmenſis monaſterii, & monachos S. Albani ſuper eccleſia de Tenemuda* (*ſive Tinemuhe*) *audiatis, & appellatione ceſſante terminetis* &c. *c* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *d Interceſſerit*, unus ex veteribus Gregor. *e In alios* concil. quod nondum probavi. Raim. ut editum eſt. *f Ex epiſt. Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi ad Leudefredum Epiſcopum Cordubenſem.* ex Ivone parte 6. cap. 20. decreti, qui *Ludefredum* ſcribit, & Gratiano d. 25. cap. 1. qui *Ludifredum* in vulgaribus libris, in veteribus *Ludefridum* ſive *Ludefredum*, quamvis apud Burch. libro 3. cap. 50. hæc verba omiſſa ſint, & *Lantfridus* in veteri libro is Epiſcopus appelletur: omittitur etiam in Panorm. Ivonis lib. 3. tit 4. cap. 1. in qua *Iſidorus Hiſpanenſis, Ludofridus Carbunenſis Epiſcopus*, inepte appellantur: nos ſequimur ſubſcriptiones conciliorum Toletanorum, quamvis nihil videamus, cur non recte is vel *Ludifridus* vel *Lantfridus* Germanis nominibus appellari potuerit. *g Se ſubdere, & ſubeſſe*, vetus Tarrac. *ſe ſubdi, & ſubeſſe*, Barcin. & Cont. *ſe ſubdere* vetus Gregor. *Archipresbyter ſe eſſe ſub Archidiacono*, &c. *ſciat*, Ivo. *Archipresbyter, vero ſe* &c. ut Ivo, Grat. Ut editum eſt, unus ex veteribus Raim. & multi vulgares, & Cont. *Et* pro *Ut* aliquando fuit in eod. Tarrac. veteri. *h Ejuſque præceptis, ſicut Epiſcopi ſui obedire ſciat*, Ivo, & veteres Gratiani libri: *ſciat, ſe obedire*, recentes libri: *& ejus præceptis ſicut ſui Epiſcopi obedire*, Raim. & Cont. Mihi illa delenda videntur, *vel præceptionibus* ex proximis verbis confecta: neque ea ſunt in Tarrac. veteri, in quo eſt, *ejuſque* pro *& ejus*, Cetera ut edidimus. *i Atque ad ejus ſpecialiter*, duo veteres Gratiani libri aptius.

*k* Sic duo veteres Gregor. & Grat. & Ivo, excepto ultimo verbo, pro quo habet *gerere* Ivo, & unus ex veteribus Grat. libris: *in ordine presbyterali poſitos curam agere animarum*, Cont. & alii non recte: *ordinem* pro *ordine* olim fuerat in Tarrac. veteri. *l Eſſe* apud Ivonem deſideratur: *& in Epiſcopi ſui abſentia*, Raim. at Grat. ut Ivo. Tantum in uno veteri eſt *quamdiu* pro *quando*: *abſentiam* pro *abſentia* vetus Tarrac. recte.

*m Ipſe* Raim. & Cont. omittunt: *ipſe vice ejus*. Ivo, & Grat. *n* Sic etiam Raim. & Cont. *& collectas dicat vel*, Ivo, & Gratian. *o Leo IX.* appellatur a quibuſdam ex veteribus libris.

*p Ideo*, vetus Tarrac. *q Miniſterium* pro *myſterium*, vetus Tarrac. Raim. & Cont. aptius; defendi tamen poſſunt edita, cum agatur de ſacroſancto ſacrificio, quod jure myſterium dicitur. Sacerdotes Cardinales hoc loco, non urbis tantum Romæ, ſed quarumcumque aliarum interpretamur primos ſacerdotes, quibus tituli, hoc eſt parochiæ committebantur, ſed hæc olim fuerunt, omittique a Raimundo poterant paucis exceptis.

*r* Vox *per*, in Tarrac. veteri non eſt: *qui ſollemne*, Raim. & Cont.

*s* Hæc omittunt Raim. & Cont. Notatur in libro Romani ordinis nuper edito ſingulis diebus ſingularum regionum clericos miniſtrare Epiſcopo: *erant autem regiones ſeptem, diaconi ſeptem, hypodiaconi ſeptem; feria ſexta regio prima, ſabbato ſecunda, die dominico tertia, feria ſecunda quarta regio &c.*

*t Quapropter*, Barcin. pro *quatenus*: utrumque omittunt Raim. & Cont. *quatenus a ſacroſancta die dominica*, vetus Tarrac. *u* Hæc omiſit Raim. addidit Cont. non ſuo loco. *x Viri* addit Cont. ſunt autem verba Jeremiæ cap. 48. *y Agit* pro *facit*, Contius *Maledictus, qui facit opus domini fraudulenter*, noſtra editio. ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὸ ἔργον κυρίου ἀμελῶς. Sic vides Leonem Pontificem Græca magis, quam Latina verba fuiſſe ſecutum. *z Sui Epiſcopi obtemperando*, vetus Tarrac. aptius. *aa Nec* pro *ne*, vetus Tarrac.

*bb Sed* pro *&* vetus Tarrac. & Barcin. & Cont. Omiſſa autem eſt hæc clauſula a Raim. ſed cur hæc verba, & ſuperiora omiſerit, neſcio; ſunt enim præclara verba, & apte collocata. Contius tamen librarii, ut ſuſpicor, errato præpoſtere utrumque locum attulit. *cc Cuſtodiunt*, pro *cuſtodiant*, vetus Tarrac. *cuſtodiunt juſtitiam, vel ſcientiam*, Barcin. *cuſtodiunt ſcientiam, & juſtitiam*, Cont. Sed Malachias cap. 2. *Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam.* ὅτι χείλη ἱερέως φυλάξεται γνῶσιν.

*dd Ex ora ejus, q. a. d. e. e.* Contius mendoſe. Malachias, *& legem requirent ex ore ejus, quia angelus domini exercituum eſt*: καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. διότι ἄγγελος κυρίου παντοκράτορός ἐστιν. in Græcis verbis pro *domini exercituum, domini omnipotentis* eſt. *ee* Sic etiam Raim. *quæ ab eis in ſacerdotum*, Barcin.

*ff Infirmum*, Barcin. & vetus Tarrac. & Raim. & Cont.

aliis ſacerdotibus, quæ ad purgationem animarum pertinet (*a*), injungere, in præcipuis (*b*) feſtivitatibus, aut ipſe celebrationem miſſæ ſollemniter adimpleat, aut ad oris ſui (*c*) juſſionem, cui committitur (*d*), veneranter peragant (*e*).

## CAPUT III.

*Idem.*

cap. 3. eod. OFficium Archipresbyteri de urbe conſtat, quando ibi (*f*) præſul defuerit, vice ejus officium inchoare, benedictiones presbyterales in eccleſia dare, miſſam, quando voluerit, cantare, vel cui de ſacerdotibus juſſerit. Quando vero Epiſcopus miſſam cantat [*g*], debet præcipere ſacerdotibus, ut induant ſe veſtibus ſacris, qualiter ad miſſam (*h*) procedant. Debet enim præcipere cuſtodi eccleſiæ, ut in ſacrario Euchariſtia Chriſti propter (*i*) infirmos non deſit: debet infirmis providere, & providendo præcipere ſacerdotibus, ne forte ſine confeſſione, vel confirmatione corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti moriantur: confeſſiones vero (*k*) peccatorum eorum, qui a foris veniunt [*l*], recipere cum omnibus ſacerdotibus, & exinde per juſſionem Pontificis (*m*) magnam debet illis adhibere curam. Ad Chriſtianos quoque faciendos, & baptizandos infantes, & ad ſuccurrendum, omnia a ſacerdotibus per juſſionem illius (*n*) fiant.

## CAPUT IV.

*Ex concilio Tibur.* [1]

PRæcipimus, ut unuſquiſque veſtrum ſemper duas hebdomadas, vel tribus diebus dominicis, ſeu feſtis, eorum populum ſibi commiſſum, documentis ſalutiferis ex ſacra ſcriptura ſumptis, in eccleſia poſt lectum evangelium inſtruere ſtudeat, & jubeat, ut nullus de eccleſia exeat, antequam a presbytero, ſeu diacono ultima laus, ideſt, *Benedicamus domino*, dicatur, vel *Ite, miſſa eſt*, pronuntietur.

## CAPUT V.

*Item ex Synodo Ravennæ (o) habita a Joanne Papa XII. & Lamberto † Imperatore.*

UT ſingulæ plebes Archipresbyterum habeant [*p*], propter aſſiduam erga populum Dei curam ſingulis plebibus Archipresbyteros eſſe volumus [*q*], qui non ſolum imperiti vulgi ſollicitudinem gerant, [*r*] verum etiam eorum presbyterorum, qui per minores titulos (2) (*s*) habitant, vitam jugi circumſpectione cuſtodiant (*t*), & qua unuſquiſque induſtria divinum opus exerceat, Epiſcopo ſuo renuntient, nec obtendat (*u*) Epiſcopus non egere plebem Archipresbytero, quaſi ipſe (*x*) eam gubernare valeat, quia etſi valde (*y*) idoneus ſit, decet tamen, ut partiatur onera ſua, & ſicut ipſe matrici præeſt [*z*], ita Archipresbyteri præſint plebibus, ut in nullo titubet eccleſiaſtica ſollicitudo: cuncta tamen ad Epiſcopum referant, nec aliquid contra decretum ejus ordinare præſumant. c. 4. eod. t.

## TITULUS XVII.

## DE OFFICIO PRIMICERII.

## CAPUT I.

*Item ex concilio † Romani ordinis (aa).*

UT Primicerius ſciat ſe eſſe ſub (*bb*) Archidiacono, ſicut & Archipresbyter, ad ejus curam (*cc*) ſpecialiter pertinere, ut præſit in docendo diaconis, vel reliquis gradibus eccleſiaſticis in ordine poſitis, ut ipſe diſciplinæ, & cuſtodiæ inſiſtat, ſicut pro animabus eorum coram Deo rationem eſt redditurus, & ut ipſe diaconibus donet lectiones, quæ ad nocturna officia dicuntur (*dd*), & de ſingulis ſtudium habeat, ut in quacumque re (*ee*) capacem ſenſum habuerint, abſque ulla vacet negli- De off. primic. c. 1.

[1] *forte* Triburien.

(2) alii, *viculos*.

*a* Omittunt hæc Raim. & Cont. non ſine negligentia. *b* *Et* pro *in* olim fuerat in Tarrac. veteri; mox *& in præcipuis*. *c* *Impleat aut ad ſui*, Raimund. & Cont. *per* pro *ad*, Barcinon. Cetera, ut edita ſunt.

*d* *Cui comitetur*, vetus Tarrac. mendoſe, ſcribo, *cui committetur*. *e* Scribe *peragat*, ut Barcin. & vetus Tarracon. & Raimund. licet Contius, *peragat, venerantur*, mendoſe ob librarii flagitium.

*f* Sic veteres Gregor. ſed Cont. & alii, *quando ſibi*, mendoſe. *g* *Canat* olim, mox *canit*, vetus Tarrac. *canit*, Raim. *h* Pro *qualiter & æqualiter*, Barcin. quod non placet, *& qualiter*, veteres Gregor. Cetera, ut edita ſunt. Contius, & alii, *veſtimentis ſacris, & qualiter ad miſſam. Sacris veſtibus* vetus Tarrac. cetera, ut edita ſunt. *i* Vox *Chriſti*, in vet. Tarrac. non eſt. *k* Vox *vero* in editis Gregor. deſideratur, eſt in vet.

*l* *Venerint*, unus ex vet. Gregor. *m* *Per proviſionem Pontificis*. Raim. & Cont. *proviſione Epiſcopi*, vet. Tarr.

*n* *Ad proviſionem illius*, unus ex veter. Gregor. *o* Ante hoc caput in Barcin. eſt caput *Ex concilio Tribuienſi*, quod nos in finem voluminis rejecimus *: poſt ea hoc ex eodem concilio ſumi dicitur. *Idem ex ſynodo Ravenn. habita*, veteres Gregor. & Contius in contextu, ſed in marg. *alias Romæ a Jo. PP. XII. & a Lambert. Imp.* quæ ſi vera ſunt, *Item* ſcribendum eſt, non *Idem*, cum Leo antiquior aliquot ſæculis fuerit Jo. XII. ſed magis arbitror Joannem nonum ſive decimum ſcribendum; is enim ſynodum Ravennæ coegit, & tum vixit Lambertus Widonis Fil. qui pater, & filius, & Reges Italiæ, & Imperatores dicti ſunt. Pro *XII. &*, *In* eſt in vet. Tarrac. *p* Hanc ſuſpicamur eſſe ſummam, ſive titulum totius capitis: ſed Raimundo aliud viſum eſt. *Et* pro *Ut*, vetus Gregor. *q* *Præeſſe*, ſcribendum eſt, non *eſſe*, ex Barcin. & Tarrac. veteri: hæc omnia Raim. & Cont. omiſerunt. *r* *Ferant*, Barcin. *gerat*, duo veteres Gregor. *gerant*, Cont. & alii.

*s* *Eorum*, omittunt Raim. & Cont. *viculos*, vetus Gregor. *titulos*, Cont. & alii utrumque defendi poteſt; ſed *titulos* magis placet quod eſt in vet. Tarrac. *t* *Cuſtodiat*, vetus Gregor. *cuſtodiunt*, Cont. & alii, *cuſtodiant*, unus ex veteribus Gregor. *u* *Renuntiet, nec contendat*, Barcin. ſic etiam vetus Gregor. olim tamen *obtendat*. Cont. & alii ut Barcin. *x* *Quia ſi ipſe*, vetus Gregor. *y* *Et valde*, vetus Tarrac. aliis omiſſis, *etiam ſi* pro *& ſi* unus ex veter. Gregor. *z* Sic etiam vetus Gregor. ſed Cont. & alii, *matrici eccleſiæ præeſt*.

*aa* Scribe *libro* pro *concilio* ex Barcin. ſic etiam eſt in Gregoriana collectione, in qua non recte *Idem* pro *Item* ſcribitur. *Gregorius ex libro Romani ordinis*, vetus Tarrac. *bb* *Se ſubeſſe*, vet. Tarrac.

*cc* Raim. *& ad ejus curam*, quod placet: *& ad eum curam*, vetus Tarrac.

*dd* In Tarracon. recenti vox *dicuntur* recenti manu addita eſt, forte etiam *quæ* vox tolli debet; nam in veteribus Gregorianis utraque omittitur: *diaconis donet lectiones, quæ ad nocturna officia clericorum pertinent*, Cont. alii *diaconibus* ſcribunt: cetera, ut Contius. De hoc officio Primicerii ex epiſt. Iſidori vidend. Ivo parte 6. c. 20. Grat. diſt. 25. c. 1. *Pertinent*, pro *dicuntur* eſt etiam in Tarr. veteri, in quo pro *docet* olim fuerat *doctat*.

*ee* *Hora* pro *re*, vetus Tarrac.

* Nos vero ſuperius Caput *Ex Conc. Triburienſi* ſuo loco collocandum cenſuimus ut cætera quæ ab Auguſtino prætermiſſa atque in finem voluminis rejecta fuerant.

gligentia [a], aut a quo ipſe juſſerit, inſtruendi ſunt (b).

## TITULUS XVIII.
## DE OFFICIO SACRISTÆ.
### CAPUT I.
*Ex concilio [c] Toletano.*

De offic. ſacriſtæ c. 1. UT ſciat ſe ſacriſta ſubjectum (d) Archidiacono, & ad ejus curam pertinere cuſtodiam ſacrorum vaſorum, veſtimentorum eccleſiaſticorum, ſeu totius theſauri eccleſiæ [e], nec non quæ ad luminaria pertinent, ſive in cera (f).

## TITULUS XIX.
## DE OFFICIO CUSTODIS.
### CAPUT I.
*Ex concilio † Romano ordinis (g).*

De offic. cuſtod. c. 1. CUſtos eccleſiæ, cui ea (h), quæ eccleſiæ competunt, cuſtodienda committunt, oportet, ut ſui Archidiaconi juſſioni in cunctis obediat. In canonibus (1) horis (i) ſigna tintinnabulorum pulſanda, ipſo Archidiacono jubente ab eo pulſentur. Pallia vero, vel linteamina, altaria (2) [k], ſeu cuncta utenſilia eccleſiæ indeſinenter cuſtodiat, lampades, & lanternas in accendendo, ſeu in extinguendo (l) pervigil exiſtat; ut ne ſupra [m] modum lucendo oleum depereat, aut minus lucendo obſcurior ſit eccleſia; ſed omnia (n) cum diſcretione agantur, quæ noſcitur (o) mater omnium virtutum eſſe. Si vero is, cui eccleſia cuſtodienda traditur (p), minus idoneus ad hoc peragendum (q) extiterit; ab Archidiacono coerceatur (r), ut ſe emendet. Si autem indomitus permanſerit, Archidiaconus Epiſcopo nuntiando [s] provideat, ut indecente ejecto aptus domui Dei conſtituatur miniſter, ut omnia in laudem, & nomen domini fiant (t): qualiter poſſit Deus [u] in eccleſia placari [x] ab obſervientibus ſibi.

### CAPUT II.
*Idem.*

STudeant ſummopere horas vigilantiſſima cura cuſtodire Catholicæ: & in his divinum officium perſolvere, mox etenim, ut datum fuerit ſignum, feſtinato omnes ad eccleſiam concurrant: quoniam (3) non pompatice, aut incompoſite, aut inhoneſte, ſed cum reverentia, & Dei timore ingrediantur. Sed quoniam aliud eſt ex toto dimittere, aliud pigre occurrere: qui autem tarde ad quodlibet divinum officium occurrerit, dignum eſt, ut cum aliis in choro, ſed omnium ultimi ſedeant, aut certe erubeſcere diſcant, in loco hujuſcemodi negligentius a prælatis conſtituto ſtent. Cuſtodes præterea horarum diſtinctiones bene notent, ut ſ. ſigna certis temporibus pulſent.

### CAPUT III.
*Ex concilio Toletano (y).*

CUſtos vero (z) ſollicitus debet eſſe de omni (aa) ornamento eccleſiæ, & luminariis (bb), ſive incenſo; nec non panem & vinum omni tempore ad miſſam præparatum debet habere: debet etiam per ſingulas (cc) canonicas horas ſignum ex conſenſu Archidiaconi ſonare, ut oblationes, vel decimas, vel eleemoſynas, ſeu decimas [dd] cum ejuſdem conſenſu (ee) abſente Epiſcopo inter fratres dividat (ff). In his tribus eccleſiæ columnis, ut ſancta ſanxit ſynodus, conſiſtere debet alma mater eccleſia, ut ad hoc opus tales ordinentur, quales plus meliores, & ſanctiores eſſe (gg) viderint, ut nulla negligentia in ſancta Dei eccleſia eſſe videatur (hh). Hi tres [ii] Archidiaconus, Archipresbyter, Cuſtos (kk) providi ſimul (ll) juncti (mm), uno animo, peragant (nn), & per- c. 2. eod. t.

[1] alii, *canonicis.* [2] alii, *altarium.* [3] *quam*, forte.

*a* Male *vacent*, ut in Barcin. *habuerit*, *abſque ulla vacet negligentia*, Raim. & Cont. & vet. Tarraq.
*b* *Inſtruantur*, Raim. & Cont. *Inſtruantur*, *inſtituantur*, unus ex veteribus Gregor. *c* *Item ex concilio*, vet. Tarrac. *d* *U. ſciat ſacriſta ſubjectum ſe eſſe*, unus ex veteribus Gregor. non male.
*e* *Eccleſiaſtici*, vetus Tarrac. & Barcin. & Raim. & Cont. Iſidorus de officio theſaurarii. Vidend. apud Grat. diſt. 25. cap. 1. in fine, & Ivo parte 6. cap. 20. decreti. *f* *Sive in oleo*, *ſive in cera*, veteres libri Gregoriani aptius: in antiquiori recenti manu addita ſunt ea verba, *ſive in oleo*, Cont. & alii; *ſive in cera*, *ſive oleo*, in Barcin. *ſive incerto* mendoſe, forte, *ſive incerta* aut *ſive incenſo*, ut cap. 2. tit. 19. *ſive ad ceram pertinent*, Tarrac. vet. *g* Scribe *Ex libro Romani ordinis*, ut Raim. *Item ex libro Rom. ordinis*, vetus Tarrac.
*h* Vox *ea* aliquando in vet. Tarrac. non fuit. *i* Scribendum, *In canonicis horis*, ut eſt in Barcin. & in Gregorianis, & in vet. Tarrac. *k* *Altaris*, Barcin. & vetus Tarrac. & Raim. qui *vero* omiſit.
*l* Vox *in* omittitur in Gregor. *m* Sic veteres Gregor. *ne aut ſupra* Cont. & alii: forte *nec* pro *ne* ſcribendum eſt. Vox *ut* in vet. Tarrac. non eſt, quod placet. *n* *Hæc* pro *ſed*, vetus Tarrac.
*o* *Quæ omnium virtutum mater eſſe cognoſcitur*, vetus Tarrac. *p* Hæc non ſunt in Gregorianis: omiſſa a Raim. & Contio; *traditur cuſtodienda*, vetus Tarrac. *q* *Ad hæc peragenda*, vetus Tarrac.
*r* *Compellatur*, unus ex veter. Gregor. *s* Sic veteres Gregor. *de nuntiando*, Cont. & alii.
*t* *In laudem Dei fiant & curetur*, vetus Tarrac. *in laudem domini fiant*, veteres Gregor. *Dei* Cont. & alii, pro *domini*. Pro verbo *nomen* fortaſſe *honorem* ſcribendum. *u* Hæc clauſula deſideratur in Gregor. etiam apud Contium. *x* *Honorari* &c. Barcin. *laudari a ſervientibus*, vetus Tarrac.
*y* In uno veteri Gregor. eſt *Tolleranenſi*, mendoſe. Ante hoc caput eſt in Barcin. aliud caput, cujus initium STUDEANT; vide in fine hujus voluminis. *Item ex concil. Toletano*, vetus Tarrac.
*z* Vox *vero* a Raimund. omittitur. *aa* Vox *omni* in vet. Tarracon. non eſt.
*bb* *Luminaribus* malo, ut Iſidorus d. cap. 1. diſt. 25. *cc* *Et per ſingulas*, Raim. & Cont. omiſſa verbo *debet*.
*dd* Aut *ſeu decimas*, aut *vel decimas* delenda ſunt; *ut omnes oblationes*, *ſeu eleemoſynas*, *ſeu decimas*, Barcin. & vetus Tarrac. & pro *ut*, Raim. & Cont. cetera ut Barcin. *ee* *Cum ejuſdem tamen conſenſu*, Raim. & Cont. In uno tamen veteri Gregor. ut editum eſt. *ff* *Dividet* Barcin. *gg* *Eſſe* in Barc. & in vet. Tarrac. deſideratur; *plus* recte Raim. omiſit. *hh* *Eſſe* Raim. & Cont. omittunt, ne Tulliani exiſtimentur; *videatur eſſe*, vetus Tarrac. *ii* *Et hi tres*, vetus Tarrac. *kk* *Et cuſtos*, vetus Tarrac. & unus ex veter. Gregor.
*ll* Vox *providi* ab eiſdem omiſſa eſt. *mm* *Conjuncti*, olim in Tarrac. veteri.
*nn* Sic etiam vetus Gregor. *uno animo provide peragant*, Cont. & alii.

& perfecte, & non ſit invidia, nec zelus (*a*) inter illos (*b*).

## TITULUS XX.
## DE OFFICIO VICARII, ET EJUS BENEFICIO (*c*).

### CAPUT I.

*Gregorius Maximo Syracuſano* [*d*].

De præſum. cap. 6. MAndata cæleſtia (*e*) efficacius gerimus, ſi noſtra cum fratribus onera partiamur (*f*): proinde ſuper (*g*) cunctas (*h*) Siciliæ eccleſias te fratrem, & coepiſcopum noſtrum (*i*) vicem ſedis Apoſtolicæ miniſtrare decernimus (*k*): quas s. vices (*l*) non loco, ſed perſonæ tribuimus, quia in te ex tranſacta vita (*m*) didicimus, quid de ſubſequenti (*n*) tua converſatione præſumamus.

### CAPUT II.

*Alexander III. Norwicen. Epiſcopo, & G. Archidiacono* (*o*).

De offic.vic. cap. 1. AD audientiam noſtram pervenit, quod Ug. (*p*) presbyter monachos de Rameſcia (*q*), & Thomam clericum ſuum (*r*) petendo vicariam ſuam eccleſiæ de Burnelia (*s*), a qua xx. annis [*t*] retroceſſit, in diverſis poſtea eccleſiis perſonatum adeptus multipliciter vexare, ac (*u*) fatigare præſumit. Quia igitur non eſt canonicum, ut qui curam animarum in diverſis habet eccleſiis, vicarius fiat in alienis (*x*): d. u. per A. s. pr. m. qua. (*y*) rei veritate plenius inquiſita (*z*), ſi ita eſſe noveritis [*aa*], prædictum presbyterum a petitione ſupradictæ [*bb*] vicariæ deſiſtere ap. & oc. re. diſtrictius (*cc*) compellatis, non obſtantibus (*dd*) litteris, ſi quas tacita veritate per nuntium (*ee*) a nobis impetravit (*ff*). Extirpari etenim debent, quæ de avaritiæ radice procedunt, & canonum contraria ſunt rationi vel ſanctioni (*gg*).

### CAPUT III.

*Alexander III. Elien. Epiſcopo pars c. Conveniens* (*hh*).

PRovideas attentius (*ii*), ne in epiſcopatu tuo patiaris aliquem [*kk*] plures vicarias habere; c. 2. eod. t. c. 4. eod.

*a Vel zelus*, Barcinon. *neque zelus*, vetus Tarrac. & Raim. & Cont.

*b Inter eos*, vetus Tarrac. *c Ejuſque* pro *& ejus*, vetus Tarrac.

*d Maximo Epiſcopo Syracuſano*, Barcin. & vetus Tarrac. Sed ſcribendum eſt, *Maximiano Epiſcopo Syracuſano*, ut lib. 2. epiſt. 4. regiſtri, ſic etiam ſcribendum eſt lib. 2. tit. 16. de præſumptionibus cap. 7. hujus collectionis, ubi in Barcin. eſt *Maximiano Epiſcopo* Raim. & Cont. *Maximo Epiſcopo*, & duo Tarrac. *Maximæ*, tertius.

*e* Sic etiam in regiſtro, & apud Raim. ſed in Barc. tam hoc loco, quam in titulo de præſumpt. *Mandata eccleſiaſtica*, utriuſque ſcripturæ veſtigia exſtant in veteri Tarrac. hic, ſed d. cap. 7. in tribus Tarrac. ut editum eſt.

*f Bona* pro *onera*, vetus Tarrac. & Barcin. tit. de præſumpt. ſed in regiſtro, & apud Raim. ut edidimus, quamvis in vulgaribus libris regiſtri *partimur*, in veteribus *partiamur*: *Bona patimur*, olim in Tarrac. veteri, mox *partiamur*.

*g* Sic in regiſtro, & apud Raim. ſed tit. de præſumpt. in duobus Tarrac. *deinde ſuper*, in Barcin. *immo ſuper*, non recte, forte *Inde ſuper*. ut editum eſt, unus Tarrac. d. cap. 7. *h Omnes*, vetus Tarrac.

*i Meum*, d. tit. de præſumpt. *Reverentiſſimum te mirum Maximianum, fratrem, & coepiſcopum noſtrum*, in regiſtro. Raim. & Cont. *Te* ſolum ediderunt. *k* Sic in veteri regiſtro, in aliis *vices* pro *vicem*. *Vices Apoſtolicas miniſtrare decrevimus* vetus Raimundi Liber. *Vices Apoſtolicæ ſedis miniſtrare decernimus*, Cont. & alii. *Vices* pro *vicem* in uno ex veteribus, cetera, ut edita ſunt. *l.* Ante hæc verba multa ſunt in regiſtro, quæ ad titulum de officio Vicarii quadrare poterant: *Ut quiſquis illic religionis habitu cenſetur, fraternitati tuæ ex noſtra auctoritate ſubjaceat, quatenus eis non ſit poſt hæc neceſſarium pro parvulis ad nos cauſis, tanta maris ſpatia tranſmeando pervenire. Sed ſi quæ fortaſſe difficilia exiſtunt, quæ fraternitatis tuæ judicio nequaquam dirimi poſſint: hæc ſolummodo noſtrum judicium flagitent; ut ſublevati de minimis, in cauſis majoribus efficacius occupemur. Quas videlicet vices* &c. Raim. & Cont. pro his omnibus. *Quas* ediderunt, in Barcin. *S.* deſideratur ſub tit. de præſumpt.

*m* Scribe, *quia ex tranſacta in te vita*, ut ceteri habent; *in te*, in vet. Tarrac. non ſunt.

*n* Sic etiam Raim. & Cont. In regiſtro tamen eſt, *quid etiam de ſubſequenti*. *quod* pro *quid* eſt in uno Tarrac. d. cap. 7. In fine addi poſſet, *Dat. menſe Sept. Indictione decima, Pontificatus anno II.*

*o* Pro *G.* eſt in vet. Tarrac. *Wal.* & in Barcin. *Waltero*: in veteri Gregor. *Gul.* in alio *Saulo*: in aliis, & apud Cont. ut editum eſt. Omnia hæc non ſunt in concil. parte 30. cap. 5. poſt concil. Lateran.

*p Quod H.* Barcin. & concil. *quod Pugil.* vetus Tarrac. *quod W.* vetus Gregor. *quod G.* alter. *quod V.* alii, *quod Hug. V.* Cont. ſcribo, *quod Hug.* *q De Rameſcia*, concil. quod malo. *de Rameſea* Barcin. *de Rameſia*, Raim. alias DUMESIA, Cont. *de Remenſia* unus ex veteribus Gregor. *r* Hæc Raim. & Cont. omittunt. *& clericum ſuper*, Barcin. non recte, *& clericum ſuum T.* concil. *s* Vox *ſua* neque Barcin. neque vetus Tarrac. neque concil. neque Raim. habent. Pro *Burnelia* Barcin. *Burnelie*, concilia *Burnuelle*, Raim. *Burnel.* Tarrac. vetus *Bunde* habent. Pro *petendo* eſt *tenendo* in veter. Tarrac. *t* Sic Raim. & Cont. *XXIX. annis.* concil.

*u* Hæc omittunt Raim. & Cont. *x Ex* pro *in* vetus Tarrac. *Fiat vicarius* &c. concil. *vicarius in alienis exiſtat*, Raim. & Cont. Expeditior ratio erat, adeptione alterius beneficii, prius ſimile amiſiſſe, & hæc ad tit. de renuntiatione aptare, ſive de reſtitutione ſpoliatorum. *y Diſcretioni tuæ* &c. *quatenus*, concil. non recte. *man. quat.* Raim. & Cont. *diſ. u. pr. m. qua.* vetus Tarrac. *z* Hæc omittunt Raim. & Cont. *Diligenter* pro *plenius* in conc. *aa Noveris*, concil. *Si eſt ita*, Raim. & Cont. *bb Prædictæ*, Tarrac. vetus.

*cc* Hæc etiam Raim. & Cont. omittunt. *ap. ceſ. diſtrictius*, Barcin. *appellatione, & occaſione remota diſtrictius*, concil. apertius; *remota* pro *re.* vetus Tarrac. Cetera ut edita ſunt. *dd* Hæc omnia Raim. & Cont. omiſerunt.

*ee Aliquem*, additur in concil. Omnia ſunt omiſſa in vet. Tarrac. *ff Impetraverit*, vetus Tarrac.

*gg* Pro *vel* in Barcin. eſt *S.* forte pro *ſive* ſcriptum: *ſunt contraria ſanctioni*, eſt tantum in concil.

*hh Venientes*, vetus Tarrac. malo *Veniens*, ex parte 39. cap. 5. & 6. poſt concil. Lateran. Ejus partis titulus eſt, *de vicariis monachorum, & aliorum*, licet in eodem cap. additum ſit in marg. *Pars cap.* SECUNDUM, *ſupra ne clericus, vel monachus*: eſt autem id caput 3. partis 27. & in Gregoriana collectione cap. 6. tit. ne clerici, vel monachi &c. ſub aliena inſcriptione *ad Epiſcopum London.* cum hoc caput ſit apud Raim, & in conciliis *ad Epiſcopum Elienſem*, Apud Contium *P. C.* additur poſt ea verba, *Elienſi Epiſcopo*, quibus ſignificatur *Pars capituli*, ſed initium deſideratur ſive operarum errato, ſive ſcriptor. negligentia. Si quis primam clauſulam hujus reſcripti habere deſiderat, ex libro conciliorum repetere poteſt, ſed ut curioſis ſatis fiat; hoc ejus capitis principium fuit: *Veniens ad nos P. rector eccleſiæ de Geſtan. ſua nobis inſinuatione propoſuit, quod ipſe Joanni de Feſcam, (ſive* HOCHAM, *) qui multos habet eccleſiaſticos redditus, & vicarias in eccleſiis pluribus vicariam de Geſtun.* (1) *ſub annua trium marcarum penſione conceſſit; cum redditus illius vicariæ quattuor marcas valeant annuatim* &c. (1) Geſtan.

*ii* Sic etiam Raim. *Provideas autem attentius.* in concil. cap. 5. d. partis 39. *kk Patiaris quemlibet* conc. *ſupra.*

bere; quia cum vicarii teneantur eccleſiis & perſonis (*a*) deſervire, alienum eſt (*b*) ab ordine vicarii (*c*), ut vicariam (*d*) habeat quis præter unam.

CAPUT IV.

*Idem Witon.* (*e*) *Epiſcopo pars c. Quamvis ſimus* (*f*).

c. 3. eod. t. AD hæc ſi perſona [*g*] alicujus eccleſiæ vicario, quem in eadem eccleſia inſtituit (*h*), de aſſenſu, & auctoritate diœceſani Epiſcopi certam aſſignaverit portionem (*i*), is, qui perſona illa defuncta in perſonatum illius ſubſtituitur eccleſiæ [*k*], non poteſt ab eccleſia eundem vicarium removere [*l*], vel aſſignatam ſibi minuere portionem, niſi aliquid committat (*m*), propter quod per judicem in vicaria, vel beneficio ſit condemnandus (*n*).

CAPUT V.

*Idem Norwicen.* (*o*) *Epiſcopo pars c. Significavit* (*p*).

c. 4. eod. CLericos (*q*) in presbyteratu, vel in aliis inferioribus [*r*] ordinibus conſtitutos (*s*) in vicariis eccleſiarum (*t*), quas adepti ſunt, ſubſtituere (*u*) non permittas; cum id ſit ſatis abſonum, & abſurdum, & rationi contrarium [*x*].

TITULUS XXI.

## DE OFFICIO ET POTESTATE JUDICIS DELEGATI.

CAPUT I.

*Alexander III. Lundon. Epiſc.* (*y*).

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 7. c. 1. CUM tibi ſit de benignitate ſedis Apoſtolicæ indultum, ut cauſas [*z*], quas de mandato noſtro ſuſcipis terminandas, liceat tibi perſonis aliis uni, vel pluribus delegare, ſed ab his, quibus cauſa per te fuerit commiſſa (*aa*), fas ſit litigantibus appellare, & ſi eadem cauſa (*bb*) tibi fuerit a nobis commiſſa ap. re. (*cc*) accidit interdum, ſicut tu aſſeris, quod cauſam, quam tibi commiſimus ap. poſtpoſita terminandam, aliorum [*dd*] experientiæ committis audiendam [*ee*], & appellationem alter litigantium ad tuam, alter ad noſtram audientiam interponat [*ff*]. Conſult. t. t. reſpondemus (*gg*), quod ei appellationi, quæ ad nos interponitur, eſt omnino deferendum, licet fuerit ap. remota commiſſa.

CAPUT II.

*Idem* (*hh*).

QUia quæſitum eſt a nobis ex parte tua (*ii*) quid faciendum ſit de poteſtatibus, quæ cum præcipimus alicui juſtitiam exhiberi de his, quos diligunt, aut tueri volunt (*kk*) minis, aut terroribus ſuis (*ll*) conquerentes ſilere compellunt, & ſic mandatum noſtrum eluditur [*mm*]. Id tibi (*nn*) reſpondemus, quod ſicut agentes, & conſentientes pari pœna ſcripturæ teſtimonio puniuntur; ſic tam eos, qui trahuntur in cauſa (*oo*), quam principales eorum fautores, ſi eos manifeſte cognoveris, juſtitiam impedire, cenſura eccleſiaſtica (*pp*) poteris coercere. De offic. deleg. c. 1.

CA-

*a Eccleſiis & propriis perſonis*, concil. *perſonis*, *& eccleſiis*, Raim. & Cont. neutrum placet.

*b* Vox *eſt* in Tarrac. vet. omittitur. *c Ab ordine juris*, concil. & Raim. fortaſſe rectius; *ab officio*, vel *a nomine vicarii* magis placeret. Notum eſt carmen poetæ neſcio cujus non inelegans: *Eſſe ſat eſt ſervum, jam nolo vicarius eſſe*: & illud Chriſti, *Nemo poteſt duobus dominis ſervire.* PETIS *alias* JURIS, vetus Tarrac. pro *vicarii.*

*d Ne* pro *ut* Tarrac. vetus, quod nondum placuit. *e Victori* Tarrac. vetus. *Wand.* vetus Gregor. *Vintonien.* concil. & Cont. & alii: *Wigornienſi*, alter minus vetus Gregor. *f* Hæc omittunt Raim. & Cont. Integram clauſulam videbis tit. prox. cap. 7. *g* Cap. 2. dictæ partis 39. SI PERSONA. Morem eſſe Anglorum ferunt perſonas appellare, quos alii parochos, ſive titulares dicunt, veteres *Cardinales*: ſic ordinarios ſervos a vicariis Romani diſtinxerunt. *h* Sic Raim. & Cont. *conſtituit* concil. *i Aſſignavit portionem*, concil. omiſſa voce *certam.* *k* Vox *eccleſiæ* a Raim. & Contio omittitur; *illius eccleſiæ ſucceſſit*, concil.

*l Eundem* in concil. non eſt; *vicarium* omittunt Raim. & Cont. *m Committeret*, concil.

*n Eſſet* pro *ſit* concil. *o Norvig.* vetus Tarrac. *p* Hoc etiam omittunt Raim. & Cont. neque etiam in concil. eſt d. parte 39. cap. 3. Nondum autem initium hujus epiſtulæ invenimus ad Norwicenſem Epiſcopum. Fortaſſe ſcribendum eſt *ſignificaſti* pro *ſignificavit*; eſt enim hoc initio caput 9. tituli proximi ad eundem Epiſcopum. *q Clericos autem vel*, concil. Sed Raim. & Cont. ut editum eſt.

*r Minoribus*, concil. *in* omittit vetus Gregor. Sed Contius, & alii, ut editum eſt.

*s Poſitos*, vetus Tarrac. *t* Sic etiam Raim. & Cont. Vox *eccleſiarum*, in concil. non eſt.

*u Alios ſubſtituere* Barcin. & vetus Tarrac. & concil. *Alios ſibi ſubſtituere*, Raim. & Cont.

*x Et contrarium rationi*. Contius addidit *ut* a Raim. omiſſa; *& omni rationi contrarium* concil.

*y Lug. Epiſcopo*, vetus Tarrac. *Londonienſi epiſcopo*, parte 7. cap. 1. poſt concil. Later. eſt autem ejus partis hic titulus: *De poteſtate judicum delegatorum*, *& de variis litteris diverſis temporibus impetratis.* A Londino in Britannia Londinenſem Epiſcopum dicendum eſſe ſuſpicor; ſed qui *Londonium*, ſive *Lundoniam* dicebant, Londonienſem, ſive Lundonienſem Epiſcopum dicere poterant: extat *Lundoniæ* vox apud Gregor. lib. 12. epiſt. ſive cap. 15. regiſtri, ex quo eſt cap. 1. de majorit. & obed. *z* Sic etiam in concil. *ut omnes cauſas*, Barcin.

*aa Cauſa fuit per te commiſſa*, concil. quod non æque placet: *fuerit cauſa per te commiſſa*, vet. Tarrac.

*bb Ea cauſa*, vetus Tarrac. *cc Appellatione ceſſante commiſſa* concil. *dd Etiam aliorum*, vetus Tarrac.

*ee Terminandam*, Tarrac. vetus. *ff* Addo *&c. & infra*, nam nondum quæſtio conſcripta eſt. Vide caput 7. de appell. in Gregor. collectione. Verbum *interponat*, in Tarrac. veteri deſideratur.

*gg Conſultationi tuæ reſpondemus* Barcin. & concil. *Super quo conſultationi t. t. reſpond.* vetus Tarracon.

*hh Bathonenſi Epiſcopo*, d. parte 7. cap. 2. *London. Epiſcopo*, Raim. & Cont.

*ii* Hæc Raim. & Cont. omittunt, ſunt in concil. *Nobis* pro *a nobis*, vetus Tarrac.

*kk* Hæc itidem ſunt in concil. & omittuntur ab eiſdem. *ll Et* pro *aut*, concil. *Aut*, veteres Gregor. Cont. & alii; ac *ſuis* omittunt Raim. & Cont.

*mm* ELIDITUR, *alias* ELUDITUR vetus Gregor. ſed Cont. & alii, ut editum eſt: *& mandatum noſtrum eludunt*, concil. *nn* Sic etiam in concil. *Sic tibi*, Raim. & Cont.

*oo In cauſam*, rectius concil. & Raim. *pp* Sic etiam in concil. *Diſtrictione eccleſiaſtica*, Raim. & Cont.

UNED

### CAPUT III.

*Idem Eboracen. Epiſcopo (a), pars c. Inter ceteras [b].*

cap. 2. eod. t. SAne ſi nobis [c] ſuper aliqua cauſa (d) litteræ prius impetrentur [e], & aliæ poſtea non facta mentione priorum litterarum litteræ opponuntur (f), ſi judicibus innotuerint (g), donec Romanum Pontificem conſulant, & ſuam exinde plenius cognoſcant veritatem (h), executioni litterarum debent penitus ſuperſedere [i], ne pro varietate [k] litterarum cauſarum valeant fines impediri. Item cum aliqua cauſa (l) ap. re. (m) committitur, & ſententia fertur iniqua, eam evacuari (n) oportet; nec ei debet ſtari (o), ſi manifeſtam continet iniquitatem [p].

### CAPUT IV.

*Idem London. Epiſcopo (q).*

cap. 3. eod. SI pro debilitate, vel pro aliqua (r) gravi neceſſitate [s] tractandis cauſis, quæ tibi ab Apoſtolica ſede committuntur, intereſſe non poteris (t), liberum tibi ſit perſonis diſcretis, & idoneis [u] vices tuas committere; ita quod (x) ſi res tanti eſt, te conſulere debeant, niſi forte cauſæ ita graves ſint, quod ſine præſentia tua non poſſint commode terminari [y].



### CAPUT V.

*Idem Willelmo Can. electo (z).*

DE cauſis, quæ in certum (aa) terminum decidendæ committuntur, hoc tuam volumus cognitionem (bb) tenere; quod niſi dies ab Apoſtolico (cc) præfixus de communi conſenſu partium [dd] prorogetur, eo tranſacto mandatum expirat. Illis etiam (ee), qui pro cauſis tibi commiſſis ad citationem tuam venire, aut tuo ſuper his judicio parere neglexerint [ff], ſi tale fuerit negotium [gg], quod certa exinde pœna canonibus (hh) exprimatur, eam infligas (ii); alioquin ipſos pro delicti qualitate, & cauſæ, ſecundum tuum arbitrium punias (kk). c. 4. eod. t.

### CAPUT VI.

*Idem Archiepiſcopo Sen. (ll) Sicut Romana. & infra (mm).*

PRæterea ſuper hoc, quod nos conſulere voluiſti, utrum liceat judici delegato non ordinario ſine litteris commiſſoriis (nn) exigere contumacem [oo], ut veniat, vel damnare, ſi non venerit (pp), hoc tibi præſentium auctoritate innoteſcat, quod poſtquam ei cauſa (qq) cap. 5. eod.

licet

*a* Scribo *Archiepiſcopo*, ut in concil. d. parte 7. cap. 3. & parte 36. cap. 5. & parte 41. cap. 7. *Eboren. Archiepiſcopo*, Barcin. *Bonon. Epiſcopo*, Raim. & Contius non recte, ſed cap. 9. de ſentent. & re judicata, *Ebovacen. Archiepiſcopo*. *b* Sic etiam, Cont. Eſt autem, ut ſuſpicor cap. 4. de reſcriptis in hac, & in Gregor. quod eſt cap. 1. d. partis 41. Confirmantur hæc verbis capitis 9. de ſent. & re jud. in Gregor. & 17. tit. de appellat. hujus collectionis. *c Si a nobis*, vetus Tarrac. *d* Hæc non ſunt parte 7. cap. 3. in concil. ſed parte 41. cap. 7. ſunt & habent Raim. & Cont. *e* Sic utrubique in concil. *litteræ impetrentur*, vetus Gregor. *litteræ impetrantur*, Contius & alii. *f Litteræ obiiciantur*, Barcin. *litteræ impetrentur*, d. parte 7. *litteræ obtinentur*, d. parte 41. & in veteri Gregor. ſed Cont. & alii, ut editum eſt.

*g Innotuit*, d. parte 7. *innotuerit*, d. parte 41. & Raim. & Cont. quod malo. *h Voluntatem* ſcribendum eſt, ut habent omnes, Barcin. concilia, & Raim. & Cont. *recognoſcant voluntatem*, d. parte 7. non recte.

*i Executione*, in concil. pro *executioni*. Cetera, ut edita ſunt: *executioni ſuperſedeant utrarumque*, Raim. & Cont.

*k* Sic Raim. & concil. parte 7. ſed parte 41. alias *ne præ varietate*. *l* Hæc Raim. cap. 9. de ſent. & re jud. non ſunt in conciliis parte 41. ſed pro his parte 7. cap. 3. Aliena quædam adiiciuntur ex jure civili, quorum initium eſt: *Et hoc jubemus obſervari ab omni adminiſtratore* &c. mox cap. 4. *Idem. Cum aliqua cauſa* &c. & parte 36. cap. 5. *Idem Eboracenſi Archiepiſcopo. Cum aliqua* &c. ut editum eſt cap. 17. de app. in hac coll.

*n* Vox *Papæ* in concil. deſideratur: fuit autem is Lucius Tertius, cujus fuerat caput proximum de hac ipſa quæſtione: & de eadem re exſtat Gregorii octavi æquiſſima conſtitutio ſub titulo de reſcriptis cap. 7. in 2. collectione, quæ a Raimundo omiſſa eſt. Ex eis elicimus Alexandro Tertio Lucium III. ſucceſſiſſe, Lucio Gregorium octavum. *o Judices delegavit*, concil. *p* Sic etiam in conc. *inq. tuæ* Raim. & Cont. non recte, cum duobus hæc ſcribantur. *q Procedere*, vetus Tarrac. *r* Hæc Raim. & Cont. omittunt.

*s* Vox *vero* in concil. non eſt. *t* Scribendum *caſu videtur*, ut in marg. eſt: ſic etiam in Barcin. & in vet. Tarrac. & in concil. & apud Raim. & Contium. Hæc autem ſecunda quæſtio ad tit. de appellationibus pertinebat. Vide etiam cap. 25. de teſtibus & atteſtat. *u Appellaverat*, concil. & vetus Tarrac. In fine eſt in eod. Tarrac. *Dat. Veronæ VI. kal. Julii.*

*x* Vox *Epiſcopi* eſt in ſolo Tarrac. recenti, non in veteri, neque in Barcin. neque in Gregoriana collectione.

*y* Sic in concil. parte 44. cap. 3. ſed parte 50. cap. 66. *B. ven. fr. n.* at Raim. omnia hæc omiſit, & Contius tantum addidit, *fr. n.* Vox *noſtrum* in veter. Tarrac. non eſt. *z Metropolitico*, in concil. *metropol.* ſive *metropolit.* Raim. & Cont. *metropolitico* in uno ex veter. Gregor. *aa* Hæc uſque ad illa, *ſane licet*, a Raim. omiſſa addidit Cont. ſunt etiam in conc. *bb Ut* pro *ſicut*, vetus Tarrac. *cc* Sic etiam d. cap. 66. in concil. *præſumpſerunt*, d. cap. 3. partis 44. *præſumit*, Cont. non recte: *aſſerere præſumunt*, vetus Tarrac.

*dd Sive delegationis*, vetus Tarr. quod nondum placuit. *ee* Hæc etiam Contius omiſit: *niſi per app. ad ipſum deferatur*, in concil. part. 44. *niſi per app. factam ad ipſum*, parte 50. omiſſo verbo *perferatur*. *Referatur* pro *perferatur* vetus Tarrac. cetera, ut edidimus. *ff Metropolitico*, concil. aptius: *ſane licet forte metropolitico*, d. cap. 66. *ſane licet idem Archiepiſcopus metropolico*, Raim. & Cont. *metropolico* unus ex veteribus Gregor. *metropolico* in vet. Tarrac. olim, mox *metropolitico*, & verborum ordo alius eſt: *licet audire metropolico jure*, verbum *audire* olim deſiderabatur, vel potius ſcriptum poſtea fuerat poſt verbum *referatur*.

*gg Cauſas* Raim. & Cont. ſed in conc. utrubique ut editum eſt. *hh Deferantur*, Barcin. & Raim. & Cont. *referatur*, *audire*, vetus Tarrac. *ii* Hæc omnia Raim. & Cont. omittunt; vocem *eccleſiaſticas* Barcin. non habet, cetera habet; *cauſas, quæ de ipſis Epiſcopatibus*, d. parte 44. omiſſo verbo *eccleſiaſticas*: at parte 50. ut in Barc.

*kk Perveniunt*, vetus Tarrac. & d. cap. 66. *quæ de ipſis Epiſcopat. per appellationem, vel per aliquam querimoniam perveniunt*, d. parte 44. *quæ per app. vel querimoniam perveniunt*, Raim. & Cont. *quæ appellatione, vel querimonia aliquorum proveniunt*, Barcin. *ll* Sic d. parte 50. ſed parte 44. *gerere probatur*: at ut editum eſt Raim. & Cont. *agere comprobatur*, veter. Tarr. *mm* Hæc ad finem uſque omittunt Raim. & Cont. *Mandamus itaque vobis, atque præcipimus quatenus* d. cap. 66. pro *vobis* eſt *venerabilitati veſtræ* d. parte 44. ſed malo, *univerſitati veſtræ*: oritur varietas, ex *u.* vel *u. u. Mandamus itaque vobis, atque præcipimus, ut*, vetus Tarrac.

*nn Referuntur*, vetus Tarrac. *oo Et non* pro *nec*, Tarr. vetus. *pp* Sic d. parte 44. *de cetero deterrere*, d. parte 50. *detinere*, Barcin. *terrere*, vetus Tarrac. *qq Cauſas ſuas*, conc. utrubique. *rr Si voluerint, poſſint* tranſ-

## TITULUS XXIII.

## DE OFFICIO, ET POTESTATE PRÆLATI, ET JUDICIS ORDINARII (*a*).

### CAPUT I.

*Ex ſynodo Joannis Papæ.*

De offic. judic. ordin. cap. 1.

PErnicioſa &c. & infra (*b*). Habeant igitur Epiſcopi ſingularum urbium ſua in diœceſi [*c*] liberam poteſtatem adulterina ſcelera [*d*] inquirere, ulciſci, & judicare, ſecundum quod canones cenſent abſque impedimento alicujus, & cum opus fuerit, publicum convocent (*e*), non ad præjudicandum, ſed potius ea, quæ Deo placita ſunt, ad cuſtodiendum (*f*).

### CAPUT II.

*Alexander III. Rotomagen. Archiepiſc.*

Non ponitur.

QUæſitum eſt a nobis ex parte tua; utrum liceat tibi eos, qui ab Epiſcopis ſuffraganeis tuis ſunt excommunicatione innodati, & ad audientiam [*g*] tuam appellant, abſolvere, antequam tuo ſtent judicio. Inquiſitioni tuæ præſentibus litteris duximus reſpondendum, quod ſi poſt appellationem in eos ſit [*h*] excommunicatio promulgata, abſolutione non indigent, cum ſententia poſt appellationem excommunicare poſſit. Si vero ante appellationem excommunicati ſunt, ante ingreſſum cauſæ, recepto ab eis ſacramento ſecundum eccleſiæ conſuetudinem debes ipſos abſolvere, niſi Epiſcopo, a quo excommunicati ſunt, in hac parte deferre volueris, & eos ad ipſum abſolvendos remittere. Cum autem a te vel ab Epiſcopo fuerint abſoluti, cauſam audire, & ſine debito terminare poteris (*i*), quia nec excommunicati ante abſolutionem ſuam (*k*) in cauſa ſunt audiendi, nec ad eos, a quibus appellatum eſt, debent remitti.

Refertur c. 40. *Per tuas.* de ſent. exc.

### CAPUT III.

*Idem Flor. Epiſcopo (l).*

CUM ab eccleſiarum prælatis eccleſiaſtica ſententia in malefactores aliquos promulgatur, rata debet, & firma conſiſtere, & uſque ad dignam ſatisfactionem inviolabiter obſervari [*m*]: quapropter d. u. per A. s. (*n*) m. qua. ſi quando (*o*) dilectus filius noſter Lan. (*p*) plebanus Sancti Pancratii de Lucar. (*q*) in clericos vel laicos (*r*) parochianos ſuos interdicti (*s*) vel excommunicationis ſententiam rationabiliter tulerit, ipſam faciatis inviolabiliter obſervari (*t*), & eam (*u*) ſine congrua ſatisfactione, & abſque conſcientia ejuſdem Plebani nullatenus relaxetis (*x*).

c. 3. hoc t.

### CAPUT IV.

*Idem Gen. Epiſcopo (y).*

NOS inter alios præminemus (*z*) ſuperna (1) (*aa*) licet immeriti dignitate, ut quæ dubia ſunt, debeamus declarare, & ſingulorum conſultationibus, quantum nobis dominus miniſtraverit, ſollicite reſpondere, ut quæſtiones ſub examine Rom. eccleſiæ terminentur, quæ inter alias eccleſias, diſponente domino, obtinet principatum: unde quia nos tua duxit fraternitas conſulendos [*bb*], utrum Epiſcopus parochianum ſuum publica fama eum accuſante (*cc*) ad purgationem cogere poſſit (*dd*), conſultationi tuæ taliter reſpondemus; quod ſi de hoc crimine (*ee*) publica laborat infamia, accuſatore, & teſtibus deficientibus ad purgationem per diœceſanum Epiſcopum eſt (*ff*) compellendus, niſi forte ſuper ipſo (*gg*) ad ſuperiorem judicem duxerit appellandum: ſane ſi appellaverit, ejus parebit judicio, ad cujus examen cauſam voluerit (*hh*) per appellationem transferre.

De purgat. can. c. 6. e. tit. & *infra* cap. 7.



(1) *ſuprema.*

*transferre*, d. cap. 66. ſed parte 44. ut editum eſt, mutato ordine duorum poſtremorum verborum *transferre poſſit.*

*a Prælati*, & deſideratur in Barcin. neque Raim. & Cont. habent.

*b* Hæc non ſunt in Barcin. *&c.* omittunt Raim. & Cont. *Pernicioſam*, duo veteres Gregor. & alii recentes. *Pernicioſa*, Cont. ut editum eſt, infra cap. 4. de adulterijs in hac collectione. Cetera verba nondum reperi.

*c In ſua diœceſi*, d. cap. 4. & vetus Tarrac. *in ſuis diœceſ.* Raim. *d Adulteria & ſcelera*, d. cap. 4. & vetus Tarrac. & Raim. & Cont. ſed nihil muto. *e Auxilium* addunt Raim. & Cont. *populum convocent*, d. cap. 4. quod malo; *publice* pro *publicum*, vetus Tarrac. *f Ad ea, quæ Deo placita ſunt, proſequendum*, d. cap. 4. & Raim. & Cont. & Tarrac. vetus, excepta voce *proſequendum*, pro qua eſt, *perſequendum.*

*g Et ob hoc ad audientiam*, Barcin. quod placet. *h Fuerit* pro *ſit*, vetus Tarrac.

*i Cauſam audire debes* &c. vetus Tarrac. omiſſo verbo *poteris.* *k* Vox *ſuam* in Barcin. non eſt.

*l Floren. Epiſcopo*, Raim. & Cont. *Idem*, Barcin. & in concil. parte 31. cap. 7. cui proximum caput Gelaſii eſſe dicitur. Ego ſuſpicor duobus vel pluribus ſcriptum eſſe ex his, quæ infra ſcripta ſunt: *Florentino Epiſcopo*, unus ex veteribus Gregor. *m* Sic etiam Raim. & Cont. *inviolabiliter obſervetur*, concil.

*n* Hæc omittunt Raim. & Cont. *diſcretioni tuæ* &c. in concil. *diſ. veſtræ per A. ſ. p.* vetus Tarr.

*o Si quandoque* unus ex veter. Gregor. *p Lan.* in Barcin. non eſt: *jam dilectus filius noſter*, concil. Forte *Lam.* pro *jam* ſcribendum; hæc omnia Raim. & Cont. omiſerunt. *q De Ludane*, Barcin. pro *de Lucar.* neutra in concil. ſunt, neque ea habent Raim. & Cont. qui *P.* pro *Pancratii* ſcribunt: ſed in uno ex veteribus aperte *Pancratii* eſt: *de Lucar.* in veter. Tarracon. non ſunt. *r* Sic etiam Raim. & Cont. *vel in laicos*, concil. *vel Lyſos*, vet. Tarrac. mendoſe. *s Suos interdum interdicti*, concil. ut editum eſt Raim. & Cont. Vox *interdum* ex verbo *interd.* proximo ſumptum videtur. *t Facias* pro *faciatis*, Raim. & Cont. *præcipias obſervari*, concil. ceteris omiſſis: *ipſas* pro *ipſam*, unus ex vet. Gregor. *u Nec eam*, concil. *& eam*, Raim. & Cont.

*x Non relaxes*, Raim. & Cont. *aliqua ratione relaxes*, concil. *y Alex. Eurien. Epiſcopo*, cap. 7. de purgat. canonica in hac collectione, utrumque mendoſum exiſtimamus. *Alexander III.* Raim. & Cont. *Idem Genuenſi Archiepiſcopo*, vetus Tarrac. *z* Omiſſa ſunt multa a Raim. & Contio. *Ideo* pro *Nos*, d. cap. 7. alias, *Nos ideo*: hoc poſtremum magis placet: pro *alios* in Barcin. *Apoſtolos* ſcriptum eſt, quod nondum probavi.

*aa Alias* SUPREMA, Tarrac. recens: *ſupprema*, Barcin. *ſuprema* d. cap. 7. & vetus Tarrac.

*bb Tua fraternitas conſulere voluit*, d. cap. 7. & Barcin. & vetus Tarrac. & Raim. & Cont.

*cc* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in d. cap. 7. *dd Eum cogere poſſit*, vetus Tarrac.

*ee Aliquo* pro *hoc*, Barcinon. & vet. Tarracon. & d. cap. 7. & Raimund. & Contius.

*ff Eſt per diœceſ. Epiſcopum*, d. cap. 7. *eſt per ipſum Epiſcopum*, Raim. & Cont. in uno ex veteribus Gregor. non eſt *Epiſcopum. Per Epiſcopum dioceſianum eſt*, vetus Tarracon. *gg* Sic Raim. & Cont. *ſuper ipſa cauſa*, d. cap. 7. aptius. *hh Cauſam voluit*, d. cap. 7. ut editum eſt, Raimund. & Contius.

## CAPUT V.

*Idem Cant. Archiepiſc. & ejus ſuffraganeis (a).*

De offic. jud.ord. c.4. CUM vos [b] plerumque oporteat ordinationem eccleſiarum differre (c): pro eo, quod quandoque perſonæ vobis minus [d] idoneæ præſentantur (e), aut interdum inter vos (f), & præſentatores perſonarum (g) alia de cauſa (h) diſſenſio (1) emerſerit (i), providendum eſt vobis (k) ne occaſione [l] hujus diſſenſionis, & ſcandali (m), interim fructus illarum eccleſiarum (n) depereant, aut eis [o] in ſpiritualibus gravia proveniant detrimenta. Inde eſt, quod f. u. per A. s. pr. m. (p) qua. ſi quando in illis (q) vacantibus eccleſiis, in quibus eccleſiaſtica perſona præſentationem (r) non habet, vel quia perſonæ minus idoneæ vobis præſentantur (s), vel alia de cauſa de jure perſonas non poteritis [t] inſtituere, in eccleſiis ap. ces. ponatis œconomos (u), qui debeant eccleſiarum fructus (x) percipere, & eos aut in perſonarum utilitatem [y] expendere, aut futuris perſonis eos fideliter reſervare [z].

## CAPUT VI.

*Eugenius Papa (aa).*

c. 2. eod. t. SI ſacerdos ſciat pro certo aliquem eſſe reum alicujus criminis, vel ſi confeſſus (bb) fuerit, & emendare noluerit, niſi judiciario ordine quis probare poſſit (cc), non debet eum nominatim arguere (dd), ſed indeterminate (ee), ſicut unus (ff) veſtrum me traditurus eſt (gg). Sed ſi ille [hh], cui damnum illatum eſt, petierit juſtitiam, poteſt excommunicare auctorem damni (ii), licet ei confeſſus ſit, ſed tamen [kk] non nominatim poteſt eum [ll] removere a communione [mm]; licet ſciat eum eſſe reum (nn), quia non ut judex ſcit, ſed ut Deus, ſed debet eum admonere, ne ſe ingerat, quia nec Chriſtus (oo) Judam removit [pp] a communione.

## CAPUT VII.

*Alexander III. Cant. Archiepiſcopo (qq).*

cap. 5. eod. EX parte tua nobis (rr) conſtanti aſſertione propoſitum eſt [ſſ], quod interdum quidam pro certis cauſis excommunicati, ſedem Apoſtolicam viſitant, & reticentes cauſas, pro quibus ſunt vinculo excommunicationis aſtricti, de abſolutione litteras (tt) deferunt, continentes eos ad Apoſtolicam ſedem acceſſiſſe, & auditis confeſſionibus ſuis abſolutionis beneficium meruiſſe. Unde, quia nos conſulere voluiſti: utrum illa abſolutio [uu] teneat, ſi occultatis (xx) exceſſibus, pro quibus excommunicati fuerant (yy), abſolutionis beneficium meruerunt (zz), ſive excommunicationis

(1) alii, *radix diſſenſionis.*

*a* Hæc in conc. deſiderantur, parte 15. c. 21. ſub titulo de jure Patronatus, & clericorum inſtitutionibus non male. Raim. & Cont. ut editum eſt. *b Nos* pro *vos* in concil. mendoſe. *Cum plerumque vos* vetus Tarrac.
*c Oporteat ordinationes differre eccleſiarum*, Barcin. *ordinationes clericorum oporteat differre*, concil. ut editum eſt Raim. & Cont. in uno tamen veteri Gregor. eſt *ordinationes* pro *ordinationem.* *d* Sic Raim. & Cont. *vel minus* Barcin. *minus* concil. omiſſo *vobis*: eadem vox in Tarrac. veteri aliquando aberat.
*e Repræſentantur*, vetus Tarracon. *f Nos* concil. *aut dum inter vos*, Barcin. *aut inter vos* Raim. & Cont. & vetus Tarrac. *g* Vox *perſonarum* omittitur a Raim. & Cont. eſt in concil.
*h Aliqua* pro *alia*, unus ex veteribus Gregor. ut editum eſt concil. & Raim. & Contius.
*i* Alias *radix diſſenſionis* pro *diſſenſio*, Tarrac. recens: *radix diſſenſionis emergit*, Barcin. *radix diſſen. emerſerit* concil. & Raim. & Cont. *emergat* unus ex veteribus Gregor. *radix diſſenſionis interdum aliqua emergit*, vetus Tarrac.
*k* Hæc omiſſa a Raim. addidit Contius, qui edidit, *providendum nobis eſt*, ut eſt in Tarrac. veteri: ſed in concil. nec *vobis*, nec *nobis* eſt. *l* Sic in concil. & apud Cont. *Ne ſub occaſione*, Barcinon.
*m* Sic etiam Cont. *hujus ſcandali*, concil. *n* Sic etiam Cont. *aut fructus eccleſiis*, concil. ſed in priore editione *eccleſiæ*, in poſteriore *eccleſiis.* *o Aut ejus parochianis*, Cont. ut editum eſt in concil.
*p Fraternitati tuæ* &c. concil. *fraternitati veſtræ mandamus*, Raim. & Cont. *q* Vox *illis* omiſſa eſt a Raim. & Cont. eſt in concil. *r Repræſentationem*, Barcin. *s Vobis* omittunt Raim. & Cont. mendoſe: *præſentatur* pro *præſentantur*, Cont. ut editum eſt in concil. *t Non poteris*, concil. & vetus Tarrac. *non potueritis in eis*, Raim. & Cont. *non poteris inſtituere, in eis*, unus ex veteribus Gregor. *u In eccleſiis ipſis contradictione, & appellatione ceſſante ponatis œconomos*, concil. *appellatione remota ponatis œconomos*, Raim. & Cont. *in eis app. ceſſante ponatis oeconomos*, unus ex veteribus Gregor. *x Qui debent redditus eccleſiarum*, concil. *qui debeant fructus*, Raim. & Cont. *y Eccleſiarum* rectius pro *perſonarum*, concil. & Raim. *ipſarum*, unus Tarrac. in quo vox *aut* deſideratur. *z Eos* omittunt Raim. & Cont. idem quoque omiſſum eſt in concil. & in duobus Tarrac. & pro *reſervare*, *obſervare* habent concil. *utiliter, & fideliter reſervare*, vetus Tarrac.
*aa* Sic etiam Raim. & Cont. qui in margine ſcripſit *Auguſtinus*, quod nomen eſt in Barcin. & in uno Tarrac. at in conc. part. 50. c. 55. *Idem* ( Alex. III.) *Norwicenſi Epiſcopo.* Utrum verius ſit, incertum eſt.
*bb Si* omittit vetus Tarracon. *& confeſſus*, unus ex veter. Gregor. *cc Poſſet* vetus Gregor. *poterit*, alter.
*dd Redarguere*, concil. & Tarrac. vetus: *arguere* Raim. & Cont. *ee Sed interminari*, editio prior concil.
*ff Sicut dominus, cum dixit, Unus*, Tarrac. unus liber, *ſicut dixit Chriſtus, Unus* concil. & Raim. & Cont. eſt autem id Matth. cap. 26. Marci 14. in priore editione concil. ut editum eſt.
*gg* παραδώσει με, hoc eſt *proditurus eſt me.* *hh* Sic etiam Raim. & Cont. *Si vero ille*, concil.
*ii Actorem damni*, unus Tarrac. & veteres Gregor. *auctorem damni*, concil. & Cont. & alii.
*kk Sed* non eſt in uno ex veter. Gregor. *ll Non eum nominatim poteſt*, vetus Tarrac. *non nominatim, nec poteſt eum*, olim unus ex veter. Gregor. *mm* In priori editione conciliorum additur, *vel actione*: in poſteriore ut editum eſt; ſic etiam Raimund. & Contius: *a communione eccleſiæ privare*, unus ex veter. Gregor.
*nn Eſſe* in Barcinon. deſideratur: ut editum eſt, concil. & Raimund. & Contius.
*oo* Hæc in priore conciliorum editione deſiderabantur, & pro eis erant hæc verba, quæ in aliis libris non ſunt, *actioni vel communioni.* *pp Removit Judam* vetus Tarrac. *amovit Judam* alter.
*qq* Sic etiam Raim. & Cont. *Exonien. Epiſcopo* parte 31. tit. de excommunicatis, cap. 1. in concil.
*rr* Recte Contius a Raim. omiſſa addidit: ſunt eadem in concil. *nobis eſt*, duo Tarrac.
*ſſ* In duobus Tarrac. omittitur *eſt.* *tt* Hæc uſque ad vocem *auditis* in concil. deſiderantur: *de abſolutione ſua litteras*, Barcin. & duo Tarrac. & Cont. *uu Illorum* pro *illa*, Raim. & Cont. ut editum eſt in concil. *illa*, non eſt in Barcin. *xx* Sic etiam in concil. *qui* pro *ſi* Raim. & Cont. *qui occultatis ſceleribus vel exceſſibus* unus ex veter. Gregor. *yy Fuerunt* concil. *zz* Ante hæc verba addit *Et* Barcin. & duo Tarrac. *abſolutionis*

tionis

nis (*a*) cauſam aliam prætendentes. Conſultationi tuæ (*b*) taliter (*c*) reſpondemus, quod ſi ita tibi conſtiterit (*d*), eos cogere debes eccleſiaſtica cenſura (*e*), cum litteris tuis (*f*) rei veritatem (*g*) continentibus ad Apoſtolicam ſedem redire. Si vero id tibi non conſtiterit (*h*), & eos ſuſpectos habueris, quod non fuerint veritatem confeſſi (*i*), ipſos compellere debes, quod exinde coram te (*k*) rei veritatem (*l*) confeſſi fuerint, purgationem præſtare.

## CAPUT VIII.

*Idem Exonen. Epiſcopo (m).*

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 7. c. 19.

IN litteras & infra (*n*). Ad hæc (*o*) cum aliquis nimis prolixum terminum ſuæ appellationi præfixerit (*p*), judex poteſtatem habet competenti modo abreviandi, & ſi in termino de tempore abreviando competenter ſtatuto appellationi (*q*) non fuerit proſecutus, nec canonicam excuſationem (*r*) prætenderit, ſententia ſi lata eſt tenet: quod ſi non eſt lata, judex ap. ceſ. [*s*] poteſt compellere infra terminum ſtatutum appellationem proſequi (*t*), vel coram ſe judicio ſtare.

## CAPUT IX.

*Idem (u) pars c. Quod ſedem [x].*

Non ponitur [*y*]. Poſt conc. Lat. p. 7. c. 29.

PRæterea de Ugone de Calcejo (*z*), qui filiam Aleloni (*aa*) cognatam ſuam duxit uxorem (*bb*), & hoc publicum (*cc*) eſt, & manifeſtum, nec apparet (*dd*) aliquis, qui matrimonium ipſum (*ee*) velit impetere [*ff*]; id tibi reſpondemus [*gg*], quod non apparentibus accuſatoribus & parentela manifeſta, & publica (*hh*) exiſtente, quod credibile non eſt, niſi eſſent conſobrini (*ii*) in primo, vel ſecundo gradu [*kk*], eccleſiaſticæ auctoritatis intereſt matrimonia (*ll*) illa gravitate adhibita diſſolvere, quæ illicite noſcuntur contracta (*mm*).

## TITULUS XXIV.

## DE TREUGA, ET PACE (*nn*).

## CAPUT I.

*Alexander III. in conc. Later. [oo]*

De treug. & pace. c. I.

TReugas a quarta (*pp*) feria poſt occaſum ſolis (*qq*) uſque ad ſecundam feriam in ortu ſolis, ab adventu (*rr*) Domini, uſque ad octavam Epiphaniæ (*ſſ*) & a lxx. (*tt*) uſque ad octavam paſchæ [*uu*], ab omnibus inviolabiliter obſervari præcipimus (*xx*). Si quis autem treugas [*yy*] frangere temptaverit (*zz*), poſt tertiam commonitionem (*aaa*), ſi non ſatisfecerit,



*tionis meruerunt privilegium*, alias *beneficium* concil. *abſolutionis beneficium per ſedem Apoſtolicam meruerunt*, Raim. & Cont.

*a* Sic etiam in concil. *ſuæ* pro *ſive*, Raim. & Cont. aptius. *b* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*c Tibi* unus ex vet. Gregor. *d Ita eſſe tibi conſtiterit*, unus ex vet. Gregor. non male; vox *tibi* in concil. non eſt. *e Cenſura eccleſiaſtica*, concil. cetera, ut edita ſunt: *debes eos eccleſ. cenſura compellere* Raim. & Cont.

*f* Vox *tuis* in Barcin. deſideratur. *g* Vox *rei* in uno ex vet. Gregor. non eſt.

*h* Vox *tibi* in Barcin. non eſt. *i Rei veritatem confeſſi* Barcin. alii, ut editum eſt.

*k Exinde coram te, quod*, concil. & duo Tarracon. & Raimund. & Cont. non male.

*l Si veritatem* Raim. & Cont. *veritatem* concil. & unus ex veter. Gregor. & duo Tarrac.

*m Exonien. Epiſcopo* parte 7. cap. 19. *n* Hæc neque in duobus Tarrac. neque in concil. ſunt. *Pars c.* IN LITERIS, Barcin. Scribo *In litteris & infra*, & ſuſpicor partem eſſe ejus epiſt. ex qua eſt cap. 14. tit. 21. de officio & poteſtate judicis delegati, quod in conc. eſt d. p. 7. c. 16. *Lexonienſi Epiſcopo*, forte ſcribendum, *L. Exonien. Epiſcopo*: illinc igitur initium curioſus ſumpſerit; vide cap. 5. & 6. de reſtit. ſpoliat. in Greg.

*o Ad hoc*, vetus Tarrac. *p Præfixit*, Barcinon. & duo Tarrac. *præfigit*, concil.

*q* Malo, *ſtatuto appellationem*, ut eſt in Barcin. & in concil. & in duobus Tarracon.

*r Executionem* in concil. mendoſe. *s Appellatione* pro *ap.* vetus Tarrac. malo, *judex appellantem*, ex conciliis, in quibus utrumque eſt, *judex appellantem appellatione ceſſante*, quod non æque placet; vide cap. 33. de appell. in Gregor. *t Poſſe ap. proſequi*. vetus Tarrac. quod nondum probavi.

*u* Adde *Ambianenſi Epiſcopo*, ex lib. 12. regiſtri Alex. 3. ut d. parte 50. cap. 28. & 29. ex eis etiam quid ſequatur poſt illa verba, *Quod ſedem*, invenies; eſt autem eo initio ſumptum cap. 2. de frigidis in Gregor. mox cap. 10. de regular. & 3. de divort. poſt quod cap. hoc ſcriptum eſt, & hoc ſequitur cap. 15. de decimis in eadem Gregoriana. *x Quia* unus Tarrac. non recte, ſed recte in eodem adſcribitur, *infra de divor. porr.* namque illic ſunt verba hujus capitis repetita. *y* Immo *ponitur*: de divort. cap. 3.

*z* Sic etiam ſub tit. de divort. cap. 3. in hac collectione. *de Ugone de Calorie*, concil. *de H.* Raim. & Cont. *de Hugone de Calcenonio*, vetus Tarrac. olim. *aa Alelini* Barcin. *Alelmi* concil. & unus Tarrac. *Ale* alter. *Petri*, Barcin. d. cap. 3. Hæc omittunt Raim. & Cont. *bb* Sic etiam d. cap. 3. *duxit in uxorem*, vetus Tarrac. & vetus Gregor. & concil. ut editum eſt Cont. & alii. *cc* Hæc uſque ad verbum *reſpondemus*, omittunt Raim. & Cont. habent ceteri. *ad* Sic etiam d. cap. 3, *nec appareat*, unus ex Tarrac. & Barcin. d. cap. 3.

*ee* Vox *ipſum* neque in conc. eſt, neque dicto cap. 3. *ff Voluerit* pro *velit* Tarrac. vetus tantum.

*gg* T. *reſpondemus*, vetus Greg. *reſpondemus*, Cont. & alii. *hh Seu* pro *&*, Gregoriani: *ſeu fama publica*, unus ex veter. Gregor. *ii* Vox *conſobrini* a Raim. & Contio eſt omiſſa: *ubi* pro *niſi* concil. *ut ſi* malim, ſed feramus. *kk Vel in* pro *vel*, unus Tarracon. & d. cap. 3. *in primo gradu, vel ſecundo*, Raim.

*ll Tui officii intereſt matrimonia*, Raim. & Cont. *eccleſiæ auctoritate interdictum eſt matrimonium*, concil. mendoſe.

*mm* Sic etiam d. cap. 3. & in Greg. *quod illicite noſcitur contractum*, concil.

*nn* Ex legibus Longobardorum ſumptum eſt hoc nomen barbarum *treuga*, quo etiam Raim. eſt uſus.

*oo* Adde *cap.* 21. non *cap.* 16. ut ait Cont. Sumpſit autem Alexander ex concilio Romano ſub Innocentio II. cap. IX. exſtat in calce Panormiæ Ivonis Carnotenſ. Quod fatetur Alexander cap. 20. Innocentii ſe, & Eugenii veſtigiis inhærere: vide cap. 1. de torn. in Gregor. *pp Treugam autem ab occaſu ſolis in quarta feria, uſque ad ortum ſolis in ſecunda feria*, Innoc. II. *qq* Hæc in conc. Lateran. non ſunt: habent Raim. & Cont. qui in marg. *poſt ortum ſolis*; in veteri, *in ortum ſolis ſecundæ feriæ*; & vetus Tarrac. omiſſis prioribus verbis, *ad ſecundam feriam.* *rr* Sic Raim. & Cont. *&* addunt Barcin. & concil. & Ivo, & Veron. & unus Tarrac.

*ſſ Octavas*, concil. & liber Veronenſ. & Raimund. & Cont. *octavam*, Ivo: *in octavas*, duo Tarrac.

*tt* Sic omnes præter Veronenſ. in quo eſt, *& a quinquageſima.* *uu Octavas*, duo Tarrac. & concil. & Raim. & Cont. & Veron. *ad octavam pencoſtes*, Ivo. *xx* Ivo ſolus, *ſervari* pro *obſervari*.

*yy* Ante hæc verba ex Innoc. II. Ivo refert aliam ſententiam, quæ nobis videtur aliunde ſumpta, *treugam* pro *treugas* fere omnes: duo veteres Gregor. *treugas.* *zz Præſumpſerit*, Raim. & Cont. ut editum eſt concil. Ivo, & Veron. *temptaverit frangere*, vetus Tarr. *aaa* Sic conc. & Ivo, & Veron. *admonitionem*, Raim. & Cont.

cerit, Epiſcopus ſuus excommunicationis ſententiam dictet (*a*), & ſcriptam vicinis Epiſcopis repræſentet (*b*). Epiſcoporum autem nullus [*c*] excommunicatum ſuſcipiat in communione (*d*), immo ſcriptam ſententiam (*e*) quiſque confirmet [*f*]. Si quis autem hoc violare (*g*) præſumpſerit [*h*], ordinis ſui periculo ſubjacebit [*i*]. Et quoniam funiculus triplex difficile rumpitur (*k*): præcipimus, ut Epiſcopi [*l*] ad ſolum Deum, & ad ſalutem populi (*m*) habentes reſpectum, omni tepiditate (*n*) ſepoſita (*o*), ad pacem firmiter tenendam mutuum ſibi conſilium, & auxilium præbeant (*p*), neque hoc alicujus amore (*q*), vel odio prætermittant. Quod ſi quis in hoc opere tepidus (*r*) inventus fuerit, damnum propriæ dignitatis (*s*) incurrat.

## CAPUT II.

*Idem* [*t*].

INnovamus autem, ut presbyteri, monachi (*u*), converſi, peregrini (*x*), mercatores, ruſtici, euntes, & redeuntes, & [*y*] in agricultura exiſtentes [*z*], & animalia, quibus arant, & [*aa*] quæ ſemina portant ad agrum [*bb*], congrua ſecuritate lætentur (*cc*): nec quiſquam alicubi [*dd*] novas pedagiorum exactiones, ſine conſenſu & auctoritate Regum, & Principum [*ee*] ſtatuere aliquo modo præſumat (*ff*). Si quis autem contra hoc fecerit (*gg*), & commonitus [*hh*] non deſtiterit, donec ſatisfaciat, (*ii*) communione careat Chriſtiana. c. 2. eod. t. & de cenſib. c. 10.

# TITULUS XXV.

## DE MAJORITATE, ET OBEDIENTIA.

## CAPUT I.

*Gregorius Aug. Anglor. Epiſcopo.* De major. cap. 1.

CUM certum &c. & infra (*kk*). Sit honoris

*a Sententiam excommunicationis dictet*, concil. *in eum* addunt Raim. & Cont. & Ivo, & Tarr. unus: *in eum excom. ſent. dictet*, Veron. *excommunionis*, unus Tarrac. *b Adnuntiet* pro *repræſentet*, Barcin. & Tarrac. unus, & Raim. & Cont. & Veron. *vicinis ſuis adnuntiet*, concil. *vicinis Epiſcopis nuntiet*, Ivo: *vicinis denuntiet*, vetus Tarrac. olim; mox vox *Epiſcopis* inſerta eſt. *c* Sic etiam Ivo, & Veron. *Epiſcopus autem nullus*, concil. *quorum nullus*, Raim. & Cont. *d Communionem*, vetus Tarrac. *in communione ſuſcipiat*, Veron. *in communionem ſuſcipiat*, concil. *in communione recipiat*, Raim. & Cont. *in communicationem ſuſcipiat*, Ivo.

*e* Sic Raim. *immo ſcriptam ſuſceptam ſententiam*, concil. *immo ſcripta ſuſceptam ſententiam*, Ivo: *immo ſcripto ſuſcepta, ſententiam*, Cont. in marg. ex vet. libro, mendoſe, ut alii: *immo ſcripto ſuſceptam ſententiam*, Veron. aptius: *immo ſententiam ſcriptam*, vetus Tarrac. *f* Sic omnes præter Ivonem, qui omiſſa voce *quiſque*, *confirment* ſcripſit. In vet. Tarracon. *confirmet*, altera voce omiſſa. *g Hoc* etiam omiſit ſolus Ivo.

*h Temptaverit*, vetus Tarrac. *i* Sic Ivo, & Veron. *periculo ſubjaceat*, Barcin. & unus Tarrac. & concil. & Raim. & Cont. *k* σπαρτίον τὸ ἔντριτον οὐ ταχέως ἀποῤῥαγήσεται. apud Eccleſiaſten cap. 4. Pro *difficile*, eſt *non cito* in Grecis verb. ſunt qui intelligant σπαρτίον ἔντριτον cohortem militum triplici ordine conſtantem, ex Chaldæo interprete: in concil. pro *difficile*, eſt *non facile*, apertius: ceteri libri, ut editum eſt.

*l* Hæc ut Innoc. II. verba refert Grat. diſt. 90. cap. 11. & additur *enim* poſt verbum *præcipimus*, ſed in multis veteribus non eſt. *m* Sic Raim. & Cont. poſterius *ad*, Grat. omiſit: item Ivo, qui mendoſe *Domini* pro *Deum* habet. *Ad ſolum Deum & ſalutem propriam*, Veron. non recte: *ad ſolum Dei, & ſalutis populi*, concil. in quodam veteri Gratiani libro, ut editum eſt. *n* Sic in concil. & Grat. & Ivo: *omni trepiditate*, Veron. *omni trepidatione*, Raim. & Cont. eſt in quibuſdam veteribus Gratiani libris *trepiditate*, & *cupiditate* in uno tantum. *o Depoſita*, Ivo & Tarrac. vetus: *ſemota* in quibuſdam veteribus libris Grat.

*p* Sic Raim. & Cont. & Ivo, & Veron. *auxilium præſtent*, concil. *auxilium impendant*, Gratian. in antiquioribus ut editum eſt. *q Neque alicujus amicitia*, Ivo ſolus: ceteri, ut editum eſt: pro *amore* unus Gregor. *alias* TIMORE. *r* Sic vetus Gregor. *trepidus* Cont. & alii. *Quod ſi quis in hoc Dei opere tepidus*, Gratian. & Veron. *Quod ſi quis in opere Dei tepidus*, concil. *Vel ſi quis in hoc Dei opere tepidus*, Ivo. *Quiſquis in hoc opere tepidus*, Barcin. *trepidus*, unus Tarrac. cetera, ut Barcin. *s* Sic omnes: *dignitatis ſuæ*, concil.

*t* Addi poteſt *in eodem concil. cap.* 22. non *cap.* 15. ut Contius edidit.

*u Innovamus, ut presbyteri, monachi, clerici* concil. *Innovamus, ut presbyteri, monachi*, Raim. *clerici* addit Cont. poſt verbum *presbyteri*. Apud Ivonem, & in Veronenſ. hoc eſt initium capitis noni Romanæ ſynodi ſub Innoc. II. & uſque ad illa verba, *nec quiſquam* &c. quæ pertinent ad exactiones, & cenſus, collocantur ante verba capitis ſuperioris: & quia ab Alexandro idem ſtatuitur, quod ab Innocentio fuerat conſtitutum, uſus eſt verbo *Innovamus*: at Innocentius, *Præcipimus etiam*, inquit, *ut presbyteri, clerici, monachi*. Sic in fine Panorm. Ivonis, & in libro Veron. *x* Sic concil. Raim. & Cont. vox *converſi* omittitur apud Ivon. & in Veron. vox *peregrini*, in uno Tarrac. non erat. *y* Sic concil. & vet. Gregor. *mercatores, & ruſtici* &c. ut edita ſunt, Ivo, excepto ultimo *&*. *Et mercatores, ruſtici*, &c. ut edita ſunt, Veronenſ. non recte: *mercatores, ruſtici, euntes, vel redeuntes, vel*, Cont. & alii. *z* Sic concil. & alii, præter Veron. in quo eſt, *perſiſtentes*.

*aa* Hæc omiſſa ſunt in concil. Habent Raim. & Cont. *Cum quibus arant, &*, Veron. *cum quibus aratur, & oves*, Ivo. *bb* Sic in concil. *quæ* omittunt Raim. & Cont. cetera, ut edita ſunt: *oves* Ivo, & Veron. addunt; & miror, cur *oves* omiſſæ ſint ab Alexandro. *Semen apportant* pro *ſemina portant*, unus Tarrac. cetera, ut edidimus. *cc* Sic in concil. & Raim. & Cont. *omni tempore ſecuri ſint*, Innoc. II. apud Ivon. & in Veron. ſed *ſecuræ* eſt apud Ivon. *dd* Hæc verba Raim. ſub titulo de cenſibus poſuit, non quaſi ex concilio Lateran. immo poſt alios canones ejus concilii adjecit capita duo ex epiſtulis Alex. III. & poſtea hoc addidit caput 10. *Idem innovamus & infra. Ne quiſquam alicubi*: ſic in veteri Gregor. eſt, in alio veteri, ut editum eſt. *Nec quiſquam alicui*, Contius, & alii mendoſe: hoc recte Contius fecit, quod addidit eſſe ex concilio Lateran. & verba illa *Innovamus, & infra*, quærenda eſſe ſub tit. de treuga, & pace: male autem numerum canonis concilii Later. ſcripſit eſſe *XV*. cum ſit *XXII*. non recte etiam editum eſt in concil. *Nec quiſquam alicui* pro *alicubi*.

*ee Sine auct. & conſenſu* &c. Raim. & Cont. *ſine auctoritate Regum, & Principum conſenſu*, concil. *ſine aſſenſu, & auct.* &c. unus ex veteribus Gregor. Videnda conſtitutio hac de re, quæ in Cæna Domini dicitur.

*ff* Sic etiam Raim. & Cont. ſed in concil. plura verba ſunt: *ſtatuere, aut ſtatutas de novo tenere, aut veteres augmentare aliquo modo temere præſumant.* *gg* Sic etiam Raim. & Cont. *contra hoc venire præſumpſerit*, concil.

*hh Monitus* vetus Tarrac. *ii Satisfecerit*, Tarrac. vetus.

*kk* Recte admonuit Contius ex epiſt. 15. lib. 12. regiſtri B. Gregorii petendam eſſe pleniorem horum verborum ſententiam, eadem refertur latius in concil. cap. 1. partis 44. ſub hoc titulo: *De præminentia: Lund. & Eborac. & de privilegiis generaliter, vel ſpecialiter indultis, & de eorum abuſu, & confirmationibus.* Initium reſcripti hoc eſt: *Gregorius Auguſtino Epiſcopo Anglorum. Cum certum ſit pro omnipotente Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reſervari: nobis tamen eis neceſſe eſt honorum beneficia tribuere, ut in ſpiritualis operis ſtudio ex remunera-*

tione

UNED

ris iſta diſtinctio [a], ut ipſe prior, & major habeatur, qui prius fuerit ordinatus, cum unitatis conſilio, & concordi actione.

## CAPUT II.

*Leo Papa* (*b*).

cap. 3. eod. LEgebatur in litteris tuis, quod frater Atticus (*c*) chartulam de obedientiæ ſponſione ſcripſerat, in cujus chartulæ mentione (*d*) ſignum prodebatur [*e*] injuriæ: non enim neceſſarium fuerat (*f*), ut obligaretur ſcripto, qui obedientiam ſuam, ipſo jam voluntarii adventus probat officio (*g*).

## CAPUT III.

*Gregorius* (*h*).

SI quis venerit contra decretum (*i*) Epiſcopi, ab eccleſia abiiciatur. cap. 2. eod.

CA-

*tione valeant multiplicius inſudare. Et quia nova Anglorum eccleſia ad omnipotentis Dei gratiam, eodem domino largiente, & te laborante, perducta eſt: uſum tibi pallii ad ſola miſſarum ſollemnia agenda concedimus; ita ut per loca ſingula duodecim Epiſcopos ordines, quæ tuæ ditioni ſubjaceant: quatenus Lundonienſis Epiſcopus civitatis ſemper in poſterum a ſynodo propria debeat conſecrari, atque honoris pallium ab hac ſancta, & Apoſtolica, cui auctore Deo deſervio, ſede percipiat.* Poſt hæc verba alia ſequuntur ad Eboracenſem eccleſiam pertinentia, quam etiam metropolitanam conſtituit, & alteros XII. Epiſcopos ei ſubiicit: eamque negat Lundonienſi Epiſcopos ſubiici oportere poſt Auguſtini mortem. De ceteris poſtea dicemus; nunc varietatem ſuperiorum verborum notemus: *Bonorum beneficia tribuere*, in regiſtro eſt; *honorum* pro *bonorum*, in concil. aptius; *quæ tuæ ditioni*, in regiſtro; *qui* pro *quæ*, in concil. non male: pro *valeant mult. inſudare*, *velint*, fuit in priore editione concil. ſcriptum: poſt verbum *pallii*, in ead. editione fuit *in ea* non male, & pro *agenda*, *peragenda*.

*a* Sic etiam Raim. *Sit vero inter Lundoniæ, & Eboracæ civitatis Epiſcopos in poſterum honoris iſta diſtinctio*, in regiſtro, & in concil. in priore tamen editione vox *civitatis* deſiderabatur: ſed apud Cont. *vero* deſideratur. Quod de Epiſcopo Lundoniæ dicitur, quam Londinum eſſe credimus, de Cantuarienſi dictum eſſe refert Alexander 3. cap. 2. dictæ partis 44. his verbis: *neque quod a B. Gregorio prohibitum eſt, ullo modo Cantuarienſis Eboracenſis juriſdictioni ſubjaceat: ſed juxta patris ejuſdem conſtitutionem, iſta honoris diſtinctio in perpetuum conſervetur* &c. *ut ipſe prior, & major habeatur, qui prius fuerit ordinatus* &c. *& major*, neque in regiſtro, neque in concil. eſt; *ut qui prior ordinatur, prior habeatur*, Alex. 3. at vetus Gregor. habet omnia, ut edita ſunt; ſed poſt illa, *qui prius*, addit, *communitatis conſilio, & concordi actione fuerit ordinatus*; & in marg. pro *communitatis*, *alias* CUM UNITATIS: in alio veteri, *qui prius cum communitatis conſilio* &c. ut in priori vetere; *prior Angliæ*, olim in vet. Tarrac. fuerat pro *prior*; cetera, ut edita ſunt. In fine *& auctoritate*, eſt pro *& concordi actione*: ſed Cont. *qui prius fuerit ordinatus communitatis conſilio (& corde) & concordi actione.* Regiſtri verba ſunt: *qui prius fuerit ordinatus. Communi autem conſilio, & concordi actione, quæque erunt pro Chriſti zelo agenda, diſponant: unanimiter recta ſentiant; & ea, quæ ſenſerint, non ſibimet diſcrepando perficiant*: ſic etiam eſt d. parte 44. cap. 1. in priore tamen editione *quæcumque* pro *quæque* ſcribebatur non male, & pro *ſenſerint*, *perſuaſerint*, quod nondum probavi. Adduntur alia, quæ referre non eſt neceſſe. In fine addi poſſet: *Data menſe Octob. ind. VII. Pontificatus an. XIV.*

*b* Addi poteſt, *Anaſtaſio Epiſcopo Theſſalonicenſi.* Eſt autem in concil. epiſt. 82. in aliis editionibus regiſtri B. Leonis, ſive operum, epiſt. 84. in alia collectione primæ editionis epiſt. 54. Addi etiam potuit, *Pars cap.* QUANTA FRATERNITATI TUÆ; nam ejus epiſtulæ hoc principium fuit: *Quanta fraternitati tuæ a beatiſſimi Petri Apoſtoli auctoritate ſint commiſſa, & qualia etiam noſtro tibi favore ſint credita, ſi vera ratione perſpiceres, & juſto examine ponderares, multum poſſemus de injunctæ tibi ſollicitudinis devotione gaudere. Quoniam ſicut præceſſores mei præceſſoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ, priorum ſecutus exemplum, vices mei moderaminis delegavi, ut curam, quam univerſis eccleſiis principaliter ex divina inſtitutione debemus, imitator noſtræ manſuetudinis effectus adjuvares, & longinquis ab Apoſtolica ſede provinciis præſentiam quodammodo noſtræ viſitationis impenderes.* Et poſt alia: *Venit namque ad nos cum Epiſcopis provinciæ ſuæ frater noſter Atticus, veteris Epiri Nicopolitanus Antiſtes, & de indigniſſima adſtrictione, quam pertulit, lacrymabili actione conqueſtus eſt coram adſtantibus diaconibus tuis, qui querellis flebilibus nihil contra referendo, ea, quæ nobis ingerebantur, fide non carere monſtrabant. Legebatur quoque in litteris tuis* &c. In his verbis hæc varietas eſt: Pro *Petri Apoſtoli auctoritate ſint commiſſa*, in ultima conciliorum editione eſt *Petri Apoſtoli ſede commiſſa*, & pro, *de injunctæ tibi ſollicitudinis devotione*, in prima regiſtri editione eſt, *de injuncta tibi* &c. item pro *effectus adjuvares* ibidem eſt, *adjuvares*, altera voce omiſſa, quod ferri potuit; pro *Nicopolitanus*, in eadem editione eſt *Metropolitanus*, quod verbum eſt in margine tam in concil. quam in aliis libris; mox pro *adſtrictione*, quod verbum omnes habent, vidi, qui mutaret *afflictione*, quod non placet; pro *diaconibus* in poſtrema editione concil. eſt *diaconis.* Vox *quoque* a Raim. omiſſa eſt, ut a Bernardo Papienſi, qui etiam non recte, ordine temporum neglecto, Gregorii caput Leonis verbis, qui antiquior fuit, præferunt.

*c* Sic etiam Raim. & Cont. ſed multa omittunt: *tuis, quas iidem diaconi detulere, quod frater Atticus Theſſalonicam veniſſet, quodque conſenſum ſuum etiam ſcripturæ profeſſione ſignaſſet, ut de illo non aliud a nobis intelligi poſſet, quam proprii arbitrii, & ſpontaneæ devotionis fuiſſe, quod venerat, quodque chartulam* &c. Sic omnes libri regiſtri, & conciliorum; tantum in poſtrema editione eſt, *detulerunt* pro *detulere*; & in alia deſideratur vox *arbitrii. Antius* pro *Atticus*, eſt in Tarracon. veteri non recte.

*d Conſcripſerat, in qua*, Raim. & Contius ceteris omiſſis: *conſcripſerat, in cujus tamen chartulæ mentione*, ſic in concil. & in regiſtris Leonis; *conſcripſerit*, vetus Tarrac. *conſcripſerat*, alter minus vetus; cetera ut edita ſunt.

*e Probatur*, vetus Tarrac. *f Fuit* unus ex Gregor. veteribus.

*g Probabat officio*, concil. & regiſtr. *officio comprobatur*, *alias* COMPROBAT, vetus Gregor. *officio comprobabat*, Cont. & alii. Poſt hæc verba apertius de vi illata dicebatur: *Unde deplorationibus ſupradictis hæc verba epiſtolæ tuæ teſtimonium præbuere; & per hoc, quod non eſt tacitum, nudatum eſt illud; quod ſilentio fuerat adopertum: adhibitam ſcilicet Illyrici Præfecturam, & ſublimiſſimam inter mundanos apices poteſtatem in exhibitionem inſontis Antiſtitis incitatam, ut miſſa executione terribili, quæ omnia ſibi officia publica ad effectum præceptionis adjungeret, a ſacris eccleſiæ adytis, nullo vel falſo inſimulatus crimine, extraheretur ſacerdos; cui non ob moleſtiam ægritudinis, non ob ſævitiam hiemis darentur induciæ, ſed iter aſperum, & periculis plenum per invias nives agere cogeretur; quod tanti laboris, tantique diſcriminis fuit, ut ex his, qui Epiſcopum comitati ſunt, quidam defeciſſe dicantur. Multum ſtupeo*, &c. Sequuntur verba a Gratiano relata 3. q. 6. cap. 8. Quod ſi quis tam quæ retulimus, quam quæ apud Grat. ſunt, vel potius ipſam in regiſtro epiſtulam legerit, Leonis verba rectius interpretabitur, quam ceteri fecerint, quorum ſcripta viderimus: quamquam libere dicam, quod ſentio; hoc facile capite carere ſine ulla noxa potuimus. Varietas in relatis verbis hæc eſt: pro *deplorationibus ſupradictis* in quibuſdam libris eſt *ſupradicti*, *S* omiſſo: pro voce *adhibitam* alii in marg. *additam* ſcribunt, ultima editio concil. *aditam* pro *eccleſiæ adytis*; in prima editione regiſtri fuit, *eccleſiæ abditis*; in eadem pro *non ob ſævitiam hiemis* eſt, *obſtantis hiemis*, & pro *per invias nives*, ibidem eſt, *per invias cautes.*

*h* Sic etiam Raim. & Cont. *Ex concilio Toletano*, Barcin. Utrum verius ſit, nondum ſtatuere poſſum.

*i Contra præceptum*, vetus Tarracon.

## CAPUT IV.

*Ex concilio Toletano* [*a*].

Ibid. IN libro Regum legitur (*b*), *qui non obedierit Principi, morte moriatur*: in concilio autem Agathenſ. præcipitur, ut anathematizetur (*c*).

## CAPUT V.

*Clemens Papa* (*d*).

cap. 4. eod. OMnes Principes terræ, & cunctos homines (*e*) Epiſcopis obedire beatus Petrus præcipiebat (*f*).

# TITULUS XXVI. DE PACTIS.

## CAPUT I.

*Ex concilio Africano* (*g*).

ANtigonus Epiſcopus Maturen. dixit (*b*): gravem injuriam patior, & credo dolere ſanctitatem veſtram, & contumeliam meam computare (*i*) communem injuriam. Optantius cum ſe [*k*] repræſentaret, pactum mecum habuit (*l*), ſed diviſum eſt, ut in ſe (*m*) illiciat populorum imperitorum animos (*n*) contra diſciplinam, & contra (*o*) evangelicam traditionem, contra pacis placita: nam ſi hoc ſibi (*p*) poſſe contingere arbitraretur, nunquam profecto in fratrem aliquid diliquiſſet (*q*). Unde, aut De pactis cap. 1.

*a* Hoc eſſe tertii capitis partem videmus apud Raim. & Contium, item in Barcin. ſed apud Burch. lib. 15. cap. 23. ſeparatum caput eſt ex d. concil. Tolet. & apud Ivon. parte 16. cap. 24. decreti, & ſane de laico principe hæc verba eſſe videntur, de pontifice caput 3. & cum multa in conciliis Toletanis 4. 5. & 6. pro Regibus ſtatuta ſint, hæc verba non invenimus, ſed adverſus eos, qui maledixerint Regi, exſtat cap. 5. concilii Toler. 5. *b* Sic Burch. Ivo, Raim. & Cont. ſed ego Deuteron. cap. 17. invenio hæc verba: *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo; ex decreto judicis morietur homo ille*, & Exod. cap. 22. *Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices*: quæ verba de Rege intelligunt patres d. concil. Toletan. 5. de ſummo Pontifice Paulus Act. cap. 23.

*c Et in concilio Agathenſi, quod anathematizetur*, Raim. & Cont. ſed ut editum eſt Burch. & Ivo. Sed ne hoc quidem inveni in Agathenſi concilio; plura tamen licet videre pro Regibus conſtituta in conciliis Toletanis 4. 5. & 6. quorum aliquot capita referunt Burch. & Ivo.

*d* Sic etiam duo veteres Gregor. ſed Contius, & alii *Clemens Papa III.* mendoſe; addi autem poteſt, *epiſt. 1. ad Jacobum fratrem Domini*; eam habemus a Rufino converſam, quem non ſatis fuiſſe fidum interpretem multis ſignis deprehenditur. Addi etiam potuit initium epiſtulæ hoc: *Notum tibi facio domine, quia Simon Petrus, qui veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentum eſſe Eccleſiæ definitus eſt*, &c. *Hic inquam, pro pietate pati volens præſentem vitam finivit. In ipſis autem diebus, quibus vitæ finem ſibi imminere præſenſit, in conventu fratrum poſitus, apprehenſa manu mea, repente conſurgens, in auribus totius Eccleſiæ hæc protulit verba.* Et poſt alia, quorum partem refert Grat. ſive Palea 8. q. 1. cap. 2. & Anſelm. lib. 1. cap. 3. & ſeqq. De Epiſcopis ſic ait: *Sanctam quoque eccleſiam immaculatam omnes ſervare debere evangelizabat; cujus claves Epiſcopos eſſe dicebat. Ipſi enim habent poteſtatem claudere cælum, & aperire portas ejus, quia claves cæli facti ſunt. Amovere autem eos neminem debere docebat; quia oculi domini ſunt, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi ejus. Et quanta pœna dignus ſit is, qui eos ſcandalizat, ipſum dominum docuiſſe dicebat.* QUI SCANDALIZAVERIT UNUM &c. Hæc etiam refert Burch. lib. 1. cap. 125. & Ivo parte 5. cap. 225. decreti. Illa quoque poſt alia ſunt ab eiſdem relata: *Ad glorificandum ſe, & divina mandata ſeminanda, & evangelizanda, eos Dominus elegit, & non ut prohibeantur, aut perturbentur, ſuggerebant: quoniam qui eos lædit, eum lædit, cujus legatione funguntur. Prædicare eos aſſidue, & mandata Domini ſine intermiſſione annuntiare rogabat. Opera eorum bona coram hominibus monſtrare, & conſcientiam bonam coram Deo habere inſinuabat. Omnes Principes* &c. Non recte apud Burch. & Ivon. hæc verba, *Omnes Principes* &c. ſumi dicuntur ex decretis Clementis Papæ cap. 15. illa autem: *Sanctam quoque eccleſiam*, ex eodem cap. 37. & illa, *Ad glorificandum*, ex eod. 29. neque enim fieri poteſt, ut poſteriora ceteris verba ſint tot capitibus priora, neque ceterorum numerus, aut ordo verus eſt. In Barcin. hoc caput pars etiam eſt capitis 3. quod etiam mendoſum videtur. In ſupraſcriptis verbis varietas hæc eſt: pro *ſervare debere evangelizabat*, quod in omnibus libris eſt, in veteri Burch. libro *ſervare docebat*: pro *Epiſcopos eſſe dicebat*, eſt in Recognition. *Epiſcopos nominabat*: & pro *Amovere autem eos neminem debere docebat*, quod Burch. & liber recogn. Clementis habent, in concil. *Admonere autem* &c. quod non æque placet. *Admonebat autem eos neminem nocere debere*, Ivo ſolus: pro illis *tangit pupillam* ſolus Ivo habet *quaſi qui tangit pupillam.* Pro *eos Dominus elegit*, Burch. & Ivo, *Epiſcopos Dominus elegit.* Pro *perturbentur, ſuggerebat* quod in concil. eſt, *perturbentur, ajebat* Burch. & Ivo; *perturbentur*, liber recogn. omiſſa voce *ſuggerebant.* Pro *coram hominibus monſtrare*, ſolus Ivo habet *coram hominibus demonſtrare.* Denique pro *Omnes principes*, in Recognitione eſt, *Omneſque Principes.*

*e* Sic in concil. & Recogn. & Burch. & Ivo; *& ceteros homines*, Raim. & Cont.

*f* Sic Raim. & Cont. *eis obedire, & capita ſua ſubmittere, eorumque adjutores exiſtere præcipiebat*, concil. *illis* pro *eis* Recogn. cetera, ut in concil. *Epiſcopis* pro *eis* & *auditores* pro *adjutores*, Burch. cetera, ut in concil. *Epiſcopis obedire* &c. *adjutores exiſtere Petrus præcipiebat*, Ivo Carnot. In veteri Burch. libro *adjutores* eſt, non *auditores.* Addunt alia Burch. & Ivo ex ead. epiſt. pro quibus nos afferemus ſimilem ſententiam ejuſdem Clementis epiſt. 3. ex qua eſt 11. q. 3. cap. 11. & refertur in concilio Triburienſ. cap. 8. Adde eundem Clementem lib. 2. conſtitut. Apoſtolicarum cap. 23. & 30. & 37. & 38. Ad extremum addendum cenſeo, ordinem temporum non ſervari, neque a Papienſ. Bern. neque a Raimundo noſtro. Clemens enim ante Leonem, Leo ante Gregorium, Gregorius ante concil. Toletanum erat referendus.

*g* Sic Raimund. ſed recte Contius in margine ſcripſit, *ex concilio Carthagin. 1. cap. 12.*

*h* Quæ Raim. omiſerat, addidit Contius: pro *Maturen.* in concil. eſt, *Maduren. Matirenſis* Cont. ut in uno Tarrac. *Marcienſis*, ſive *Marcicenſis*, in veteri. *i Contumeliam meam, & computare*, concil. *injuriam meam, & computare*, Cont. *k Optantius Epiſcopus cum ſe*, Contius. OPTANTIUS *alias* OPTATIANUS *cum ſe*, concil. forte *Optatus* ſcribendum. *Opticius*, vetus Tarracon. non recte.

*l Hoc pactum habuit*, olim Tarrac. vetus, mox vox illa *mecum* addita, ſive inſerta eſt.

*m* Mendum eſt in his verbis, ut in verbis Cont. *& diviſum eſt, quod ad ſe.* In conc. hæc ſunt minus mendoſa: *& diviſimus plebes: manuſcriptiones noſtræ tenentur, epittacia* ( ſcribo, *& pittacia* ) *contra hoc pactum circuit plebes mihi attributas, & uſurpat populos; ut illum patrem, me vitricum nominent. Gratus Epiſcopus dixit. Factum hoc dolendum eſt, ut in ſe illiciat &c.* *n Animas*, concil. *Imperatorum animos*, Cont. non recte; *populorum imperitos animos*, unus Tarracon. *o Et* delendum eſt ex concil. & Cont. & duobus Tarracon.

*p Nam ſi ſibi id*, concil. *nam ſi ſibi*, Cont. ſententia obſcurior eſt, ſed ita in Africa loquebantur; fingamus ita locutos, *nam ſi hæc ſibi contraria arbitraretur.* *q Aliquis deliquiſſet*, concil. & Cont. quod nondum probavi.

UNED

aut inita pacta ſuam (*a*) obtineant [*b*] firmitatem, aut conventus ſi ſe non cohibuerit (*c*), eccleſiaſticam ſentiat diſciplinam. Univerſi dixerunt: Pax ſervetur (*d*): pacta cuſtodiantur (*e*).

## CAPUT II.

*Gregorius* (*f*).

c. 2. eod. t. QUotiens in quibuſdam (*g*) conventionibus noſter expectatur aſſenſus, ne in dubium veniant, quæ geruntur, rati eas pro ſecuritate partium debet habitio ſolidare (*h*).

## CAPUT III.

*Idem P. E. Joanni a partib.* (1) *Sar.* [*i*]

c. 3. eod. t. QUaliter in Sar. &c. [*k*] & infra. Studioſe agendum eſt, ut ea, quæ promittuntur, opere compleantur.

## CAPUT IV.

*Alexander III. Exon. & Wigor. Epiſcopis* (*l*).

cap. 4. eod. CUM pridem Simon clericus (*m*) procurator prioris, & monachorum de Acra (*n*), & Petrus clericus pro cauſa (*o*), quæ inter eos monachos [*p*], & prædictum P. (*q*) ac fratrem ejus, pro cujus parte vicem ſe (*r*) dicebat gerere, ſuper eccleſia de S. & capella de L. [*s*] vertebatur, ad noſtram præſentiam pariter acceſſiſſent (*t*); ita interim inter ſe [*u*], non tamen nobis mediantibus convenerunt, quod prædictus procurator prioris, & monachorum (*x*) eidem P. pro expenſis, quas fecerat (*y*), tres marchas argenti perſolveret (*z*), & idem P. liti cederet, & a monachorum infeſtatione penitus (*aa*) ceſſaret. Cumque compoſitionem ipſam (*bb*) ad noſtram pertuliſſent audientiam, eamque (*cc*) confirmari auctoritate Ap. ſupplicarent [*dd*], nos eam non duximus (*ee*) admittendam, pro eo quod videbatur pravam ſpeciem illicitæ pactionis continere. Monuimus autem [*ff*] prædictum P. ut ipſe tam pro ſe, quam pro fratre ſuo monachos in pace dimitteret, & eidem liti omnino abrenuntiaret (*gg*). Ille igitur monitis noſtris acquievit (*hh*), & eidem liti pro ſe, & fratre (*ii*) ſuo penitus abrenuntiavit (*kk*), authentica etiam (*ll*) inſtrumenta, quæ ſuper eadem eccleſia (*mm*) habebat, in noſtris manibus reſignavit, & nos ea (*nn*) priori, & monachis prædictis S. deſtinavimus [*oo*]: monentes itaque & mandantes

(1) *A paribus*, forte.

*a* Sic concil. & Raim. & Cont. *ſua* pro *ſuam*, Barcin. *ſui* in marg. Cont. quod in uno Tarracon. eſt: in altero vox *ſuam* aliquando deſiderabatur. *b Teneant*, olim in vetus Tarracon.

*c* Sic omnes præter Barcin. in quo libro *non* deſideratur; quæ ſcriptura defendi poteſt; in quodam veteri Gregor. olim negatio etiam deſiderabatur. *d* Sic omnes: addit Cont. *firmiter*.

*e* Sic concil. & Raimund. & Cont, & additur in quibuſdam Gregor.

*f* Adde *Præfecto Illuſtri*, ex lib. 7. epiſt. 60. regiſtri B. Gregorii: ſic in veteri libro eſt; in alio *Præfectæ Illuſtri*; in vulgaribus *Prærecti Illuſtri*, ut editum eſt, Raim. & Cont. *g* Sic in regiſtr. ſed Raim. & Cont. omittunt vocem *quibuſdam*. *h* Apertius Raim. & Cont. *ratihabitio eas debet pro ſecuritate partium ſolidare*: in regiſtro mendoſe, *ratio ea* ( *ſive eas* ) *pro ſecuritate partium debet habita ſolidare*. Poſt hæc verba, cur hac ſententia epiſtulam inchoaverit, docet: conveniſſe inter hunc illuſtrem virum, & Fantinum Defenſorem, ac rectorem patrimonii Panormitani in Sicilia de portionibus cujuſdam maſſæ, & prædiis, ac domo, quam idem vir eccleſiæ donaverat; eam igitur conventionem ratam Pontifex habet, atque confirmat his verbis: *Noſtrum in his accommodamus aſſenſum, atque omnia ſicuti inter vos geſta ſunt, per hujus ratihabitionis paginam confirmamus*. Sic autem eſt in veteri libro, non *per hujus rationis*, ut in editis.

*i* Scribe, *Idem Joanni Epiſcopo Caralitano*, ex lib. 8. epiſt. 38. regiſtri, ut in libro veteri eſt. *Januario* pro *Joanni* in editis, & apud Cont. *k* Recte Contius addidit omiſſa a Bern. & a Raim. ſunt autem hæc: *Qualiter in Sardinia minores, vel pauperes ab eis, qui illic majores ſunt, opprimantur, reverentiſſimi fratris noſtri Carthagenenſis Epiſcopi, atque eminentiſſimi filii noſtri Innocentii Præfecti epiſtolæ teſtantur, a quibus, ut quæ nobis ſcripta ſunt, noveritis; ipſarum vobis epiſtolarum exemplaria prævidimus tranſmittenda. Et ideo quia ea, quæ petenda ſunt, offeruntur, ſtudioſe* &c. In his verbis hæc varietas eſt, pro *qui illic*, quod in veteri regiſtro eſt, *qui illis*, eſt in vulg. & apud Cont. pro *exemplaria prævidimus*, Cont. *explaria providimus*, mendoſe: pro *quia ea, quæ petenda* Contius edidit, *quia ea, quæ nobis petenda*, quod etiam eſt in uno ex editis libris B. Gregorii: ego ſcriberem *quia ea nobis quæ petenda*. Poſt verbum *compleantur*, agitur in epiſtula de his, qui ad eccleſias confugiunt, quo pacto ex conventione exire debeant, & actus ſui rationem reddere, & nullam vim pati, quod ſacramento præſtito eis promittendum eſt, & Defenſor ejus eccleſiæ curet, ut ea, quæ illis promiſſa fuerint, ſerventur.

*l Exonienſi, & Vuigorn. Epiſcopis*, in concil. parte 28. titulo de pactionibus licitis, & illicitis in rebus eccleſiaſticis, cap. 2. Apud Cont. & alios deeſt *iii.* quod eſt in veteribus Gregor.

*m Cum jam pridem Simon clericus*, concil. *Cum pridem S. clericus*, Raim. ſed Cont. in marg. *Simon*.

*n De Agra*, vetus Tarrac. *o Lite* pro *cauſa*, Barcin. *& P. clericus pro cauſa*, concil. & Raim. & Cont.

*p Inter eoſdem monachos*, concil. *inter eos*, Raim. & Cont. omiſſa voce *monachos*; *inter eos clericos*, vetus Tarrac.

*q Et P.* vetus Tarrac. *r Se vicem*, concil. cetera, ut edita ſunt. *Cujus vicem gerere ſe*, Raim. & Cont.

*s S.* ſignificatur *Sintonia*, *L. Lintonia*, ut infra declaratur: in conciliis pro *S. Ha.* & pro *L. I.* eſt; *eccleſia, & capella de L.* Raim. & Cont. pro *L.* in uno ex veter. Gregor. eſt *Loco*: *capella de K.* vetus Tarrac.

*t* Vox *pariter* neque in concil. eſt, neque in Gregor. neque in vet. Tarrac. eſt in duobus aliis Tarrac.

*u Ita inter ſe*, concil. & duo Tarracon. *inter ſe*, Raimund. & Cont. ceteris neglectis.

*x* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *y Quas fecerant*, Barcin.

*z Tres marchæ argenti ſolverentur*, Raim. & Cont. *quattuor marcas argenti* [ *ei* ] *perſolveret*, concil. vox *ei* omnino reiicienda eſt. *aa Penitus infeſtatione*, concil. & unus Tarrac. *penitus* omiſſum eſt a Raim. & Cont.

*bb Iſtam* Raim. & Cont. ſed in concil. ut editum eſt, & in uno ex veter. Gregor.

*cc* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt tamen in concil. *dd* Sic etiam in concil. *auctoritate Apoſt. peterent confirmari*, Raim. & Cont. *ee Duximus non*, vetus Tarracon. *minime duximus*, concil.

*ff* Hæc clauſula non placuit Raimund. ſed Contius eam addidit, & eſt in concil.

*gg* Sic etiam Cont. *renuntiaret*, concil. *hh Acquieſcens* Raim. & Cont. *noſtris* in Barcin. deſideratur. *Ille ergo monitis acquievit*, alias *monitus*, concil. *autem* pro *igitur*, vetus Tarrac. cetera, ut edita ſunt.

*ii Ac fratre*, Raimund. *& pro fratre*, Barcinon. & concil. & duo Tarracon.

*kk Abrenuntians*, concil. & Barcin. & duo Tarrac. cetera, ut edita ſunt: *ſuo renuntians*, Raim. & Cont.

*ll Etiam* carent Barcinon. & Tarracon. unus & concil. & Raimund. & Cont.

*mm* Additur in Barcin. & in concil. & in duobus Tarrac. *& capella*: *ſuper hoc*, Raim. & Cont.

*nn Eum*, concil. *quæ nos*, Raim. & Cont. *oo S.* non eſt in Barcin. *prædictis deſtinamus*, concil. non recte: *deſti-*

tes (*a*), ut ex quo prædictus (*b*) P. noſtris ſuper hoc monitis acquievit, ipſi quoque benignius noſtris [*c*] precibus intenderent, & eidem P. (*d*) ac fratri ejus aliquod ſtuderent beneficium providere (*e*), de quo majus lucrum valeant (*f*) Apoſtolica interceſſione percipere, quam eis debuerit (*g*) ex illa pactione illicita provenire. Ceterum quia ſæpe dicti (*h*) prior, & fratres, ſicut accepimus, nec monitis, nec mandatis noſtris (*i*) acquieſcere voluerunt (*k*), nos eorundem (*l*) clericorum laboribus paterna pietate compatientes, vobis per A. s. pr. m. [*m*] qua. priorem, & monachos moneatis (*n*), ut præfato P. & fratri ejus decens, & competens (*o*) beneficium conferant, & aſſignent. Qui ſi forte [*p*] facere noluerint, vos cum exinde requiſiti fueritis (*q*), ſi vobis conſtiterit ſæpe dictos clericos (*r*), prout ipſi aſſeverant (*s*), a prænominata (*t*) eccleſia de Sintonia, & capella de Lintonia (*u*) injuſte, & (*x*) abſque ordine judiciario, & laicali violentia ejectos fuiſſe [*y*], ipſas eiſdem (*z*) reſtitui faciatis, non obſtantibus litteris noſtræ confirmationis [*aa*], quas prædicti prior (*bb*), & monachi a nobis impetraſſe noſcuntur.

## CAPUT V.

*Idem Eboracen. Archiepiſc.* (*cc*)

c. 5. eod. t. ACcepimus, quod quædam eccleſiæ clericis ſunt tali tenore conceſſæ, quod poſt (*dd*) eorum obitum alii nominatim ſuccedant. Verum quoniam (*ee*) hoc iniquum eſt, & ſacris canonibus inimicum, & ideo non debet aliquatenus tollerari: f. t. per A. s. pr. m. (*ff*) qua. hujuſmodi ſucceſſiones tam deteſtabiles, & iniquas contra, & ap. ces. fieri (*gg*) prohibeas, & omnino [*hh*] frivolas, & vanas [*ii*] eſſe decernas.

## CAPUT VI.

*Idem Cant. Archiepiſcopo* (*kk*).

CUM clerici veſtræ juriſdictionis, ſicut accepimus, decedentibus eccleſiarum perſonis paciſcantur (*ll*) pro ipſis (*mm*) eccleſiis majores ſolitis [*nn*] ſolvere penſiones, ut facilius eaſdem eccleſias poſſint adipiſci. Nos quidem (*oo*) ad tam deteſtabile vitium extirpandum, attentam volumus (*pp*) curam, & ſollicitudinem [*qq*] adhibere. Inde eſt, quod f. u. per A. s. pr. m. qua. (*rr*) clericis veſtris [*ſſ*], ne id attemptare præſumant, publice ſub diſtricta pœna prohibeatis (*tt*), & ſi quidem contra (*uu*) prohibitionem veſtram venire præſumpſerint, ap. ces. (*xx*) eos eccleſiis taliter adeptis quam citius [*yy*] ſpolietis, & alias (*zz*) pro tantæ præſumptionis exceſſu, ſeveritate eccleſiaſtica puniatis [*aaa*]. Ad hæc quia ſunt clerici quidam cap. 6. eod. & c. 11. de cenſibus.

*deſtinantes*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis. Ego alterum *S.* tollendum cenſeo, *prædicti Simonis deſtinavimus*, ſed malo *S.* tollere, ut in Barcin. *a Monentes, atque mandantes*, vetus Tarrac. & Barcin. & concil. *mandavimus*, Raim. & Cont. ceteris neglectis. *b* Hæc uſque ad illa, *eidem P.* omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*c Benignis noſtris* concil. vox *benignius* in vet. Tarrac. non eſt. *d P.* in vet. Tarr. non eſt.

*e Et* pro *ac* in concil. cetera, ut edita ſunt: *ac fratri ejus in aliquo ſtuderent beneficio providere*, veteres Gregor. *&* pro *ac* Cont. & alii, & vetus Tarracon. *f* Sic etiam Raim. & Cont. *lucrum valerent*, concil. *lucrum valeat*, unus Tarrac. *g* Sic in concil. ſed Raim. & Cont. *eis deberet*. *h* Sic in concil. (*quia*) *tantum*, Raim. & Cont.

*i* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *non monitis*, *nec etiam*, unus Tarrac. cetera, ut edita ſunt.

*k Volunt*, concil. *noluerunt*, Raim. & Cont. *l* Hæc omittunt Raim. & Cont. uſque ad illa *m. qua.* ſunt in concil. *m Per auctoritatem præſentium præcipimus*, concil. quod non placet: *mandamus*, Raim. & Cont.

*n Moneatis eoſdem*, Raim. & Cont. ſed in concil. ut editum eſt. *o* Sic etiam in concil. *ac* pro *&* unus Tarrac. *ac fratri ejus competens*, vetus Gregor. *&* pro *ac*, Cont. & alii.

*p* Hæc Raim. & Cont. omittunt uſque ad illa, *ſi vobis*, & ſcribunt *alioquin*: at QUOD pro QUI, Barcinon. & concil. & vetus Tarrac. *Hæc autem*, *ſi forte*, alter minus vetus. *q Fueritis requiſiti*, duo Tarrac. *inde* pro *exinde* olim vetus Tarrac. *r* Sic etiam in concil. *dictos clericos*, Raim. & Cont.

*s* Sic etiam in concil. hæc omittunt Raim. & Cont. *t A prædicta*, vetus Tarrac.

*u Litona*, unus Tarrac. *eccleſia de B. & capella de L.* concil. *eccleſia*, *& capella*, Raim. & Cont.

*x* Hæc etiam omittunt Raim. & Contius, ſunt in concil. *y Laicorum* pro *laicali*, concil. *violenter ejectos*, Raim. & Cont. *z Eidem* olim in duobus Tarrac. *aa Noſtris* pro *noſtræ*, Barcin. ceteri, ut editum eſt.

*bb Prædictus prior*, unus Tarr. Ad extremum fatebor me offenſum longitudine reſcripti, cujus quidem æquitatem laudo; maluiſſem tamen, ut in brevem aliquam ſententiam transferretur.

*cc* Sic Raim. & Cont. ſed in concil. d. parte 28. cap. 4. *Dunel. Epiſcopo*, & in priori editione eſt, alias *Dul.* hoc eſt *Dulmen.* ut cap. 3. tit. 27. *dd Ut poſt*, unus ex veter. Gregor. *ee* Sic etiam Raim. & Cont. *Unde quoniam*, concil. *ff* In concil. eſt, *fraternitati tuæ* &c. ut alibi ſæpe: *mandamus*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis: *f. tuæ* &c. vetus Tarrac. *gg Contradictione*, *& appellatione ceſſante fieri*, concil. *contra. & ap. re.* Barcin. & unus Tarrac. *ap. ceſſ.* Raim. & Cont. ceteris omiſſis. *hh* Malo, *prohibeas omnino*, *& frivolas*, ut eſt in uno ex veter. Gregor. *ii* Sic in concil. & in veteri Gregor. *& inanes*, Cont. & alii.

Hoc caput non ad tit. de pactis, ſed ad tit. de inſtitutionibus pertinet.

*kk* Scribe *Cantuarienſi Archiepiſcopo*, *& ejus ſuffraganeis*, ut d. parte 28. cap. 8. & in Barcin. & in vet. Tarr. & apud Raim. & Cont. tam ſub hoc titulo, quam ſub tit. de cenſibus & in hac collect. infra de ſimonia c. 17.

*ll Paciſcuntur*, d. cap. 17. *mm Ex ipſis*, Barcin. & Raim. & Cont. *pro*, in concil. deſideratur, & d. cap. 17. *de ipſis* Tarrac. duo. *nn Solito*, ceteri libri præter Tarrac. tres, & d. cap. 17.

*oo* Sic in concil. & d. cap. 17. *ſed nos*, tantum Raim. *Nos*, *intendentes*, in marg. Cont. & alii.

*pp* Hæc uſque ad illa *f. u.* omittunt Raim. & Cont. ſunt autem in concil. & d. cap. 17.

*qq* Hæc in vet. Tarr. non ſunt. *rr Fraternitati veſtræ &c. quatenus*, concil. *f. u. m. qua.* Raim. ut editum eſt, d. cap. 17. *fra. t. per A. ſ. m. qua.* vetus Tarr. *ſſ* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *omnibus clericis veſtris*, concil. *clericis omnibus veſtris*, Barcin. & d. cap. 17. & duo Tarrac.

*tt* Sic etiam in concil. *diſtrictius prohibentes*, Raim. & Cont. *pœnitentia* pro *pœna* d. cap. 17. ſed non placet.

*uu Et ſi qui contra*, concil. *ſi contra* Raim. & Cont. ut editum eſt, d. cap. 17.

*xx* Sic Raim. & Cont. *ap. poſtpoſita*, Barcin. & d. cap. 17. *appellatione remota*, concil. *appellatione poſtpoſita*, Tarrac. duo. *yy* Sic etiam d. cap. 17. *quantocyus*, concil. utrumque omittunt Raim. & Cont.

*zz Et aliter*, concil. *& alios*, Barcin. *alias*, omiſſo *&* Raim. & Cont. *& alias*, d. cap. 17.

*aaa* Sic etiam in concil. & d. cap. 17. *ſeveritate eccleſiaſtica punientes eoſdem*, Raim. & Cont.

dam (*a*), qui cum religioſis viris (*b*) colluſione facta citra auctoritatem di. Epiſcopi (*c*) eccleſias, quas tenent, eis conſtituunt cenſuales; ut poſt deceſſum eorum eccleſiæ (*d*) per repræſentationem (*e*) eorundem religioſorum virorum (*f*) ad filios, vel nepotes (*g*) clericorum ipſorum poſſint transferri; præſentium auctoritate vobis [*h*] præcipimus, ut ſi qui clericorum veſtrorum (*i*) inventi fuerint facere talia, eos a præſcriptis [*k*] eccleſiis ſub. ap. re. non differatis auctoritate Apoſtolica removere [*l*], ne de ſua (*m*) fraude, vel dolo fructum videantur reportare (*n*).

## TITULUS XXVII.
## DE TRANSACTIONIBUS.

### CAPUT I.

*Gregorius Ant. Subedoni Abbati* (*o*).

De tranſact. cap. 1. SIcut grave &c. (*p*) & infra. Proinde poſt ſalubrem deciſionem de controverſia veſtra factam, decernimus, ut omnia (*q*) inſtrumenta, vel quidquid eſt aliud, quod partibus quoquomodo (*r*), vel ex temporis præſcriptione, ſeu aliter opem de lege, aut quocumque privilegio ferre poterat [*s*], ſit, ſicut vos ponitis (*t*), vacuum, & omni (*u*) virtute caſſatum, & ſola pactorum inter vos nunc habitorum pagina validum, perpetuumque robur obtineat, cui ſi quid forte incuria, vel imperitia minus firmitatis inſertum eſt, vires pleniſſimæ rationis [1] ex hac noſtra auctoritate ſuſcipiat (*x*).

### CAPUT II.

*Alexander III.*

STatuimus, ut ſi ſuper decimis inter vos, & aliquam perſonam eccleſiaſticam aſſenſu Epiſcopi, vel Archidiaconi [*y*] ſui (*z*) compoſitio facta fuerit, rata perpetuis temporibus (*aa*) & inconcuſſa [*bb*] perſiſtat. c. 2. eod. t.

### CAPUT III.

*Idem Dulmen. Epiſcopo* [*cc*].

COntigit [*dd*] interdum, quod Abbas (*ee*) vel prior alicujus conventualis eccleſiæ cum eccleſiaſtica, vel ſæculari perſona ſuper iis, de quibus inter eos controverſia vertitur (*ff*), coram delegato, vel ordinario judice tranſigat, litteris capituli ſui de ratihabitione monſtratis (*gg*), ipſum tamen capitulum (*hh*) eandem tranſactionem nititur revocare. Unde quia cap. 3. eod.



(1) Alii, *nationis*.

*a Ad hoc*, d. cap. 17. Hanc poſteriorem hujus capitis partem Raim. ſub titulo de cenſibus collocavit, additis initio verbis his: *cum clerici*, & infra. Contius omiſit admonere lectorem ad cap. 6. de pactis eſſe veniendum. *Sunt*, a Raim. omittitur. *Ad hoc*, Cont. & alii ſcribunt, ſed *Ad hæc* eſt in veteri Gregor. ut editum eſt, in concil. *b* Sic etiam in concil. & d. cap. 17. *cum religioſis*, Raim. & Cont. ceteris neglectis.

*c Contra auctoritatem dioc. Epiſcopi*, vetus Gregor. *ſine auctoritate dioeceſiani Epiſcopi*, concil. *dioec.* pro *di.* Cont. & alii; cetera ut edita ſunt: *dicti Epiſcopi*, d. cap. 17. ſed Barcin. habet *dioeceſani Epiſcopi*, & Tarrac. vetus.

*d* Omnes libri habent, *eorum eædem eccleſiæ*, præter Tarracon. recentem.

*e* Sic etiam d. cap. 17. & Raim. & Cont. *per præſentationem*, concil. & vetus Tarrac.

*f* Vox *virorum* iterum a Raim. & Contio omittitur: in concil. eſt, & d. cap. 17.

*g Vel ad nepotes*, vetus Tarrac. *h* Hæc etiam omittunt iidem, ſint licet in concil. & d. cap 17. Ante hæc verba eſt in Barcin. d. cap. 17. *Inde eſt, quod.* *i Clericorum ipſorum*, concil. omnia omiſſa ſunt a Raim. & Contio ut editum eſt, d. cap. 17. Vox *veſtrorum* in veteri Tarrac. non eſt.

*k* Sic etiam d. cap. 17. & Raim. & Cont. Vox *eos* in concil. non eſt: *a præſcriptis eos*, vetus Tarrac.

*l* Sic d. cap. 17. *appellatione remota non diff.* &c. ut edita ſunt in concil. *non differatis appellatione poſtpoſita removere*; Raim. & Cont. cetera omittuntur: *ap. re.* hoc eſt *appellatione remota*, vetus Tarrac. ſublato *ap. re.* &c. *removeri*, alter Tarrac. *m* Hæc ſunt in concil. omittuntur a Raim. & Cont. Vox *ſua* d. cap. 17. omittitur in uno Tarrac. eſt in Barcin. *n Videantur commodum reportare*, d. cap. 17. *fructum reportare videantur*, duo Tarrac. *o Sub. & Don. Abb.* vetus Tarrac. mendoſa hæc ſunt: ſcribi debuit, *Antonio ſubdiacono, & Dominico Abbati*, quæ nomina in Gregoriana collectione ſcripta fuiſſe ſuſpicor. Hodie falſo *Greg. III.* nec recte *Anthemia* pro *Antonio* Contius in marg. exſtat lib. 7. epiſt. 27. regiſtri *B. Gregorii*, in quo poſt verbum *Abbati*, additur, *atque presbytero*, a paribus; & in veteribus libris pro *Dominico Demetrio* ſcriptum eſt, in alio edito eſt *Domitio.* *p* Sic etiam Raim. & Cont. ſed ex regiſtro ſcribendum eſt, *Sicut grave, & plenum vituperationis eſt, inter perſonas omnipotenti Deo militantes, de ſæcularibus negotiis ortam diu controverſiam permanere: ita laudabile, & ſtudio eſt religioſo conveniens, terrenis gratam Deo pacem præferre compendiis, & ex rebus tranſitoriis manſura ſemper caritatis lucra mercari.* Poſt hæc verba narrat ortam fuiſſe de quibuſdam poſſeſſionibus contentionem inter Præpoſitos cujuſdam monaſterii, & adminiſtratores xenodochii Valeri, cui Antonius poſtea præpoſitus fuit: & eam diſcordiam ſopitam fuiſſe pactis initis inter eundem Antonium, & illum Demetrium, ſive Dominicum Abbatem ejuſdem monaſterii. Mox additur: *Neceſſe eſt, ut omnis diſcordiæ poſſit occaſio præveniri; ea quæ geſta ſunt, interveniente auctoritate firmari. Proinde per hujus præcepti ſeriem hoc decernendum eſſe perſpeximus: ut omnia* &c.

*q* Vox *proinde* omittitur a Raim. cetera verba non Gregorii ſunt, ſed Papienſis ſententiam Gregorii explanantis: verba Gregorii ſunt hæc: *Nunc inter te Antonium ſubdiaconem noſtrum memorati xenodochii præpoſitum, & ediverſo dilectiſſimum filium noſtrum Dominicum alias Demetrium Abbatem, atque presbyterum dicti monaſterii pactis intervenientibus, ſalubris proceſſit Deo auctore deciſio. Neceſſe eſt*, &c. ut ſupra: pro *decernimus*, *decrevimus* eſt in vet. Tarr.

*r* Sic etiam Raim. & Cont. multis omiſſis: *quod partibus quod abſit, ad invicem contra ſe venire cupientibus quoquo modo*, regiſtr. *s* Sic etiam Raim. & Cont. *poterat miniſtrare*, regiſtr. *ferre poterit*, unus Tarrac.

*t Petitis*, Barcin. *ſicut & vos poſcitis*, regiſtr. & duo Tarrac. omnia hæc a Raim. ſunt omiſſa, & a Contio.

*u Omnique*, vetus Tarrac. *x Rationis*, vetus Gregor. *notionis*, duo Tarrac. & Cont. & alii; *munitionis, & ſoliditatis*, regiſtr. vetus *ſoliditatis* tantum: ego *munitionis*, aut *ratihabitionis*. Vidimus enim alibi *rationem* pro *ratihabitione* ſcribi cap. 2. de pactis. Pluribus poſtea verbis hæc confirmantur, quæ in eodem regiſtro legi poſſunt.

*y Vel Archiepiſcopi*, vetus Tarrac. & Raim. & Cont. & d. parte 28. cap. 3. ſed mihi edita magis placent; *de aſſenſu* &c. Cont. & alii. *z* Hæc vox in vet. Tarrac. non eſt. *aa* Sic in concil. omiſſa ſunt a Raim. & Contio. *bb* Sic omnes, ſed in uno ex veter. Gregor. *& illibata.* *cc Dulmenſi Epiſcopo*, vetus Tarr. Cont. & alii. *Duimen. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Dunel. Epiſcopo* d. parte 28. cap. 5. *Almenſinenſi Epiſcopo*, unus ex veter. Gregor. *dd Contingit*, concil. & duo Tarrac. & Raim. & Cont. non male.

*ee Quod licet Abbas*, Barcin. & unus Tarrac. concil. & Raim. & Cont. *ff Vertebatur controverſia*, vetus Tarr.

*gg* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *hh* Sic in concil. *capitulum tamen*, Raim. & Cont.

ſuper hoc conſulere (*a*) voluiſti, conſultationi t. taliter (*b*) reſpondemus; ſi Abbas (*c*), vel Prior a capitulo ſuo (*d*) de ratihabitione litteras habuerit, tranſactionem, quam fecit, ſi fuerit [*e*] aliquot annis ſervata, capitulum, ac ſi non (1) conſenſerit, eam non poterit revocare [*f*].

## CAPUT IV.

*Idem Abbati de Stradeford, & Priori de Eſcbi* [*g*].

cap. 4. eod. CONſtitutus in præſentia noſtra G. clericus ſua nobis aſſertione monſtravit, quod, cum inter ipſum, & Alanum (*h*) clericum ſuper capella de Stradeford [*i*] controverſia emerſiſſet, tandem per tranſactionem fuit ſopita, & licet tranſactio ipſa (*k*) hinc inde fide præſtita confirmata fuiſſet (*l*), eam præfatus Alanus (*m*) ſervare contradicit (*n*. Quia igitur (*o*) hujuſmodi tranſactiones ſpeciem nonnumquam continent ſimoniæ [*p*], & non ſolum a malo [*q*], ſed etiam a ſpecie mali [*r*], ſecundum Apoſtolum, nos convenit abſtinere: d. u. per A. s. pr. m. (*s*) qua. cum propter hoc [*t*] fueritis requiſiti, partes ante præſentiam veſtram convocetis, & revocata tranſactione in irritum, cauſam diligentius audiatis, & finem canonico terminetis [*u*].

## CAPUT V.

*Idem Carnoten. Epiſcopo* (*x*), *pars c. Nos in eminenti* (*y*).

DE cetero noveris, quod cum aliquis ad extraordinarium judicem litteris impetratis cum adverſario ſuo componit (*z*), poſtmodum in eccleſia, de qua agitur, jus aliquod (*aa*) habiturus; ſi compoſitio [*bb*] non eſt juri [*cc*] contraria, non eſt a loci Epiſcopo (*dd*) aliquatenus reprobanda [*ee*], ſed cenſus (*ff*) abſque Epiſcopali (*gg*) auctoritate, & cui præeſt eccleſiæ (*hh*), ſuper hoc, ſub hoc (*ii*) præte- cap. 5. eod.

(1) Alii, *de eſt non*.

*a Super hoc nos conſulere*, concil. & unus Tarrac. aptius: *nos conſulere*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis.
*b Conſultationi tuæ taliter*, concil. & duo Tarrac. *tibi*, Raim. & Cont. *taliter tibi*, unus ex vet. Gregor.
*c Quod ſi Abbas*, concil. & unus Tarracon. & Raimund. & Contius non male.
*d* Sic omnes, præter unum ex veter. Gregor. in quo eſt, *capituli ſui* (*de* pro *a* in concil.)
*e Præſertim ſi fuerit*, concil. ſed Raimund. & Cont. ut editum eſt.
*f Ac ſi non conſenſerit in eam, non poterit aliquatenus revocare*, concil. *ac ſi non conſenſerit in eam, non poterit revocare*, vetus Gregor. in quo *non* aliquando deſiderabatur: in altero minus veteri negatio *non* eſt. Contius, & alii *non* habent. Hanc varietatem Oſtienſis notat, *& ſi non* &c. Barcin. varietas negationis eſt in tribus Tarrac. vox *eam* in veteri deſideratur: *in eam*, eſt in altero. In fine omiſſa eſt pars ejuſdem reſcripti, quæ videtur ad titulum de inſtitutionibus pertinere: *Super eo vero, quod clerici, & religioſæ perſonæ, ſicut aſſeris, litterarum intuitu, quas habent a laicis, ſibi jus in eccleſiis vindicant: hoc tibi volumus innoteſcere, quod ubi Epiſcopalis auctoritas non acceſſerit, per illos eccleſias ſuas non poſſunt obtinere.*
*g Abbati de Staforde, & Priori de Heleſbi*, d. parte 28. cap. 6. *Abbati de Stra. & Priori ſancti Euſebii*, Cont. & alii pro *Stra. Strat.* eſt in veteri Gregor. in alio *Tran.* vide infra collect. 2. cap. 3. ejuſd. tit. ſimilem inſcriptionem. *Stafor. & Eſebei*, vetus Tarrac. *Straforc, & Eſebi*, alter Tarrac.
*h Et A.* concil. & vetus Tarrac. & Cont. & alii, ſed *H.* eſt in veteri Gregor.
*i De Moſtraton.* Barcin. *de Stancona*, concil. *de Strat.* vetus Gregor. *de Stant.* alter vetus; *de Stratis*, Cont. & alii; *de Statro*, vetus Tarrac. *de Statori*, alter minus vetus. *k Et licet*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis: ut editum eſt, in concil. *l Firmata fuiſſet*, concil. & unus Tarrac, & Raim. & Cont.
*m Eam tamen præfatus*, *A.* concil. & duo Tarrac. & Raim. & Cont.
*n* Sic etiam in concil. *ſervare recuſat*, Raim. & Cont. *firmare contradicit*, vetus Tarrac.
*o Quia ergo*, concil. ſed ut editum eſt, Cont. & alii: *Quia*, vetus Gregor. altera voce omiſſa.
*p Obtinent ſimoniæ*, concil. aptius: ut editum eſt, Raim. & Cont. *q Pulcherrima verba* omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *r Mala* Barcin. & unus Tarrac. *&* pro *etiam*, concil. cetera, ut edita ſunt: *ſed etiam ab omni ſpecie mali*, vet. Tarrac. Paulus in epiſt. priore ad Theſſalonic. cap. 5. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε. *ab omni ſpecie malæ abſtinete ſi* τοῦ πονηροῦ ſcriberetur recte ſpecie mali verti poſſet. Non diſſimile eſt, quod Cæſarem ferunt dixiſſe, cum uxorem ſuſpectam dimiſiſſet, Cæſaris uxorem etiam ſuſpicione criminis carere oportere: ſumptum videtur ex oratione Æſchinis adverſus Timarchum. ὥστε μὴ ἐπιδέχεσθαι δόξαν αἰτίας πονηρᾶς. *s Diſcretioni veſtræ* &c. concil. *mandamus*, Raim. & Cont.
*t* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. uſque ad illa verba, *revocata tranſactione*: ſunt autem in concil.
*u Cauſam audiatis &c.* Raim. & Cont. ceteris omiſſis: *diligenter* pro *diligentius*, in concil. cetera, ut edita ſunt. In uno ex veteribus poſt *&c.* additum eſt, *ideſt fine canonico terminetis*, non male: *debito* pro *canonico*, vetus Tarrac. *x* Ante hoc caput in Barcin. eſt cap. 1. de tranſactionibus collect. 2.
*y* Sic etiam in concil. d. parte 28. cap. 10. ſed hæc omittunt Raim. & Cont. & duo Tarrac. Videtur ſimile initium eſſe cap. 13. partis 49. ad Eboracenſ. Archiepiſcopum, cujus pars eſt cap. 5. de ſentent. & re judicata in Gregor. licet aliud initium ſit in Barcin. & apud Contium, ſed ipſum caput exſtat in hac collectione ſub tit. de appellation. cap. 40. & d. parte 49. cap. 12. & 13. tantum primum verbum deſideratur: *In eminenti*, inquit, *ſpecula eccleſiæ, licet immeriti, diſponente Domino conſtituti, intendere debemus conſultationibus ſingulorum.* Eſt alia epiſt. Hadriani Papæ cap. 10. parte 13. cujus initium eſt: *Nobis in eminenti ſpecula diſponente domino conſtitutis &c.* ut cap. 15. de decimis in hac collectione. At capite 9. de cenſibus in hac collect. ſcriptum eſt, pars cap. *In eminenti*: eſt autem totidem fere verbis, quot hoc ſcriptum.
*z* Sic Raim. & Cont. *ſuo forte componit*, concil. non male: ut editum eſt, d. cap. 9.
*aa* Ante hæc verba eſt in duobus Tarrac. d. cap. 9. *non eſt*, quæ voces in altero deletæ ſunt.
*bb Sed ſi* pro *ſi* duo Tarrac. d. cap. 9. *cc Eſt* vetus Tarrac. voce *non* omiſſa. *dd Ab Epiſcopo loci*, vet. Tarr.
*ee Approbanda*, vetus Tarrac. altera voce omiſſa: *revocanda*, Barcin. *reprobanda*, Raim. & Cont. altera etiam voce prætermiſſa: *hæc aliquatenus reprobanda*, concil. *aliquatenus improbanda*, duo Tarrac. d. cap. 9.
*ff* Mendoſe in Contii libro; *ſed ſenſus*, operarum culpa: idem ſcriptum in uno ex veter. Gregor.
*gg Speciali*, duo Tarrac. d. cap. 9. *hh Et eccleſiæ, cui præeſt*, concil. *& cui eccleſiæ præeſt*, vetus Gregor. *cui præeſt eccleſiæ*, Cont. & alii: *eccleſiæ, cui præeſt*, alter vetus Gregor. *& eccleſiæ*, duo Tarrac. aliis poſtea additis: *& eccleſiæ, ſub hoc, cui præeſt*, d. cap. 9. vox *&* in uno Tarrac. deletum eſt d. cap. 9.
*ii Sub hoc*, concil. & Raimund. & Cont. & duo Tarracon. aliis omiſſis.

UNED

textu ſolutus [*a*], vitam ejus, qui ſolverit, non excedit [*b*].

CAPUT VI.

*Idem venerabilibus fratribus R. Eboracen.* (*c*) *Archiepiſcopo A. Sedis Legato, & R. Wigor. Epiſcopo.*

cap. 6. eod. EX litteris veſtræ f. (*d*) accepimus, quod, cum olim inter R. (*e*) & A. clericos ſuper eccleſia de Miniſtra (*f*), & capella de Torhec, ad eandem eccleſiam pertinente (*g*), coram te, frater Epiſcope, qui judex fueras delegatus, auctoritate G. qui tunc eidem A. patrocinabatur in cauſa, & teſtis inſcriptus fuerat, tranſactio jampridem facta [*h*] fuiſſet; poſt tranſactionem [*i*] idem G. veniens ad præſentiam noſtram, & ſe (*k*) mentiens clericum [*l*], cum nondum eſſet tonſuratus in clericum,

* *Dunhelinum.* Cujac. ad Duellinum * Epiſcopum, & Decanum Eboracenſem, ſi bene meminimus (*m*), ſuper eandem eccleſiam, & capellam (*n*) tacita veritate (*o*) de tranſactione, ipſe G. (*p*) litteras noſtras (*q*) impetravit. Cum autem idem G. (*r*) & reſponſales prædicti R. [*s*] in noſtra deinde (*t*) præſentia fuiſſent conſtituti, nos ex litteris veſtris veritatem ſuper his cognoſcentes, & attendentes, etiam quomodo (*u*) præfatus G. non infitiabatur, ſe tranſactioni interfuiſſe, & nondum fuiſſe tonſuratum, cum litteras ipſas (*x*) obtinuit; ei ſuper præſcripta eccleſia (*y*), & capella auctoritate Apoſtolica (*z*) ſilentium imponimus (*aa*), & memoratum R. (*bb*) ab ejus impetitione duximus abſolvendum.

TITULUS XXVIII.

DE POSTULANDO.

CAPUT I.

*Ex concilio Lateranen.* (*cc*)

CLerici in ſubdiaconatu, & ſupra, in minoribus quoque ordinibus (*dd*), ſi ſtipendiis eccleſiaſticis ſuſtentantur (*ee*), coram ſæculari judice advocati in negotiis ſæcularibus (*ff*) fieri non præſumant, niſi propriam cauſam, vel eccleſiæ ſuæ (*gg*) fuerint proſecuti, aut pro miſerabilibus forte perſonis, quæ proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt (*hh*). De poſtul. cap. I.

TITULUS XXIX.

DE PROCURATORIBUS.

CAPUT I.

*Gregorius Maximo Salonit. Epiſcopo* [*ii*].

ALia quidem &c. (*kk*) Scripſiſſe te quibuſdam noſtris (*ll*) comperimus, quod prædictos viros (*mm*) tunc in cauſa non immiſeris (*nn*), & ideo ea, quæ cum ipſis facta ſunt (*oo*), non debere ſubſiſtere. Sed & Thomas (*pp*) hoc idem verbum ſibi (*qq*) a te dictum perhibuit, ex qua re nec præſentium portionibus jam [*rr*] judicavimus eſſe credendum, ne de ipſis quoque poſt hoc (*ſſ*) ſimiliter diceretur (*tt*). Quia ergo hæc res nos cautos eſſe debere [*uu*] præmonuit, ſi cauſam vultis dice- De procur. cap. I.



*a* Sic etiam Barcin. & tres Tarrac. d. cap. 9. *prætextu non eſt imponendus, & ſi fuerit ſolutus* quartus Tarrac. *b Non excedat*, unus Tarrac. d. cap. 9. *c Idem Eborac. Archiepiſcopo, & Wigorn. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Eboracenſi Archiepiſcopo, & Vigoren. Epiſcopo*, Cont. & alii: in alio veteri eſt, *Vigornien. Epiſcopo. Idem Ebor. Arc. & A. S. L. & R. iii. Ep.* vetus Tarrac. mendoſe. *d Fraternitatis*, duo Tarrac. *Ex literi veſtris*, Raim. & Cont. *e* R., vetus Tarrac. *f De Miniſtr.* vetus Gregor. *de Vult.* Cont. & alii: *de Miniſterio*, in alio veteri Greg. *de Miniſtro*, vetus Tarrac. *de Miniſtri*, alter Tarrac. *g* Hæc omittunt Raim. & Cont. pro *Torhec* eſt in Barcin. *Torſtolhec. Coſtollis*, in vet. Tarrac. *Corſtolis*, in altero. *h Facta* Raim. & Cont. ceteris omiſſis. *i Poſtmodum*, Raim. & Cont. *k* Se tantum Raim. & Cont. ceteris neglectis. *l Eſſe* additur in vet. Tarrac. *m* Hæc etiam iidem omiſerunt. *Divellinum* pro *Duellinum*, Barcin. *Vellinum* vetus Tarrac. *Mulinenſem*, alter. *n Super eadem eccleſia, & capella*, Barcin. & duo Tarrac. *& capella* omittunt Raim. & Cont. cetera, ut Barcin. *o Tacito* Raim. & Cont. *p Ipſa*, Barcin. & duo Tarrac. omnia omittunt Raim. & Cont. *q Litteras a nobis*, vetus Tarrac. *r* Quæ ſequuntur, uſque ad illa, *G. non infitiabatur*, omittunt Raim. & Cont. qui ita ſcribunt: *Cum autem idem G. non infitiaretur.*

*s* R., vetus Tarrac. *t Demum*, duo Tarrac. *u Quod*, vetus Tarracon. *x* Sic etiam veteres Greg. *iſtas* pro *ipſas*, Cont. & alii. *y Prædicta eccleſia* unus Tarrac. & Raim. & Cont. *eadem eccleſia*, unus ex veteribus Gregor. *z* Hæc omittunt Raim. & Cont. *aa Silentium perpetuum imponimus*, Barcin. *ſilentium duximus imponendum*, Raim. & Cont. *ſilentium perpetuum impoſuimus*, vetus Tarr. *ſilentium in perpetuum imponimus*, alter Tarrac. *In* tamen poſtea deletum eſt. *bb* Hæc omittunt Raim. & Cont.

*cc* Adde *cap.* 12. ex libro conciliorum; eſt autem hoc ſub Alexand. 3. habitum, ut recte admonet Contius.

*dd Et in* pro *in*, concil. & Cont. *in ordinibus quoque minoribus* Raim. Addit Cont. *conſtituti* quaſi ea vox omiſſa fuerit a Raimund. *ee* Sic in concil. *ſuſtententur*, Raim. *ſuſtentur* mendoſe Cont. in uno ex veteribus *ſuſtentantur*. *ff* Vox *ſæcularibus* deſideratur in concil. *gg* Vox *ſuæ* in uno Tarrac. non eſt.

*hh* Poſt hæc verba ſequitur in concil. *ſed nec procurationes villarum &c.* ut cap. 4. *ne clerici vel monachi &c.* in Gregor. quo loco debuit Contius adſcribere illud eſſe partem capitis 12. ejuſdem concilii Lateran. ſed adſcripſit, p. cap. *Clerici* non male. Idem poſt hæc verba *non poſſunt* addit primam clauſulam d. cap. 4. uſque ad illa verba, *ſi quis adverſus*, neque admonet lectorem, ubi cetera inveniantur.

*ii* Scribendum eſt, *Salonitano Epiſcopo*, ut lib. XI. epiſt. XI. ſive XIII. cap. 13. regiſtri B. Gregorii, non *Salonenſi*, ut Cont. & alii. *kk* Sic etiam Raim. & Cont. *Aliqua alia* &c. Barcin. non recte. Hæc enim Gregorii verba ſunt: *Alia quidem ſcripta ad fraternitatem tuam antea feceramus: ſed tempore, quo homines tuos, quos ad nos miſiſti, relaxare voluimus, ſcripſiſſe te &c.* *ll* Sic in veteri regiſtro; *noſtrum* pro *noſtris* in vulgari libro; utrumque omittunt Raim. & Cont. *quibuſdam*, retinent: *temporibus* additur in uno Tarrac. mendoſe.

*mm* Sic etiam Raim. & Cont. *quod Veteranum presbyterum, atque Optatum Defenſorem*, regiſtr.

*nn Tunc ad cauſam non miſeris*, Raim. addit Cont. pro *tunc* alias *nunc*, ut alii, non ſine mendo: *tunc minime in cauſa tranſmiſeris*, regiſtr. *tunc in cauſam non miſeris*, vetus Tarrac.

*oo* Sic etiam in veteri regiſtro, excepto *facta* pro quo eſt *acta*, quod malo: pro *ipſis* in editis eſt *eis. Ea*, Raim. & Cont. omittunt, cetera ut edidimus, ediderunt; *acta* pro *facta* duo etiam Tarrac. habent.

*pp* Sic etiam Raim. & Cont. additur in regiſtro, *eccleſiæ tuæ Defenſor.* Vox *&* in vetus Tarrac. non eſt.

*qq Sibi verbo*, regiſtr. *ſibi hoc*, Raim. & Cont. *rr Jam*, omittunt Raim. & Cont. *jam nec præs. port.* unus Tarrac. & vetus regiſtr. *nec*, in vulg. deſideratur. *ſſ Hæc* pro *hoc*, regiſtr. malo *hac.* Omnia omittunt Raim. & Cont. *tt Firmiter* pro *ſimiliter* eſt in quibuſdam Gregor. mendoſe: *ſimile alias*, in vet. Tarrac.

*uu Hæc nos res valde fecit ambigere, & cautos eſſe debere*, regiſtr. *hoc nos cautiores eſſe*, Raim. & Cont. *nos hoc*

re (*a*), inſtructam perſonam (*b*) cum mandato legaliter facto, tuo [*c*], & presbyterorum, ſeu diaconorum, & teſtium [*d*] ſubſcriptionibus roborato, geſtiſque ex more indito tranſmittite (*e*), ut quidquid cum ea actum (*f*) fuerit, poſſit cum ea jure ſubſiſtere [*g*].

## †DE SYNDICO.†

### CAPUT I.

*Gregorius Petro ſub. Siciliæ* [*h*].

De Syndic. cap. I.

SIcut ſtudii noſtri eſſe condecet (*i*), a litigiis foralibus (*k*) monachos ſubmovere, ita neceſſe (*l*) eſt noſtra proviſione, quemadmodum negotia eorum diſponi debeant, ordinare. Pro qua re tibi præcipimus (*m*), quat. cum Fauſto loqui debeas (*n*), quem ſi hoc velle perſpexeris (*o*), monaſterii ipſius generaliter debeas conſtituto ſalario negotia commendare: expedit enim parvo incommodo [*p*] a ſtrepitu cauſarum ſervos Dei quietos exiſtere (*q*).

## TITULUS XXX.
## DE IIS, QUÆ VI, METUSVE CAUSA FIUNT.

### CAPUT I.

*Alexander III. Oſcen. Epiſcopo, & Priori Sanctæ Mariæ Cæſaraug.* (*r*)

De iis, quæ vi. c. I.

RElatum eſt ad audientiam noſtram (*s*), quod cum quidam vir nobilis, prudens, & potens (*t*) A. nomine (*u*) M. mulierem (*x*) de Oreja quondam (*y*) uxorem ſuam [*z*] ſuſpectam haberet, fratri, & militibus (*aa*) ſuis præcepit, ut eam longe ad privata loca deducerent, & gladio occiderent; qui cum ipſi (*bb*) ad quandam ſilvam duxiſſent (*cc*), & evaginato gladio eam (*dd*) occidere vellent (*ee*), eadem ad pedes (*ff*) cognati cecidit, & ut ſibi vitam ſervaret, lacrimoſa ſupplicatione rogavit. Cognatus vero miſericordia, & pietate ductus (*gg*) ei ſub tali condicione pepercit (*hh*), quod in monaſterio de Colobres (*ii*) habitum monaſticum deberet ſuſcipere [*kk*]. Quo audito

*cautos eſſe debere*, vetus Tarracon. *a* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt autem in regiſtro: *diſcere* vetus Tarrac. pro *dicere*, *ducere* alter; ego *dicere* malo. *b* Sic etiam Raim. & Cont. *inſtructam de cetero perſonam*, regiſtr. *c* Malo *tua*, ut in Barcin. aut *tuis*, ut in regiſtro: *facto*, Raim. & Cont. altera voce omiſſa.

*d* Sic vetus regiſtr. *in teſtimonium*, recens; *teſtiumque* Raim. & Cont. *e* Sic vetus regiſtr. *indito tranſmittatur*, recens; *indicto tranſmitte*, Raim. & Cont. *indicto tranſmittite*, vetus Tarrac.

*f* Sic vetus regiſtr. & Raim. & Cont. *eo* pro *ea* vulgares libri. *g Poſſit jure ſubſiſtere*, regiſtr. & duo Tarrac. *jure ſubſiſtat*, Raim. & Cont. Poſt hæc verba in regiſtro eſt: *Nam nos non ſolum tibi, ſed etiam omnibus quod juſtum, legitimumque fuerit, parati ſumus Deo juvante per omnia cuſtodire.* Poſtea in veteri libro eſt: *Tantum eſt, ut & tu, quod lege præcipitur, facere non omittas*: in alio edito vox *eſt* deſideratur, cetera ſunt.

*h Subdi.* vetus Tarrac. pro *ſub.* ſcribe *ſubdiacono* ex lib. 1. epiſt. 67. regiſtri: *Greg. P. ſubd. & defenſori Siciliæ*, vetus Raim. liber: Contius, & alii, *P.* omittunt, ſed in marg. Contius *Petro* ſcripſit, & recte numerum epiſt. addidit. *i* Sic etiam in regiſtro: *eſſe debet*, Raim. & Cont. verbum *eſſet* aliquando in vet. Tarrac. non fuit. *k Forenſibus* Raim. & Cont. ut editum eſt in regiſtr. *l* Sic etiam Raim. & Cont. ſed plura verba ſunt in regiſtro: *ut divinis miniſteriis pie, ac ſollerter invigilent: ita neceſſe*, ſic in veteri regiſtri libro; in recenti *monaſteriis* pro *miniſteriis*. *m* Vox *tibi* in uno Tarr. non eſt. Hæc Bern. Papienſ. mutavit, aut is, a quo hæc ſumpſit. Raim. & Cont. nihil aliud ſcribunt, ſed in regiſtro eſt: *ne diſtracta mens per varias cauſarum curas effluat, & ad celebrandum opus conſuetum enervata torpeſcat. Præſentium itaque lator Abbas Joannes plurima ſe monaſterii ſui aſſeruit habere negotia: pro qua re experientiam tuam per præſentis præcepti paginam admonemus.* In vet. regiſtro, pro *ne diſtracta* eſt, *uti ne diſtenta*: in alio edito pro *effluat* eſt *defluat*.

*n* Sic etiam Raim. & Cont. ſed in regiſtro eſt, *quatenus cum Fauſto, qui Romani viri memorandi ex tempore cancellarius fuerat, loqui debeat*: in veteri regiſtro eſt, *qui Romanæ memorandæ. Ex prætore cancellarius fuerat, loqui debeas*: forte ſolum *ex tempore* mendoſum eſt, pro quo *Ex prætore* ſcribo. In alio libro edito eſt pro *viri memorandi ex tempore* [*viri magnifici Ex prætore*] aptius. *o Cui, ſi voluerit, conſtituto ſalario, monaſterii generaliter debeas negotia commendare*, Raim. & Cont. *Cujus ſi pronam ad hanc rem compereris voluntatem, ei monaſterii ipſius generaliter debeas, conſtituto ſalario, commendare negotia*, regiſtr. Hic Raim. diſceſſit a Bernardi verbis, Bernardus a Gregorianis: *proſpexeris* pro *perſpexeris* habet unus Tarracon.

*p* Sic regiſtr. & vetus Raim. liber: *cum parvo incommodo*, Barcin. *pro parvo incommodo*, Cont. & alii.

*q* Sic etiam in regiſtr. *ſervos Domini eſſe quietos*, vetus Raim. liber. *Dei* pro *Domini*, Cont. & alii, cetera ut vetus: *quiete* pro *quietos* Barcin. cetera, ut edita ſunt. Poſt hæc verba additur in regiſtro: *ut & utilitates cellæ per negligentiam non pereant: & ſervorum Dei mentes ad opus dominicum liberiores exiſtant.*

*r Margaritæ* pro *Mariæ* Barcin. quod non placet. *Oſten. Epiſcopo, & Priori ſanctæ M. Caſtraug.* vet. Gregor. mendoſe. *Oſſen. Epiſcopo, & Priori S. Mariæ Cæſ.* in alio veteri, minus mendoſe. *Oſcæ*, pro *Oſcen.* vetus Tarr. *Cæſarauguſtan.* alter Tarrac. *Exon. Epiſcopo, & Priori S. Mariæ Cæſaraug.* Contius, & alii, non recte. In concil. parte 50. cap. 13. tota inſcriptio deſideratur. *s Relatum eſt auribus noſtris*, concil. *Perlatum* pro *Relatum* Barcinon. & unus Tarracon. & Raim. & Cont. aptius: cetera ut edita ſunt.

*t Prudens* non eſt in Barcin. neque in vetus Tarracon. *vir nobilis*, concil. cetera nulla ſunt: *nobilis, & potens*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis: *& prudens*, unus Tarrac. omiſſis illis, *& potens*, non recte.

*u Atorelia nomine*, vetus Tarrac. aptius: *Atornellan, ſive Atorellā*, alter Tarrac. *Ateorelia nomine*, concil. *Atornella nomine*, Barcinon. Raim. & Cont. omnia omittunt. *x Mariam*, unus ex veteribus Gregor.

*y* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *Orrea* pro *Oreja*, Barcin. quod placet: in concil. ut editum eſt: *Roeia*, vetus Tarrac. *Orreja* alter Tarrac. aptius. *z Suam* in Barcin. deſideratur.

*aa Milites ſui ejus præcepto*, Raim. & Cont. ſed in conc. ut editum eſt. *bb Ipſam*, concil. & duo Tarrac. rectius: *eam* Raim. & Cont. ceteris omiſſis. *cc* Sic etiam in concil. *ducentes* Raim. & Cont.

*dd Eam* in concil. non eſt, neque in duobus Tarrac. *evaginato gladio*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*ee* Sic etiam in conc. *occidere voluerunt*, Raim. & Cont. *ff* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*gg Motus* pro *ductus*, Barcin. *Cognatus vero & pietate, & miſericordia motus*, concil. *ſed tandem pietate ducti*, Raim. & Cont. *Cognatus vero miſericordia motus, & pietate*, vetus Tarrac. omiſſa voce *ductus*. *Cognatus vero pietate ductus, & miſericordia*, alter Tarrac. *hh Tali* in concil. non eſt: *ſub tali condicione pepercerunt eidem*, Raim. & Cont. *ii De Tolabres*, concil. *de Tollebres*, vetus Tarrac. *de Tolobres*, alter; *de Colobris* Raim. *de Calobris*, Cont. *Colubrienſi*, unus ex veteribus Gregor. credo *Talabres* ſcribendum.

*kk* Sic etiam in concil. *habitum ſuſciperet monachalem*, Raim. & Cont.

UNED

to maritus (a) ejus, quia reſervata erat (b) ad vitam, grave plurimum tulit (c), ſed tamen poſtmodum acquievit, ſicque factum eſt, quod duos Epiſcopos Cæſarauguſtan. & Triſaſconen. (1) (d) ut eam benedicerent, & ei velum (e) imponerent, ad monaſterium ipſum adduxit (f). Epiſcopi vero rem ignorantes, & quia juvenis (g) erat, & filium habebat parvulum (h), mutationem vitæ ſuæ ſuſpectam habentes, eam ſeorſum convenerunt [i], quæ utique ipſis rem per ordinem [k] pateſaciens, quod mortis timore, & non bono animo (l) monaſterium intrabat, propoſuit [m], & quod quandocumque poſſet, inde exiret (n), nihilominus adjecit. Tunc Epiſcopis (o) de morte ipſius (p) timentibus, & quod ab ea (q) audierant, propalare nolentibus alter eorum Tyraſon. s. (r) ut viri illius [s] tyrannidi ſatisfacere videretur, mulieri velum imponere (t) ſimulavit. Tandem autem viro, & fratre de medio ſublatis (u), prædicta mulier de monaſterio exivit, & cuidam nobili [x] P. videlicet de Camberiis nupſit (y). Sorores autem cum reclamarent [z], & Epiſcopo Calaguritan. conqueſtæ fuiſſent, & Epiſcopus (aa) non poſſet eam videre, nec ſuper his convenire, ad iſtantiam ſororum eam, & virum, quem acceperat, excommunicavit (bb), & totam terram ejus interdixit [cc], ignorans, quo modo (dd) res proceſſiſſet: quam utique (ee) ſententiam ven. f. noſter Tarraconen. (ff) Archiepiſcopus poſtmodum [gg] confirmavit. Nos igitur de honeſtate, & prudentia veſtra confidentes cauſam ipſam experientiæ veſtræ duximus committendam, & fine canonico (hh) terminandam. Ideoque dis. u. per A. s. pr. m. qua. (ii) prædictam mulierem, & virum recepto juramento (kk), quod veſtro (ll) debeant ſtare mandato, ab excommunicationis vinculo (mm) abſolvatis; deinde tam mulierem, quam Prioriſſam (nn), & moniales præſcripti (oo) monaſterii ante veſtram præſentiam convocantes (pp), cauſam diligentiſſime (qq) audiatis, & fine canonico terminetis. Quod ſi legitime probatum fuerit, non timore mortis prædictam M. (rr) religionem intraſſe, aut quod fecit, ratum poſtea (ſſ) habuiſſe, ipſam ad monaſterium redire, & habitum (tt) depoſitum reſumere [uu], cenſura eccleſiaſtica (xx) compellatis.

## CAPUT II.

*Alexander III. Wigor. Epiſc.* (yy)

Abbas S. Eadmundi (zz), a quo R. [aaa] præ- c. 2. eod. t.

(1) *Tyraſonen.*

*a* Hæc uſque ad illa, *Epiſcopi vero* omiſit Raimund. addidit Cont. ſunt etiam in concil. *b Eſſet* Barcin. *erat* concil. & Cont. *ſervata eſſet*, vetus Tarracon. *c* Sic etiam concil. & Contius *graviter tulit*, Barcinon.

*d Tyraſonen.* Barcin. ut poſtea, rectius. *Cæſaraug. & Teraſonen.* Cont. mendoſe. *Cæſarauguſtanen. & Tiraſonen.* concil. non recte: ex nummis *Turiaſonen.* ſcribendum eſſet. A Cæſarauguſta Cæſarauguſtanus aptius deducitur, quam Cæſarauguſtanenſi. *Tirac.* vetus Tarrac. *Tiron.* alter mendoſe. *e Et illi velum*, concil. & duo Tarrac. & Cont. *ut ei velum*, Raim. & Cont. poſtea. *f Adduxerunt*, vetus Tarracon.

*g* Sic in concil. *ipſi* pro *Epiſcopi*, Barcin. cetera, ut edita ſunt. *Epiſcopi vero miſſi a viro, ut ei velum imponerent, quia juvenis*, Raimund. *Epiſcopi vero (rem ignorantes) miſſi* &c. ut Raimund. & Contius.

*h* Sic etiam Raim. & Cont. *filium haberet parvulum*, concil. *filium parvulum habebat*, vetus Tarrac.

*i Seorſum convenerunt eandem* Raim. & Cont. ſed in concil. ut editum eſt. *k Quæ rem*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis; *ipſis* in concil. non eſt: cetera ut edita ſunt: *quæ utique rem per ordinem Epiſcopis*, duo Tarrac.

*l* Sic etiam in concil. omittuntur etiam hæc a Raim. & Contio. *m Propoſuerit*, Barcin. ſed Raim. & Cont. ut editum eſt: *intraret* concil. tantum: *intraret, propoſuit*, vetus Tarrac.

*n Quæ quod*, Barcin. pro *& quod*: forte *quodque* aptius eſſet: *quod*, in concil. non eſt, neque in uno Tarrac. cetera, ut edita ſunt: *& quod inde, quandocunque poſſet, exiret*, Cont. & alii: *quod* in veteri Gregor. non eſt, cetera ut Cont. *ut* pro *& quod* in alio veteri, cetera ut edita ſunt. *o* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *p Ejus*, concil. *q* Hæc in vet. Tarrac. non ſunt. *r Tyraſonen. ſcilicet*, concil. *ſed alter ipſorum*, alias *Epiſcoporum*, vetus Gregor. *ſed alter Epiſcoporum*, alii: *ſed aliter Epiſcoporum*, Cont. mendoſe: cetera omittunt omnes, præter concil. *s* Sic etiam in concil. *illius*, non habent Raim. & Cont.

*t Velum imponere ei* vetus Tarrac. *u* Sic etiam in concil. *Tandem viro de medio ſublato*, Raim. & Cont.

*x* Raim. multa omiſit, & alia mutavit. Contius quædam addidit, alia reliquit: in conciliis, ut edidimus paucis exceptis: exiens alium maritum accepit, Raim. & Cont. *y Petro Semeni de Cambero nupſit*, Barcin. *P. nomine de Cambern. nupſit*, concil. *Cabiis* pro *Camberiis*, vetus Tarrac. *P. de Canſebrii nupſit*, alter Tarrac.

*z Cum reclamaſſent*, Barcin. & concil. & vet. Tarrac. *Cum reclamaviſſent*, alter Tarrac.

*aa Qui cum*, vetus Tarrac. *bb* Sic etiam conc. *Quos Calogortanus Epiſcopus ad inſtantiam ſororum vinculo excommunionis aſtrinxit*, vetus Gregor. *Calogoritanus*, alter vetus. *Callagoritanenſis*, Cont. & alii: *& excommunicationis*: cetera ut vetus: ſcribe *Calaguritanus*; *virum ſuum*, vetus Tarracon.

*cc* Hæc omittunt Raimund. & Contius: ſint licet in concil. *illius* pro *ejus*, duo Tarrac. habent.

*dd* Hæc addidit Cont. omiſſa a Raim. *ignorans penitus, quo modo*, Barcin. & duo Tarrac. & concil. & Cont.

*ee Quoniam utique* Cont. mendoſe. *ff Terragonen.* Cont. inepte. *gg Poſtea*, Cont. *hh Fine debito*, Barc. & duo Tarrac. & concil. & Cont. *ii Pr.* in concil. non eſt: *Ideoque mand. quat.* Raim. & Cont.

*kk Recepto ſacramento*, Raim. & Cont. ſed ut editum eſt, in conc. *ll* Sic etiam Raim. & Cont. *quod noſtro*, conc.

*mm* Sic etiam Raim. & Cont. *ab excommunicatione* conc. *ab excommunionis vinculo*, vetus Gregor.

*nn* Sic omnes, præter unum ex veter. Gregor. in quo eſt, *quam Abbatiſſam*. *oo Prædicti*, vet. Tarrac.

*pp Convocetis*, Barcin. *ad præſentiam tuam convocantes*, concil. ut editum eſt, Raim. & Cont.

*qq* Hæc uſque ad illa *ſi legitime*, omittunt Raim. & Cont. *cauſam diligentius* concil.

*rr Mulierem* pro *M.* concil. & Raim. & Cont. *ſſ Poſtea ratum*, concil. & vetus Tarrac. *poſtmodum ratum*, Raim. & Contius. *tt Habitumque* vetus Tarrac. *uu* Sic concil. & veteres Gregor. *readſumere* Cont. & alii.

*xx Per cenſuram eccleſiaſticam*, unus ex veter. Gregor. ceteri, ut editum eſt. In fine additur in duobus Tarrac. *Dat. Benevent.* Poſtremo dicendum eſt, pro longa epiſt. brevem ſententiam conſcribi potuiſſe.

*yy* Sic vetus Gregor. *Vuigorn. Epiſcopo*, concil. parte 22. cap. 7. *Epiſcopo Vigornien.* Cont. & alii.

*zz* Sic conc. Raim. & Cont. *ſancti Sau.* vetus Tarrac. *Sandmundi*, alter: *Framundi*, Barcin. *Cadmundi* in quibuſdam editis Gregor. *Ademunde*, unus ex veter. Greg. *aaa Robertus* pro *R.* unus ex veter. Gregor. & poſtea bis.

præſentium lator patrimonium ſuum teneri dignoſcitur [*a*], milites ſuos (*b*), & burgenſes ad domum prædicti R. ſicut accepimus miſit (*c*), qui eum a domo, & ab univerſa ſua poſſeſſione (*d*) expellerent, niſi eccleſiam ſuam (*e*) penitus abjuraret [*f*]: quod cum idem R. tali modo coactus feciſſet [*g*]: Abbas præſcriptam eccleſiam alii conceſſit [*h*]. Unde quia quæ metu, & vi fiunt [*i*], de ratione juris, & ordine, in irritum debent revocari (*k*): f. t. per A. s. m. qua. [*l*] prædicto R. [*m*] omnia cum integritate reſtituas (*n*).

## TITULUS XXXI. (*o*)
## DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE ECCLESIÆ, VEL MINORUM.
### CAPUT I.
*Idem Alphano Epiſcopo* (*p*).

De in integr. reſt. c. 1. REquiſivit a nobis f. tua, quid agendum ſit (*q*) de poſſeſſionibus (*r*) laicis ſub modico cenſu conceſſis; noverit itaque f. tua (*s*), quod ſi eccleſia læſa [*t*] eſt, & manifeſte apparet (*u*) detrimentum ipſius, cum Epiſcopo facere deteriorem condicionem ipſius non licuit (*x*), & eccleſia jure minoris (*y*) ſemper debeat illæſa ſervari [*z*]: quæ in damnum ipſius data conſtiterint [*aa*], ad proprietatem convenit redire ipſius (*bb*): providendum eſt tamen, ne ſi forte coloni (*cc*) poſſeſſiones illas fecerint meliores, expenſis, ac labore ſuo [*dd*]; ſumptibus, quos bono animo fecerunt (*ee*), debeant [*ff*] defraudari.

## TITULUS XXXII. (*gg*)
## DE ALIENATIONE JUDICII MITTENDI (1) CAUSA FACTA.
### CAPUT I.
*Alexander III. Dulm. Epiſcopo* (*hh*).

EX quorundam certa relatione (*ii*) audivimus, quod cum aliqui viri eccleſiaſtici de De alienat. cap. 1.
provincia veſtra de proſequenda ſua juſtitia (*kk*) litteras commiſſionis (*ll*) a nobis impetrent (*mm*); adverſarii eorum (*nn*), ut mandatum noſtrum eludant, ante quam litteræ noſtræ ad judices perveniant (*oo*), vel litteris a judicibus

(1) *mutandi*, forte.

*a Tenere dinoſcitur*, Barcin. & duo Tarrac. & concil. & Raim. & Cont. utrumque parum gratum eſt: *teneri conqueritur*, malo ſed ut parentes cum balbis infantibus balbutiendum eſt.

Non ponitur. Infra c. 36. de appellat. NOS in eminenti, & infra (*l*). Quia [*m*] vero inimicitia, vel contrarietate aliquis parochianus a judicio [*n*] diœceſani Epiſcopi eximatur, quia nos conſulere voluiſti (*o*), d. t. duximus (*p*) reſpondendum; quod non ſolum pro inimicitia, ſed & [*q*] pro manifeſta cauſa ſuſpicionis, poteſt ſui Epiſcopi judicium evitare, & ad judicem ſuperiorem recurrere: cum nullus a ſuſpecto judice debeat judicari.

### CAPUT IV.

*Idem conſulibus Papiæ* (*r*).

RElatum eſt auribus noſtris, quod vos de decimis, & negotiis (*s*), quæ judicium eccleſiaſticum requirunt, non veremini judicare; & de his non ſine veſtræ detrimento (*t*) ſalutis vos intromittere minime dubitatis, minus recte, quam deceat, cogitantes, quo modo ex hoc, & Creatorem veſtrum offenditis (*u*), & manifeſte ſanctorum Patrum inſtitutionibus contraitis. Quoniam igitur, quæ a quolibet Rege, vel Principe non ſuſtineremus (*x*), a vobis nolumus, ſicut nec debemus, aliquatenus ſuſtinere, cum, præſertim ex inde judicium poſſitis formidare divinum, & honeſtatem eccleſiaſticam conculcetis, diſcretionem veſtram monemus: m. atque pr. qua. de decimis, vel de (*y*) eccleſiaſticis negotiis de cetero vos intro- Non ponitur.

μετὰ τοῦ κατηγορήσαντος ἐξετασθῆναι, pro quibus habet μετὰ τοῦ κατηγόρου δικάσασθαι.

*a* Sic etiam concil. Burch. & Ivo. ἤρεσε πᾶσι τοῖς, ἵνα μηδεὶς τῷ αὐτῷ κωδβουλτδέω κοινωνήσῃ. Tilius: *Placuit, ut nullus eidem communicet.* Raim. & Cont. qui in marg. pro *eidem* ſcribit *Quodvultdeo*: *ei* pro *eidem* unus ex veter. Gregor. habet. καὶ ἡ σύνοδος ἐψηφίσατο, μηδένα αὐτῷ κοινωνῆσαι Zonaras, & Balſamon, hoc eſt: *& ſynodus decrevit, neminem ei communicare.* ἔσω ἀκοινώνητος, Alexius in epitome ſive ἀκοινώνητος μὲν ἔσαι. *ſine communione ſit*, ſive *erit.*

*b* Sic etiam concil. Burch. & Ivo. *poterit* pro *potuerit*, vetus Tarrac. ἕως οὗ τὸ κατ' αὐτὸν πρᾶγμα περατωθῇ. hoc eſt, *quoad ejus cauſa finem accipiat.* ἕως τὸ πρᾶγγμα περατωθῇ. Alexius in epitome, *hoc eſt, quoad cauſa finiatur*: ſive ἕως αὖ κριθῇ, καὶ τὰ κατ' αὐτην πέρας δέξηται: *quoad judicetur, & contra eum dicta finem aſſequantur*: brevius Zonaras ἕως οὗ δικασθῇ. *quoad judicetur:* & Balſamon. *Donec ſatisfactione præmiſſa fuerit abſolutus*, Raim. & Contius, qui in marg. ſcribit edita verba.

*c* Τὴν γὰρ ἐπισκοπὴν ἀπ' αὐτοῦ ἀφαιρεθῆναι πρὸ τῆς ἐκβάσεως τοῦ κατὰ αὐτὸν πράγματος, οὐδενὶ χριστιανῷ δύναται δοκεῖν. Tilius: *Epiſcopatum enim*, inquit, *ab eo auferri ante exitum cauſæ contra eum actæ, nemini Chriſtiano placere poteſt. Nam adimi ei Epiſcopatum ante, quam cauſæ ejus exitus apparet, nulli Chriſtiano videri jure potuiſſet*, concil. & Burch. vetus liber. In vulgari eſt *potuerit*, pro *potuiſſet*, & apud Ivonem *potuit*; cetera, ut in concil. Hæc eadem verba ſunt Felicis Papæ epiſt. 2. ad Epiſcopos Galliæ. *Adimi namque Epiſcopo Epiſcopatum ante, quam cauſæ ejus exitus appareat, nulli Chriſtiano videri jure poteſt, quia talis præſumptio ſacrilegium eſt, & auctor talium ſacrilegus.* Fuit autem Felix Aureliani Imp. temporibus longeque antiquior hoc concilio. *Nam adimi ſibi Epiſcopatum ante cauſæ ejus exitum, nulli poteſt jure videri* ſic veteres Gregor. ſed Cont. & alii, *nulli poteſt de jure videri*: & poſt vocem *nulli* addit minoribus litteris Contius *Chriſtiano.* In quibuſdam Gregorianis pro *exitum*, *ingreſſum* ſcriptum eſt non ſine mendo. τὴν δὲ ἐπισκοπὴν ἀπ' αὐτοῦ μὴ ἀφαιρεθῆναι. Zonaras, & Balſamon, hoc eſt: *Epiſcopatum vero ab eo non eſſe auferendum.* Καθαιρεθῆναι γὰρ πρὸ δίκης οὐ δίκαιον, Alexius, hoc eſt: *deponi enim ante judicium juſtum non eſt*; & mox: τὴν δὲ ἐπισκοπὴν αὐτοῦ οὐκ ἀφαιρεθήσεται, ἀλλὰ καθέξει ταύτην. ὅτι μὴ δὲ δίκαιον πρὸ καταδίκης καθαιρεθῆναι τινά: *Epiſcopatum vero ejus non auferendum eſſe, ſed retinendum ab eo; neque enim juſtum eſt ante condemnationem quemquam deponi.* Felicis verba paucis exceptis refert Hadrianus Papa in epiſt. ad Ingilramnum cap. 5. them. 3. *Cauſæ ejus exitus*, eſt in duobus Tarrac. & *videri jure potuiſſet.*

*d Apud Remenſem civitatem*, Barcin. *ex ſynodo Eugenii Papæ*, Raim. ſcribo, *Eugenii Papæ ſecundi apud Remos cap.* 4. ex conciliis. *Ex ſynodo Eugenii Papæ cap.* 5. Cont. *Eugenii Papæ ap. Remis*, eſt in vet. Tarrac.

*e Decrevimus, ut laici*, concil. *etiam* Raim. & Cont. omittunt; cetera ut edita ſunt. *Decernimus etiam, ut laici*, duo Tarrac. *f Negotia terminare*, concil. *negotia tractare*, vet. Gregor. *tractare negotia*, Cont. & alii: mihi *terminare* magis placet, quam *tractare.* *g* Hæc in concil. non ſunt; *& Epiſcopi Abbates & Archiepiſcopi* vetus Gregor. *ſed Epiſcopi, Abbates, Archiepiſcopi*, Cont. & alii: in marg. *&* pro *ſed* ſcribit Cont. Vox *Archidiaconi* mihi aptior videtur, aut ordo verborum mutandus eſt: in alio veteri Gregor. eſt, *& Epiſcopi & Abbates, Archiepiſcopi.* *h Vel de aliis*, Barcin. & duo Tarrac. *maxime de illis*, Raim. & Cont.

*i Dimittant juſtitiam exercere*, duo Tarrac. & Raim. & Cont. aptius, *aut exercere juſtitiam dimittant*; ſed hæc contemnere ſolent Pontificii juris ſcriptores. *k* Addi poteſt, *Cantuar. Archiepiſcopo*, ut cap. 36. de appell. hujus collectionis: ſive *Januen. Epiſcopo*, ut parte 10. cap. 27. poſt concil. Later.

*l Pars cap.* NOS IN EMINENTI, Barcin. *Pars cap.* NOS INTER, vetus Tarrac. cetera verba vide d. cap. 36. CUM INTER ALIOS PRÆMINEMUS &c. in concil. *m* Vox *quia* inepte repetita eſt, & videtur deſiderari *an* ante vocem *inimicitia. Quatenus vero*, concil. *n A*, in concil. deſideratur. *o Voluiſtis*, Barcin.

*p D. t.* in concil. non eſt. *q Sed etiam*, concil. & duo Tarrac. In fine hujus cap. eſt in Barcin. *Dat. Fer.* hoc eſt *Datum Ferrariæ.* quod apertius eſt in vet. Tarrac. *r Parinenſibus*, Barcin. forte *Pariſienſibus*, aut *Papienſibus. Papien.* eſt in duobus Tarrac. *s Veſtris* additum fuerat, mox deletum in vet. Tarracon.

*t Veſtro* prius fuerat in vetus Tarrac. *u Offenditis Creatorem veſtrum*, Tarrac. vetus *&* omiſſo: *noſtrum* pro *veſtrum* alter Tarrac. cetera, ut edita ſunt. *x Non ſuſtinemus*, Barcin. & unus Tarrac.

*y* Vox *de* in uno Tarracon. omittitur: in quo admonetur lector, ut videat cap. 25. de decim.

tromittere, nullatenus præſumatis; ſed a vener. fratri noſtro Epiſcopo veſtro, & aliis perſonis eccleſiaſticis tractanda, & judicanda ſine contradictione qualibet relinquatis.

CAPUT V.

*Alexander III. Illuſtri Regi Anglor.* (*a*)

cap. 3. eod. QUanto te divina gratia &c. & infra (*b*). Cauſa vero patronorum Eccleſiarum (*c*) ita juncta eſt, & connexa (*d*) eccleſiaſticis cauſis (*e*), quod non niſi eccleſiaſtico judicio (*f*) valeat diffiniri [*g*], & apud eccleſiaſticum (*h*) judicem ſolummodo terminari.

CAPUT VI.

*Idem Salernitano Archiepiſcopo* [*i*], *pars c. Licet præter* (*k*).

cap. 4. eod. AT ſi clerici (*l*) coram ſæculari judice convicti fuerint, vel confeſſi de crimine, non ſunt propter hoc ab Epiſcopo ſuo aliqua ſententia (*m*) condemnandi: ſicut enim ſententia a non ſuo judice (*n*) lata (*o*) non tenet, ita etiam confeſſio coram ipſo facta (*p*): ſi vero coram Epiſcopo [*q*] de criminibus in jure confeſſi ſunt (*r*), ſeu legitima probatione convicti, dummodo ſint talia (*s*) crimina, propter quæ ſuſpendi debeant, vel deponi, non immerito a ſuis ſunt ordinibus ſuſpendendi, aut (*t*) ab altaris miniſterio perpetuo removendi. De adulteriis (*u*), & aliis criminibus, quæ ſunt minora, poteſt Epiſcopus cum clericis (*x*) poſt peractam pœnitentiam diſpenſare, ut in ordinibus ſuis deſerviant [*y*], ſed non debet quemlibet (*z*) depoſitum pro ſuis exceſſibus judici tradere ſæculari, quia ſuo functus eſt officio, nec debet duplici contritione conterere (*aa*).

CAPUT VII.

*Idem* (*bb*), *pars c. Eam te* (*cc*).

CEterum, quia quandoque, ſicut accepimus [*dd*], in eos, qui a te terras, vel poſſeſſiones (*ee*) alias tenent [*ff*] in feudum, licet ſuper feudis (*gg*) illis coram te ſtare juſtitiæ ſint parati, ſine judicio, & cauſa rationabili, excommunicationis (*hh*), ſeu interdicti ſententia feratur (*ii*); volentes in poſterum ſuper hoc tibi, & eiſdem hominibus providere, præſenti ſcripto diſtrictius prohibemus [*kk*], ne de cetero id permittas (*ll*), donec fuerint ſuper feudis illis in tua præſentia reſpondere parati, & in eis [*mm*] ſine malitia, & fruſtratoriæ dilationis obſtaculo, voluerint juſtitiam exhibere: quod ſi fuerit a quoquam temerario auſu præſumptum, liceat tibi eandem ſententiam ſublato ap. remedio (*nn*) revocare. Nulli ergo hominum fas ſit hanc paginam noſtræ conceſſionis &c. (*oo*) cap. 5. eod.

CA-

*a* Sic poſt concil. Later. parte 47. tit. de jure patronatus cap. 4. *Regi Angliæ*, Raim. ſed ut editum eſt, Cont.

*b* *Te*, omittunt Raim. & Cont. in uno tamen ex veteribus Gregor. eſt *de* pro *te*: ſed ex concil. integra clauſula hæc eſt: *Quanto te divina gratia, ſummaque providentia majoris gratiæ privilegio decoravit; tanto viros religioſos majori debes caritate diligere, & in juſtitiis ſuis manutenere propenſius, & fovere.*

*c* *Cauſæ patronatus eccleſiarum*, concil. *cauſa vero juris patronatus*, Raim. & Cont.

*d* *Conjuncta* pro *juncta*, Barc. & Raim. & Cont. *injuncta*, unus Tarrac. *adnexa*, pro *connexa*, vetus Tarrac. cetera, ut edita ſunt: *ita junctæ ſunt, & connexæ*, concil. *e* Sic etiam concil. *ſpiritualibus cauſis*, Raim. & Cont.

*f* *Niſi ab eccleſiaſtico judice*, vet. Tarrac. *g* *Valent diffiniri*, concil. ut editum eſt, Raim. & Cont.

*h* Hæc Raimund. & Contius omittunt, ſunt vero in concil.

*i* *Salonitano Archiepiſcopo*, Barcin. *Salerentan. Archiepiſcopo*, vetus Gregor. utrumque mendoſum eſt, ceteri, ut editum eſt: quod confirmatur cap. 4. partis 26. tit. de depoſitione clericorum, & cap. 8. partis 6. tit. de ſponſalibus, ubi non ſine mendo eſt, *Salernitano Epiſcopo*, nam parte 26. eſt *Archiepiſcopo*.

*k* Sic in concil. *ſolitum*, addunt Barcinon. & vetus Tarracon. & Cont. integra clauſula eſt parte 6. cap. 8. ex quo eſt cap. 3. de ſponſa duorum in Gregor. & in hac collect. lib. 4. tit. 4. cap. 3.

*l* Sic concil. & Raim. ſed Cont. *Et* pro *At*, quæ varietas eſt in vet. Tarrac. Utrumque omiſſum eſt cap. 10. de accuſat. ex quo apparet conjungi hoc caput cum verbis capitis 14. de teſtibus hujus collectionis.

*m* Sic in concil. *a ſuo Epiſcopo aliquatenus*, Raim. & Cont. ut editum eſt, d. cap. 10.

*n* *A judice non ſuo*, d. cap. 10. *non a ſuo judice*, vetus Tarrac. *o* *Dicta*, vetus Tarrac.

*p* *Nec* pro *etiam* concil. quod placet. *Ita & facta confeſſio coram ipſo*, Raim. & Cont. *ita etiam confeſſio, ſi coram ipſo facta videtur*, d. cap. 10. *coram non ſuo judice*, pro *coram ipſo*, vetus Tarracon.

*q* *Coram ipſo*, vetus Gregor. *r* Sic etiam Raim. & Cont. *de crimine in jure ſunt confeſſi*, concil. *fuerint* pro *ſunt*, d. cap. 10. cetera, ut edidimus, *criminalibus* pro *criminibus*, vetus Tarracon.

*s* *Sint alia*, vetus Tarrac. olim; *ſunt talia*, concil. *t* *Et* pro *aut*, Barcin. *vel*, Raim. & Cont. *deponendi, &*, concil. & duo Tarrac. *ſuſpendendi & etiam*, d. cap. 10. *u* Hoc eſt alterius capitis initium in Barcin. & in vet. Tarrac. cum hac inſcriptione, *Idem*, ſed ceteri libri, ut editum eſt: *vera* addit Raim. hæc pars d. cap. 10. omiſſa eſt. *x* Sic etiam Raim. & Cont. *cum ſuis clericis* concil. & duo Tarrac.

*y* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *z* Hæc vox in vet. Tarrac. non eſt.

*aa* *Functus officio non debet eum* &c. concil. cetera, ut edita ſunt. *Cum ſuo ſit functus officio, nec duplici debeat ipſum contritione conterere, judici tradere ſæculari*, Raim. & Cont. *ſæculari tradere*, unus Tarrac. in quo etiam eſt *duplici eos contritione conterere.* *bb* In Barcin. additur *E.* forte pro *eidem*, hoc eſt *Salernitano Archiepiſcopo*.

*cc* Sic etiam Cont. cetera verba ſuſpicor eſſe poſita cap. 5. de ætate, & qualitate, in hac collectione.

*dd* Hæc omittunt Raim. & Cont. *ee* *Quos ab eccleſia tua conſtat poſſeſſiones tenere in feudum*, Raim. & Cont. vox *vel* in uno Tarrac. non eſt. *ff* Vox *alias* in vet. Tarr. non eſt. *gg* Hæc omittunt Raim. & Cont.

*hh* *Occaſione ipſarum excommunicationis*, Raim. & Cont. *tamen ſine judicio* &c. vetus Tarrac.

*ii* *Sententia promulgatur*, Raimund. & Cont. *ſententiam feras*, vetus Tarracon.

*kk* *Nos id diſtrictius prohibemus*, veteres Gregor. *inhibemus*, Cont. & alii.

*ll* *Quamdiu parati fuerint ſuper his in tua præſentia juſtitiam exhibere*, Raimund. & Cont.

*mm* *Et de eis*, vet. Tarrac. aptius. *nn* *Ab. ap.* Barcin. hoc eſt *ablata appellatione*.

*oo* Addi ſolent nomina earum rerum, quæ præcipua ſunt in litteris, ut *prohibitionis*, *interdicti*, *revocationis*, *declarationis*, &c. & omnibus enumeratis additur, *infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſiquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. &c.* At ex verbis relatis hoc capite, tantum *prohibitionis* verbum, & fortaſſe *licentiæ* ſcribi potuiſſent, ob illa verba *prohibemus*, & *liceat*. Rectius autem omnia omiſſa ſunt a Raim. ut ſupervacanea. *Nulli ergo fas ſit homini*, unus Tarrac.

UNED

### CAPUT VIII.

*Lucius III. Strigon. Archiepiſcopo, pars c. Ad Apoſtolicæ Sedis* [a].

c. 8. eod. t. CLerici vero, maxime in criminalibus [b], in nullo caſu poſſunt ab alio, quam eccleſiaſtico judice (c) condemnari, etſi conſuetudo (d) Regia habeat, ut fures a judicibus ſæcularibus judicentur: cum Imperator dicat, quod etiam leges eorum non dedignantur ſacros canones imitari (e), in quibus generaliter traditur, ut de omni crimine clericus debeat coram eccleſiaſtico judice conveniri, nec debeat [f] in hac parte canonibus ex aliqua conſuetudine præjudicium generari.

### CAPUT IX.

*Idem Paduano Epiſcopo* [g].

cap. 7. eod. INtelleximus ex litteris tuis (h), quod cum filia cujuſdam nobilis viri parochiani tui cum quodam viro matrimonium contraxiſſet, comperto poſtea, quod idem vir pro nece bonæ mem. Vicen. Epiſcopi (i) vinculo tenebatur excommunicationis aſtrictus, in tua propoſuit præſentia quæſtionem, unde, quia poſtulaſti a nobis, utrum præfatus vir (k) vinculo excommunicationis innodatus ſtare poſſit judicio, vel ad præſentiam (l) tuam vocari, donec in præfata ſententia detinetur: f. t. duximus reſpondendum, videri nobis (m), quod poſſit, & debeat conveniri, & per alium in præfato judicio reſpondere (n), ne videatur de prædicta [o] malitia commodum (p) reportare, ſi ex ea (q) fuerit ab eorum impetitione ſecurus.

## TITULUS II.

## DE FORO COMPETENTI.

### CAPUT I.

*Ex concilio Calcedonen.* [r]

SI quis clericus adverſus clericum habet negotium [s], non deferat Epiſcopum proprium (t), & ad ſæcularia percurrat judicia (u), ſed prius accuſatio ventiletur apud Epi- De foro competent. cap. 1.

*a P. cap.* Ad Apost. Cont. integra clauſula exſtat cap. 29. de decimis in hac collectione, & poſt concil. Lateran. parte 50. cap. 39. Hoc eſt in veteri Tarrac. cap. 9. & cap. 8. eſt, quod ſequitur, quem ordinem Raim. etiam eſt ſecutus. *b* Recte Cont. addidit a Raim. omiſſa. Idem ſcribit *in criminalibus cauſis* non male. *In criminibus*, vetus Tarrac. *c Ab aliquo, quam ab eccleſiaſtico judice*, Cont. malo, *ab alio quam ab eccleſiaſtico judice: ab alio, quam a judice eccleſiaſtico*, vetus Tarrac. *d Etiam ſi* pro *& ſi*, duo Tarrac. & Cont.

*e Non dedignentur*, unus Tarrac. & Barcin. *quod leges eorum non dedignentur*, Tarrac. vetus: *quod leges non dedignantur*, Raim. & Cont. cetera, ut edita ſunt. Verba Juſtiniani ſunt Nov. 83. ὐδὲ γὰρ βȣλόμεθα τοιαύτας ὑποθέσεις ὅλως ὐδὲ γινώσκεσθαι τοῖς πολιτικοῖς ἄρχȣσι, δέον τὰ τοιαῦτα καὶ ἐκκλησιαστικὰ ἐξετάζεσθαι, καὶ ἐπικαρπȣ̃σθαι ψυχὰς τῶν ἁμαρτανόντων διὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτιμίων, κατὰ τȣ̀ς ἱερȣ̀ς, καὶ θείȣς κανόνας, οἷς καὶ οἱ ἡμέτεροι κατακολȣθεῖν ȣ̓κ ἀπαξιȣ̃σι νόμοι. *Neque enim volumus*, inquit, *has cauſas omnino cognoſci a magiſtratibus civilibus, decet etenim hæc eccleſiaſtica inquiri, & multari, atque animas delinquentium lucrari eccleſiaſticis multis, ſive pœnitentiis, juxta ſacros divinoſque canones, quos etiam noſtræ non dedignantur leges ſequi.* Verba barbari interpretis, quæ Lucius videre potuit, exſtant in auth. ut clerici apud proprios Epiſcopos conveniantur: p. Si vero ecclesiasticum. *ſecundum ſacras, & divinas regulas, quas etiam noſtræ ſequi non dedignantur leges.* Ipſa autem Juſtiniani conſtitutio tantum crimina eccleſiaſtica Epiſcopis relinquit. Vide ex Juliani interpretatione XI. q. 1. cap. XLVI. Si quis cum clerico, & Ivon. parte 6. cap. 427. & parte 16. cap. 150. decreti. *f Non debet*, Raim. & Cont.

*g* Pro *Idem*, *Alex. III.* eſt in Barcin. ſic etiam vetus Tarrac. & Raim. & Cont. non *Lucio*, ſed *Alexandro* adſcribunt; *Idem* autem retinent ordine mutato horum capitum, hoc enim eſt Raim. caput 7. quod vero nobis caput 8. illi quoque caput 8. eſt, & in Tarrac. hoc eſt caput 8. illud nonum.

*h* Recte Cont. addidit a Raim. omiſſa. *i Willielmi Epiſcopi*, Barcin. *Vincentini Epiſcopi*, Cont. *Vicentini Epiſcopi*, placet ut eſt in duobus Tarrac. aut *W. Vicentini Epiſcopi*.

*k Utrum excommunicatus in judicio ſtare poſſit*, Raim. & Cont. *l* Multa omittunt Raim. & Cont.

*m Reſpondemus*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis. *f. t. duximus reſp. videtur nobis*, duo Tarrac.

*n Quod conveniri poteſt, & debet per alium in judicio reſpondere*, veteres Gregor. *reſpondere in judicio*, Cont. & alii: *& perſonaliter, vel per alium*, vet. Tarrac. olim, pro *& per alium.* *o De ſua*, Raim. & Cont. *de præfata*, vetus Tarr. *p Commoda*, Barc. ut editum eſt, Raim. & Cont. *q* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont.

*r* Adde *cap. 9.* ex concil. & Cont.

*s* Sic prior editio concil. quæ Dionyſii Exigui interpretatio exiſtimatur; *negotium habeat*, Raimund. εἴ τις κληρικὸς πρὸς κληρικὸν πρᾶγμα ἔχοι. Tilii editio. Burch. lib. 2. cap. 183. & Ivo parte 6. cap. 228. decreti, ut editum eſt. *Si clericus adverſus clericum habeat negotium*, altera editio concil. & Ivo parte 6. cap. 360. & Grat. 11. q. 1. cap. 47. & poſt recognit. Clementis: *habuerit negotium*, in duobus veteribus Grat. libris. *Si clericus cum clerico cauſam habuerit*, Romanus liber Maſæi. *Si quis clericus cum clerico cauſam habeat*, Veronenſis liber. Græcus liber concilii Chalced. actione 7. ut Tilius. Conveniunt autem ea Græca verba cum verbis Raim. τȣ̀ς κληρικȣ̀ς πράγματα πρὸς ἀλλήλȣς ἔχοντας, δίκας δηλονότι καὶ ὑποθέσεις, βȣ́λεται ὁ κάνων παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ ταύτας γυμνάζειν. Joannes Zonaras: *Clericos*, inquit, *qui negotia inter ſe habent, dicas videlicet, & cauſas, canon hic vult, apud proprium Epiſcopum tractare.*

*t* Sic etiam Dionys. Burch. & Raim. *ſuum* pro *proprium*, Ivo cap. 228. *deſinat* pro *deſerat*, Barcin. non ſine mendo μὴ ἐγκαταλιμπανέτω τὸν οἰκεῖον ἐπίσκοπον. Tilius. μὴ καταλιμπανέτω, actione 7. *non relinquat ſuum Epiſcopum*, poſterior editio concil. & Ivo cap. 360. & Grat. & Veronen. & poſt recognit. Clement. *Placuit, ut Epiſcopum ſuum non deſerant*, Romanus ſolus. Græca verba cum ceteris conveniunt. κληρικοὶ δικαζόμενοι εἰ ἀφέντες τὴν ἐπίσκοπον. Alexius Ariſtenus in epitome: *Si clerici litigantes Epiſcopum relinquant.* ȣ̓ δεῖ κληρικὸν ἔχοντα κατὰ κληρικȣ̃, παρὰ κοσμικῷ δικαστηρίῳ δικάζεσθαι. ἀλλὰ παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ. εἰ δὲ τὴν οἰκεῖον ȣ̓τος ἀφεὶς ἐπίσκοπον, κοσμικῷ προσῆλθε δικαστηρίῳ. Idem in ſcholio: *Clericum*, inquit, *qui adverſus clericum quid habeat, non oportet apud ſæculare judicium judicari, ſed coram proprio Epiſcopo. Si vero hic proprium deſerens Epiſcopum, ad ſæculare judicium accedat.* μὴ ἔχειν ἐπ᾽ ἄδειαν κληρικὸν παρὰ πολιτικῷ δικαστηρίῳ ἐνάγειν κατὰ κληρικȣ̃, ἀλλὰ παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ. Theodorus Balſamon: *Non licet*, inquit, *clerico in civili judicio convenire clericum, ſed apud proprium Epiſcopum.*

*u Præcurrat*, pro *percurrat*, vetus Tarrac. hæc omnia omiſerat Raim. addidit Cont. habent ea Dionys. Burch. & Ivo.

Epiſcopum proprium [a], vel certe conſilio ejuſdem Epiſcopi, apud quos utræque partes voluerint, judicium continebit (b). Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis judiciis ſubjacebit [c].

CA-

& Ivo cap. 228. καὶ ἐπὶ κοσμικὰ δικαστήρια κατατρεχέτω. Tilius, & d. act. 7. *& ad ſecularia judicia non concurrat*, poſterior editio concil. & Grat. in veteri tamen Grat. libro eſt, *non occurrat*: in alio, *minus concurrat*: *non* omittit Ivo cap. 360. & poſt recogn. Clem. aptius, *& ad judicia ſecularia currant*, liber Rom. *& ad ſecularia judicia currat*, Veronen. κοσμικοῖς κριτηρίοις προσέλθωσι. Ariſtenus in epitome, hoc eſt: *ad ſecularia judicia accedant.* καὶ μὴ ἀπιέναι εἰς κοσμικὰ δικαστήρια. τοῦτο γὰρ εἰς περιφρόνησιν καὶ ὕβριν τοῦ ἐπισκόπου ἐστίν. Zonaras: *& non habeant*, inquit, *ad ſecularia judicia: fit enim id in contemptum, & injuriam Epiſcopi.*

*a Proprium Epiſcopum*, unus Tarrac. *niſi prius actio*, Barcin. credo ſcribendum eſſe *actio*, pro *accuſatio*, ut habent Dionys. Burch. & Ivo d. cap. 228. & unus Tarrac. *cauſa*, alter Tarrac. ἀλλὰ πρότερον τὴν ὑπόθεσιν γυμναζέτω παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, Tilius, & act. 7. non recte Cont. τὴν ὑπόθεσιν γυμνάζεθω. *Sed prius apud ipſum actio ventiletur*, Raim. *eum* pro *ipſum*, in uno ex veteribus Gregor. eſt; *ſed prius negotium agitetur apud proprium Epiſcopum*, editio poſterior concil. & Ivo d. cap. 360. & Grat. & poſt recogn. Clem. ſed in uno veteri Grat. libro eſt *agitet*, pro *agitetur*; *ſed prius negotium exerceat apud ſuum Epiſcopum*, Veronen. *ſed prius, ut dictum eſt, apud Epiſcopum ſuum examinent cauſam*, Roman. hæc a Græcis verbis longius diſcedunt, Veronenſis editio magis placet. ἀλλὰ παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ. Balſamon.

*b Continebunt* Barcin. & Burch. & Ivo cap. 228. & duo Tarrac. *obtinebunt*. Dionyſ. aptius; in veteri tamen eſt *continebunt*; *utraque pars*, pro *utræque partes*, vetus Tarrac. *concilio* mendoſe pro *conſilio* Dionyſ. & Burch. editus, ſed antiquus, & Ivo *conſilio*. ἢ γοῦν γνώμῃ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου παρ' οἷς ἂν τὰ ἀμφότερα μέρη βούλωνται τὰ τῆς δίκης συγκροτεῖσθαι. Tilius: pro βούλωνται eſt act. 7. βούλεται, & pro συγκροτεῖσθαι, συγκροτείσθω, non male, in alio veteri libro αὐτοῦ vox deſideratur. *Vel certe ſi fuerit judicium ipſius Epiſcopi, apud arbitros ex utraque parte electos audiatur negotium*, poſterior editio conc. & Ivo c. 360. & poſt recogn. Clem. & Grat. qui ſolus *negotium* pro *judicium* ſcribit, in uno quoque vet. Grat. libro eſt, *vel forte* pro *vel certe*. *Aut certe cum voluntate ipſius cauſa dicatur, apud quos partes utræque voluerint*, Roman. *vel etiam cum voluntate ejuſdem Epiſcopi, apud quos utræque partes voluerint, negotium peragatur*, Veronen. non male, ſi pro *utræque partes voluerint*, *utraque pars voluerit* ſcriptum eſſet. *Vel conſilio ejuſdem apud alios, quos utraque pars voluerit, judicium obtinebunt*, Raim. *Vel certe conſilio ejuſdem apud alios, quos utræque partes voluerint, judicium continebunt*, Cont. in variis lectionibus. ἢ πέως γνώμῃ τοῦ ἐπισκόπου ἤτοι αὐτοῦ ἐπιτρέποντος παρ' οἷς τὰ ἀντίθετα μέρη ἀρέσκονται ζητεῖσθαι τὰς ὑποθέσεις. Zonaras: *aut denique*, inquit, *ex ſententia Epiſcopi, ſive eo permittente apud eos, qui controverſia agitantibus placuerint, cauſæ examinentur.* ἢ κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου παρ' οἷς ἂν τὰ μέρη θέλουσιν. hoc eſt; *aut ex ſententia Epiſcopi, apud eos, qui partibus placuerint*, Balſamon.

*c* Hæc addidit Cont. omiſſa a Raim. ſed pro *judiciis* ſcripſit *correptionibus*, ut Dionyſ. & Burch. & Ivo cap. 228. εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσοι, κανονικοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκείσθω. Tilius: ποιήσει, κανονικοῖς ὑποκείσθω ἐπιτιμίοις. act. 7. *Si quis vero contra hæc fecerit, canonum ſubjaceat correptionibus.* Poſterior editio concil. & poſt recogn. Clem. *canonum ſubjacebit correctionibus*, Ivo cap. 360. *Si quis vero contra hoc fecerit, canonum correctionibus ſubjaceat*, Grat. in uno tamen veteri eſt *ſubjacebit* pro *ſubjaceat*. *Si vero quis præter hæc fecerit, canonicis pœnis ſubjaceat*, Veronenſ. *Si quis autem contra hæc venire temptaverit, canonicis interdictis ſubjacebit*, Romanor. κανονικῶς εὐθυνέσθωσαν. Ariſten. in epit. hoc eſt: *canonice plectantur.* κανονικῶς ἐπιτιμηθήσεται. Idem in ſcholiis, *canonicis pœnis multabitur.* τοὺς δὲ μὴ φυλάσσοντας τὴν τοῦ κανόνος διαταγὴν, ἐπιτιμᾶσθαι κανονικῶς παρὰ τοῦ ἐπισκόπου αὐτῶν. Zonaras: *Qui vero non obſervaverint canonis conſtitutionem, canonice ab eorum Epiſcopis plectantur*, τὸν δὲ παρὰ ταῦτα ποιήσαντα, κανονικοῖς ἐπιτιμίοις ὑποβάλλει ὁ κανών. Balſamon: *Qui vero adverſus ea fecerit, canonicis pœnis a canone ſubiicitur.*

Poſt hujus capitis verba, alia ſequuntur verba in eodem concilio relata, quæ Ivo quoque & Grat. referunt, atque etiam Nicolaus Papa in epiſt. ad Michaelem Imperatorem adfert. Ea Græce ita edita fuerunt, ut apud Tilium leguntur εἰ δὲ καὶ κληρικὸς πρᾶγμα ἔχοι πρὸς τὸν ἴδιον ἢ καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον, παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας δικαζέσθω. modica varietas actione 7. ἔχοι πρᾶγμα πρὸς τὸν ἴδιον ἐπίσκοπον ἢ πρὸς ἕτερον. in alio quoque veteri libro conveniunt omnia cum Tilio præter ἢ πρὸς, quod illic eſt pro ἢ καὶ πρός: *Quod ſi clericus habet cauſam adverſus Epiſcopum proprium, vel adverſus alterum, apud ſynodum provinciæ judicetur*, ſic Dion. *Et ſi clericus adverſus ſuum, vel alium Epiſcopum habeat cauſam, apud audientiam ſynodi provinciæ ejus conquiratur.* Poſterior editio conc. & Ivo c. 360. præter *ſeu alium* pro *vel alium*, & *conqueratur* pro *conquiratur*: & Grat. præter ultima verba, cujus hæc ſunt: *Synodo provinciæ conqueratur*: & poſt recogn. Clem. in uno tamen ex veter. Grat. libris, eſt *habet*, pro *habeat*. *Si vero & clericus habeat cauſam cum ſuo, vel cum altero Epiſcopo, apud ſynodum provinciæ cauſam dicat*, Veronen. *Si vero clericus quis habeat cauſam cum extraneo Epiſcopo, vel cum ſuo, apud ſynodum provinciæ judicetur*, Roman. *Si clericus habet cauſam adverſus Epiſcopum proprium, vel adverſus alterum apud ſynodum provinciæ judicetur*, Nicol. qui Dionyſii interpretationi adhæſit excepta voce *Quod*. *Si clericus, vel laicus habuerit cauſam adverſus Epiſcopum proprium, vel adverſus alterum; aut Epiſcopus adverſus quemquam, apud ſynodum provinciæ judicetur*, Hadrianus Papa in epiſt. ad Epiſcopum Mediomatricis, cap. 26. καὶ κληρικὸς ἐπισκόπου διαφερόμενος, μενέτω τὴν σύνοδον. Ariſten. in epit. hoc eſt: *& clericus, qui cum Epiſcopo contendit, exſpectet ſynodum.* ὥσπερ δὴ καὶ κατὰ ἐπισκόπου ἔχων ὁ κληρικὸς, παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας ὀφείλει δικάζεσθαι. Idem in ſcholiis: *Ut vero*, inquit, *etiam clericus, qui adverſus Epiſcopum litigat, apud ſynodum provinciæ judicari oportet.* εἰ δὲ κληρικοὶ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ ἐγκαλοῦσιν, ἢ ἑτέρῳ, καὶ δίκην ἐνιστῶσι κατ' αὐτοῦ, τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἐπισκόπους καθίζει δικαστὰς ὁ κανών. συνιόντες γὰρ ἀκροῶνται τῶν ὑποθέσεων καὶ ψηφίζονται. Zonaras: *Clericis vero, qui proprium Epiſcopum, aut alienum in jus vocant, ejus provinciæ Epiſcopos judices conſtituit canon: convenientes enim hi cauſas audiunt, & dijudicant.* εἰ δὲ κληρικὸς ἔχει ἀγωγὴν κατὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἢ καθ' ἑτέρου ἐπισκόπου, τὰ τῆς ὑποθέσεως ἐξετασθήσεται παρὰ τῷ προσφόρῳ μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας. Balſamon: *Si vero*, inquit, *clericus actionem adverſus ſuum, aut alium Epiſcopum habet, cauſa diſcutiatur apud Metropolitanum competentem ejus provinciæ.* εἰ δὲ πρὸς τὸν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μητροπολίτην ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἀμφισβητοίη, καταλαμβανέτω ἢ τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης κωνσταντινουπόλεως θρόνον, καὶ ἐπ' αὐτῷ δικαζέσθω. Tilius, & act. 7.

in

## CAPUT II.

*Ex concilio Matien.* (*a*)

Non ponitur.

NUllus clericus alium clericum accuſare ad judicem ſæculare (*b*), aut ad cauſam dicendam trahere, quocumque modo (*c*) præſumat, ſed omne negotium clericorum, aut in



in veteri libro pro ἢ τὸν τῆς, eſt tantum τὸν τῆς. *Quod ſi adverſus ejuſdem provinciæ Metropolitanum Epiſcopus, vel clericus habet querellam, petat aut Primatem diœceſeos, aut ſedem Regiæ urbis Conſtantinopolitanæ, & apud ipſam judicetur*, Dionyſ. in veteri libro eſt *Epiſcopum*, pro *Epiſcopus*, & *petat Primatem*, omiſſa voce *aut*, & *apud ipſum*, pro *apud ipſam*. *Habuerit querellam, petat Primatem diœceſeos, & apud ipſum judicetur, aut apud ſedem Apoſtolicam*, Hadrian. d. cap. 26. cetera, ut Dionyſ. *Si vero contra ipſius provinciæ Metropolitanum Epiſcopum Epiſcopus, ſive clericus habeat controverſiam, pergat ad ipſius diœceſis Primatem, aut certe ad Conſtantinopolitanæ Regiæ civitatis ſedem, ut eorum ibi proprium negotium exquiratur*, poſterior editio concil. & Ivo, & poſt recogn. Clem. & Gratian. qui habet, *pergant ad ipſius diœceſis Primates*; & in fine, *ut eorum ibi negotium terminetur*: eſt tamen in multis veteribus libris Grat. *pergat* pro *pergant*, & in uno *Primatem*, pro *Primates*. *Si vero cum ejuſdem provinciæ Metropolitano Epiſcopo, Epiſcopus, vel clericus obiicit; perveniant ad Principem diœceſeos, vel ad Regiæ Conſtantinopoleos ſedem, & apud ipſum cauſam dicat*, Veronen. *Si autem Epiſcopus, aut clericus diſceptationem habeat cum Metropolitano Epiſcopo, ad primam ſedem recurrant, aut ad ſedem Conſtantinopolitanam, & ibi cauſam definiant*, Roman. In Nicolai epiſtula verba Dionyſii referuntur exceptis ultimis verbis, *& apud ipſam judicetur*: & pro *petat aut Primatem*, eſt, *petat Primatem*, quod de Romano Pontifice dictum interpretatur Nicolaus, cum quo facere videtur Romani libri interpretatio. At Græcis aliud viſum eſt: καὶ μητροπολίτου ἐπίσκοπος (διαφερόμενος) τὸν κωνσταντινουπόλεως ἐξαιτείτω. Ariſtenus in epitome: *& Epiſcopus a Metropolitano diſcrepans Conſtantinopolitanum petat.* Latius idem in ſcholiis: ἀλλὰ καὶ ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς εἰ κατὰ μητροπολίτου ἔχει τινὰ ὑπόθεσιν ἢ παρὰ τῷ ἐξάρχῳ τῆς διοικήσεως ἤτοι τῷ πατριάρχῃ, ὑφ᾽ ὧν τελοῦσιν οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἐκείνων μητροπολῖται δικαζέσθω, ἢ παρὰ τῷ πατριάρχῃ κωνσταντινουπόλεως. *Sed & Epiſcopus*, inquit, *aut clericus ſi adverſus Metropolitanum habet aliquam cauſam, aut apud Primatem diœceſeos, ſive Patriarcham, ſub quibus cenſentur earum provinciarum Metropolitani, judicetur, aut apud Patriarcham Conſtantinopolitanum.* His verbis poſtea addit, hoc privilegio a conciliis ſolum eſſe Conſtantinopolitanum decoratum, ut non ſolum Metropolitanos, ſed etiam Patriarchas coerceat, in quo vehementer decipitur, ut in epitomes verbis, & in appellando Patriarcham CP. qui tunc non erat Patriarcha: εἰ δὲ πρὸς τὴν μητροπολίτην τῆς ἐπαρχίας ἔχει πρᾶγμα ἀμφιβολίαν τινὰ καὶ δίκην ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς τὸν τῆς διοικήσεως ἐκείνης παρ᾽ ᾗ καὶ οἱ ἀμφισβητοῦντες εἰσὶν, ἔξαρχον. βούλεται ὁ κανὼν, διαιτητὴν τῆς ὑποθέσεως γίνεσθαι ἢ τὸν τῆς κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπίσκοπον. Zonaras: *Si vero*, inquit, *cum Metropolitano provinciæ negotium, dubitationem aliquam, & litem Epiſcopus, vel clericus habeat, ejus diœceſeos, in qua contendentes ſunt, Primatem, canon cenſet, cauſæ ejus judicem arbitrumve fieri, aut Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum.* His poſtea addit, Primates quoſdam Patriarchas interpretari, alios Metropolitanos, & de eadem re latius dici cap. 17. ejuſdem concilii: εἰ κατὰ τοῦ μητροπολίτου ἔχει ἀγωγὴν ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς τοῦ μητροπολίτου, διορίζεται ὁ κανών, δικάζειν τὴν ὑπόθεσιν ἤτοι ἔξαρχον τῆς διοικήσεως ἢ τὸν πατριάρχην κωνσταντινουπόλεως. Balſamon: *Si adverſus*, inquit, *Metropolitanum habet actionem Epiſcopus, vel clericus, hujus Metropolitani, inquit canon, judicabit cauſam, aut diœceſeos Primas, aut Patriarcha Conſtantinopoleos.* Primates quoque ait fuiſſe olim quoſdam Metropolitanos præcipuos, quorum privilegium abolitum jam ſit. Caput 17. ejuſdem ſynodi Chalcedon. his verbis utitur: εἰ δέ τις ἀδικοῖτο παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἢ μητροπολίτου, παρὰ τῷ ἐξάρχῳ τῆς διοικήσεως ἢ τῷ κωνσταντινουπόλεως θρόνῳ δικαζέσθω, καθὰ προείρηται. ſic Tilius, εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου ἀδικοῖτο μητροπολίτου. act. 7. rectius: *Quod ſi quiſquam a Metropolitano læditur, apud Primatem diœceſeos, aut apud ſanctam Conſtantinopolitanam ſedem judicetur, ſicut ſuperius dictum eſt.* Dionyſ. in veteri libro eſt, *ſi quis*, pro *ſi quiſquam*, & vox *ſanctam*, omiſſa eſt. *Si quis vero putaverit ſe a proprio Metropolitano gravari, apud Primatem diœceſeos, aut apud Conſtantinopolitanæ civitatis ſedem agat judicium, ſicut dictum eſt*, poſterior editio concil. & poſt recognit. Clement. & Ivo parte 3. cap. 106. decreti, qui latius eum canonem refert, quam Grat. 16. q. 3. cap. 1. & Burch. lib. 3. cap. 148. & idem Ivo lib. 2. tit. 6. cap. 1. Panorm. & Anſelm. lib. 5. cap. 26. Eſt tamen hæc varietas apud Ivonem: *Si quis vero ſe putat a proprio* &c. *vel apud* &c. Hæc etiam verba refert Hadrianus Papa in epiſt. ad Epiſcopum Mediomatricis cap. 6. ut in poſteriori concilior. editione, hac ſola varietate: *Si quis autem putaverit* &c. & in fine omittuntur illa verba, *ſicut dictum eſt. Si quis autem a Metropolitano ſuo Epiſcopo male tractatur, apud primam ſedem provinciæ ſuæ, vel apud Conſtantinopolitanam, cauſam dicat, ſicut ſuperius comprehenſum eſt*, Roman. *Si vero alicui nocetur a ſuo Metropolita, apud Principem dioeceſis, vel apud Conſtantinopolitanam ſedem cauſam dicere, ſicut prædictum eſt*, Veronen. εἰ δὲ ὁ τῆς ἐνορίας ἐπίσκοπος τὴν ἴδιον μητροπολίτην αἰτιᾶται, παρὰ τῷ ἐξάρχῳ τῆς διοικήσεως δικάζεσθαι αὐτοὺς ἢ τῷ κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπῳ: Zonaras: *Si vero quis ex finitimis Epiſcopus ſuum Metropolitanum accuſabit, apud Primatem diœceſeos judicetur, aut apud Conſtantinopoleos Epiſcopum.* His addit quoſdam ἐξάρχους, quos Primates diximus, Patriarchas interpretari ex cap. 39. Carthagin. ſynodi, quo prohibetur primæ ſedis Epiſcopus *Exarchus ſacerdotum*, aut *ſummus ſacerdos* appellari aut alio ſimili nomine, ſed ſolum *Epiſcopus primæ ſedis.* Alii Metropolitanos interpretantur ex canone VI. Sardicenſis concilii, quo diſerte Primas provinciæ Metropolitanus appellatur: & ſic interpretantur Epiſcopos ab Exarcho ſuo, ideſt Metropolitano judicandos, Metropolitanum a Patriarcha CP. ſed non omnium Metropolitanorum judex eſt hic Patriarcha, cum alii ſubditi ſint Alexandrino, alii Antiocheno, alii Hieroſolymitano. Primates autem, ſive ἔξαρχοι dicuntur Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, & Epiſcopus Epheſi, & Corinthi, & Theſſalonicenſis, quibus etiam plures cruces anteferuntur in eccleſiis. Hæc Zonaras: ἐὰν δὲ μητροπολίτης ἀδικῇ ἐπίσκοπον αὐτοῦ, παρὰ τῷ ἐξάρχῳ τῆς διοικήσεως ἢ παρὰ τῷ πατριάρχῃ ταύτης ἐνορίας κριθήσεται. Balſamon: *Sin autem*, inquit, *Metropolitanus Epiſcopum ſuum injuſte tractaverit, apud Primatem diœceſeos, aut apud Patriarcham ejus regionis judicetur.* Cap 39. Carthagin. ſynodi exſtat apud Latinos Carthag. 3. cap. 23. Burch. lib. 1. cap. 3. Ivo parte 5. cap. 57. decreti, Grat. diſt. 99. cap. 3. Initium cap. 6. Sardicenſ. exſtat apud Grat. diſt. 65. cap. ult. & Burch. lib. 1. cap. 26. & Ivo parte 5. cap. 137. decreti; ſed plura verba ſunt in libris conciliorum, in quibus ea ſunt, quæ Zonaras refert. *a Matic.* unus Tarr. *Matinec.* Barc. *Mariſcen.* c. 8. Burch. lib. 16. c. 21. *Matiſcen.* in veteri libro: *Matinen.* c. 9. Grat. ſive Palea, 11. q. 1. c. 6. *Maticen.* in duobus veteribus eſt, *c.* 8. in uno ſcribo *Matiſconen. c.* 8. ex conciliis: Exſtare etiam dicitur lib. 6. c. 154. & lib. 7. c. 139. capitular. *b Ut nullus clericus ad judicem ſæcularem quemcumque alium fratrem de clericis accuſare*, concil. *Ut nullus clericus ad judicem ſæcularem alium clericum accuſare*, Burch. ut editum eſt, Grat. ſive Palea, excepto ordine verb. poſterior. *ad judicem ſæcularem accuſare.* *c* Sic Burch.

& Pa-

Epiſcopi ſui, aut presbyterorum [a] cum Archidiaconi [b] præſentia finiatur. Quod ſi quicumque (c) clericus hoc implere (d) diſtulerit, ſi junior (1) (e) fuerit, uno minus de xl. ictibus accipiat (f), ſi vero honoratior (g), xxx. dierum concluſione multetur [h].

## CAPUT III.

*Ex concilio Pariſien.* (i)

cap. 2. eod. NUllus judicum (k) neque presbyterum, neque diaconum (l), aut clericum ullum (m), aut juniores (2) eccleſiæ (n), ſine ſcientia Pont. (o) per ſe diſtringat (p), aut condemnare præſumat. Qui ſi fecerit [q], ab eccleſia (r), cui injuriam irrogare [s] dignoſcitur, tam diu ſit ſequeſtratus, quouſque reatum ſuum cognoſcat, & emendet [t].

## CAPUT IV.

*Ex concilio Africano* (u).

SAne ſi Epiſcopi, inter quos cauſa verſatur, diverſarum ſunt provinciarum (x), ille Primas det judices, in cujus provincias eſt locus, de quo contenditur [y]. Si autem ex communi placito vicinos judices elegerint (z), aut unus eligatur, aut tres; ut ſi tres elegerint, aut omnium ſententiam ſequantur, aut duorum (aa). c. 3. eod. t. & de arb. cap. 1.

CA-

(1) Alii, *minor.*

(2) Alii, *minores.*

& Palea; *loco* pro *modo*, concil. *a* Sic etiam Burch. & Palea; *aut in presbyteri*, concil.

*b* *Et* pro *cum* eſt in concil. *in*, Cont. d. cap. 6. ut editum eſt, Burchard. & Palea.

*c* Sic in concil. *quiſcumque* Burch. & unus Tarrac. *Quod ſi quis*, Palea; ut editum eſt, in uno veteri libro.

*d* Sic concil. & Burch. *hoc adimplere*, vetus Tarrac. & Palea, ſed in veteribus ut editum eſt.

*e* Sic concil. & Burch. *ſi minor*, Palea. *f* *Ictus* pro *ictibus*, Barcin. non male. Sic etiam concil. & Burch. ſed ut editum eſt, Palea; *una*, pro *uno*, Burch. & prima editio concil. in veteri tamen Burch. ex *una uno* effectum eſt. *g* *Fuerit*, addit Barcin. *certe* pro *vero*, concil. ut editum eſt, Burch. & Palea.

*h* *Conculcatione*, Barcin. quod nondum probavi: *incluſione*, concil. ut editum eſt, Burch. & Palea: *ſpatio*, vet. Tarrac. *i* *Cap.* 10. ut notat Cont. 11. q. 1. cap. 2. ex veteri libro, ego in duobus legi, *cap.* 1. ſed *cap.* 10. Burch. lib. 16. cap. 22. *Parienſi*, mendoſe Cont. *Pariſienſe* appellatur a Bonif. 8. tit. de clericis conjug. lib. 6. decretal. *k* *Ut*, addit Burch. ut editum eſt, Palea, & Raim.

*l* *Diaconem*, unus Tarrac. & quidam Grat. libri; *decanum* unus ex Gregor. *aut diaconum*, unus ex Grat. veteribus libris. *m* *Alium* pro *ullum*, unus ex veteribus Gregor. ſolus.

*n* Sic Burch. *Aut eccleſiæ juniores*, Palea; *aut minores eccleſiæ*, Raim. ſed in uno ex veteribus eſt *juniores* pro *minores*: *aut minores eccleſiæ cultores*, unus ex veteribus Grat. libris: *aut juniores eccleſiæ cultores*, alter; *aut minores eccleſiæ*, tertius, & quartus. *o* *Pontificis*, Burch. & duo Tarrac. *ſine licentia Pontificis*, Palea, & unus Tarrac. *ſine permiſſu Pontificis*, Raim. *licentia* pro *permiſſu*, Cont. in marg. *ſine conſcientia Pontificis*, tres veteres Grat. libri; *ſine ſententia Pontificis*, unus; *ſine conſcientia*, unus Tarrac.

*p* Sic etiam Burchard. & Palea: *per ſe diſtringere*, Raimund. & Cont.

*q* *Quod* pro *Qui*, Barcinon. Burchard. Palea, & Raimund. & duo Tarracon.

*r* *Dei*, addit Raim. ceteri, ut editum eſt: in uno tamen veteri Grat. libro eſt vox *Dei*.

*s* *Cui reatum, & injuriam inrogare*, vetus Tarracon.

*t* Sic etiam Cont. *agnoſcat*, Burch. & Palea: ſed ut editum eſt, duo veteres libri; *cognoſcens emendet*, Raim. *recognoſcens emendet*, unus ex vet. Gregor. *agnoſcat, & emendet*, unus Tarrac.

*u* Adde *cap.* 88. ex concil. eſt quoque Melivetani concilii cap. 24. & apud Græcos Carth. cap. 121. Ariſteno, & Zonara teſtibus 125. Balſamoni, 123. Tilio. At Burchard. lib. 1. cap. 68. *ex concilio Afric. cap.* 76. ſed Ivo parte 5. cap. 176. decreti *cap.* 75. Mendoſe Gratian. 16. q. 3. cap. 15. ex IX. Africano concilio initium ejuſdem cap. 88. refert. *x* *Vertitur* pro *verſatur*, vetus Tarracon. Ante hæc verba addi potuit, *Pars cap.* ITEM PLACUIT UT QUICUMQUE ex concil. Burch. Ivone, & Grat. pro *inter quos*, Burch. editus, *intra quos*, non recte; ut editum eſt, vetus Burchard. concil. & Ivo; *ſint diverſarum provinciarum*, Raimund. τῶν δὲ κρινόντων ἐπισκόπων ἐκ διαφόρων ὄντων ἐπαρχιῶν. Tilius; *ſi judicantes*, inquit, *Epiſcopi, ex diverſis provinciis ſint.* *y* Sic etiam concil. & Raim. *ille primus dijudicet*, Ivo; *ille Primas dijudicet*, Barcin. non recte ambo: mendoſe quoque Burch. editus, pro *in cujus vicinus*, ſed in veteri libro recte eſt. ἐκεῖνος ὁ πρωτεύων τοὺς δικαστὰς δώσει, οὗ τινὸς ἐν τῇ χώρᾳ ὁ αὐτὸς ὑπάρχει τόπος, περὶ οὗ φιλονεικεῖται. Tilius hoc eſt: *ille Primas judices dabit, in cujus regione is locus eſt, de quo contenditur.* τοὺς δὲ περὶ τούτου μέλλοντας διαγνωμονεῖν ἐπισκόπους, ὁ πρωτεύων τῆς ἐπαρχίας δώσει, ἐν ᾗ ὁ ἐνικώμενος διάκειται τόπος. Zonaras: *Dabit autem*, inquit, *Primas ejus provinciæ, in qua locus, qui in controverſia eſt, exiſtit, Epiſcopos, qui de ea re ſunt cogniturі.* ὥρισαν οἱ πατέρες ἐκείνους δίδοσθαι δικαστὰς ἐπισκόπους παρὰ τοῦ πρωτεύοντος τῆς ἐπαρχίας, ἤτοι τοῦ μητροπολίτου, οὓς ἂν αὐτὸς θέλῃ, ἅτε καὶ τοῦ τόπου ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν τούτου διακειμένου. Balſamon: *Eos patres decreverunt*, inquit, *judices Epiſcopos dari a Primate provinciæ ſive Metropolitano, quos ipſe decreverit, ſi modo locus in eadem provincia ejus exiſtit.*

*z* Sic etiam concil. Burch. Ivo; *elegerint judices* vetus Tarrac. Raim. ſub titulo de arbitris ita ſcripſit: *Sane, & infra. Si autem ex communi placito Epiſcoporum, inter quos cauſa verſatur, arbitros elegerint*; in veteri tamen eſt *ipſorum* pro *Epiſcoporum*. Quid ſub illis verbis, *Sane & infra*, comprehendatur, ex fontibus a me indicatis perſpicuum eſt. ἐὰν δὲ κατὰ κοινὴν συναίνεσιν γείτονας ἐπιλέξωνται κριτάς. Tilius: *Sin autem communi conſenſu*, inquit, *vicinos elegerint judices.* ἐὰν δὲ οἱ περὶ τῶν τόπων δικαζόμενοι αὐτοὶ ἐπιλέξωνται δικαστάς. Zonaras hoc eſt: *Si vero qui de locis contendunt, ipſi judices elegerint.* ἐὰν δὲ οἱ περὶ τῆς ἐνορίας δικαζόμενοι ἐπιλέξωνται δικαστὰς ἐκ γειτόνων ἐπισκόπους. Balſam. *Si vero, qui de loco ſubjecto litigant, judices elegerint vicinos Epiſcopos.* *aa* In Barcin. prima vox *aut* deſideratur, & in vet. Gregor. *Aut duo*, eſt in vet. Tarrac. pro *aut unus eligatur*, non recte. ἢ εἷς ἐπιλεγῇ ἢ τρεῖς. καὶ ἐὰν τρεῖς ἐπιλέξωνται καὶ ἀρεστῶσι, ἢ τῇ τῶν ὅλων ψήφῳ ἐξακολουθήσωσιν, ἢ τῇ τῶν δύο. Tilius; Græca verba Latinis paria ſunt illis exceptis καὶ ἀρεστῶσι, quæ *& placuerint* ſignificant, ponendaque eſſent poſt verbum *elegerint*; ſed mihi ſupervacanea videntur; ut editum eſt, dicto cap. 88. præter *Quod ſi*, pro *ut ſi*, quod tamen in marg. eſt; at in Milevit. *aut duo eligantur, aut tres. Quod ſi tres* &c. & in marg. *aut unus, aut tres eligantur, aut duo*, item quod editum eſt. Burch. ut editum eſt, præter pro *ut ſi*, *aut ſi*, in edito, ſed in veteri, *at ſi*. Ivo *& ſi*, quod Græce eſt, καὶ ἐάν. cetera ut edita ſunt. Raim. ut editum eſt, præter *omnium ſequantur ſententiam*, quæ verba ab editis

ordine

## CAPUT V.

*Gregorius Bonifacio (a) Defenſori Corſicæ.*

De foro comp. c. 4. SI quis contra clericorum aliquem (*b*) cauſam habuerit (*c*), Epiſcopum ipſius adeat: qui ſi forte ſuſpectus fuerit (*d*), executor ab ipſo deputetur (*e*), aut ſi & hoc actor [*f*] refugerit, a te eſt deputandus (*g*), qui partes ſibi mutuo conſenſu judices compellat eligere, a quibus quidquid fuerit diffinitum, Epiſcopi ſollicitudine (*h*), ſervata lege, modis omnibus compleatur.

## CAPUT VI.

*Alexander III. in concilio Lateranen. (i) pars c. Præterea (k).*

Non ponitur. SAne quia laici quidam eccleſiaſticas perſonas, & etiam ipſos Epiſcopos (*l*), judicio ſuo ſtare compellunt, eos, qui de cetero id præſumpſerint [*m*], a communione fidelium decernimus (*n*) ſegregandos.

## CAPUT VII.

*Idem, pars c. Ideo inter alios (o).*

SI vero presbyter, vel clericus alius aliquem laicum (*p*) de rebus ſuis, vel eccleſiæ impetierit: & laicus res ipſas non eſſe eccleſiæ, vel presbyteri, aut clerici [*q*], qui eum exinde impetit [*r*], ſed ſuas proprias aſſeverat (*s*); laicus ipſe [*t*] debet de rigore juris (*u*) ſuper hoc ad forenſe judicium (*x*) trahi: cum actor ſemper rei forum debeat ſequi (*y*) licet in pleriſque (*z*) partibus aliter de conſuetudine fiat (*aa*). c. 5. eod. t.

# TITULUS III.

# DE LIBELLI OBLATIONE.

## CAPUT I.

*Ex concilio apud ſanctum Medard. [bb]*

HIgmarus Epiſcopus dixit (*cc*): habetis libellum reclamationis, aut poſtulatio- De libelli oblat. c. 1.

L 2 nis

ordine ſolum diſcrepant. ἢ εἷς ἐπιλεγέσθω φησὶν ὁ κανὼν, ἢ τρεῖς &c. *Aut unus, inquit canon, eligatur, aut tres. Quod ſi unus eligatur, ejus ſententiæ ſtabunt; ab electo enim judice non appellatur. Si tres fuerint aut ejuſdem ſententiæ erunt, & neceſſe eſt, ut eorum ſententia obtineat; aut ſi variæ ſint eorum ſententiæ, ut ſi duo idem ſentiant, tertius alterius opinionis ſit: & plurium ſententia obtinebit.* Hæc Zonaras: μὴ πολλοὺς ἐπιλεγέσθωσαν, ἀλλὰ ἢ ἕνα ἢ τρεῖ, &c. Balſamon: *non plures eligant, ſed aut unum aut tres:* mox addit eadem, quæ Zonaras.

*a* Male in Gregoriana collectione *Bonon.* ut apparet ex lib. 9. epiſt. 74. regiſtri B. Gregorii. In uno ex veter. Raimund. libris eſt *Bonifacio* recte, ſed male *Gregor. IX.*

*b* Malo, *aliquem clericorum*, ut in Barcin. *Si quis contra clericum*, regiſtr. & Raim. *clericos aliquam*, vetus Tarrac. non male. Potuit ante hæc verba addi, *Pars cap.* EXPERIENTIA TUA. Eſt autem hæc integra clauſula: *Experientia tua non ſine culpa eſt, quod Aleriam, atque Adjacium civitates Corſicæ diu ſine Epiſcopis eſſe cognoſcens, clerum, & populum eorum ad eligendum ſibi ſacerdotem diſtulerit commonere.* Et poſt alia: *Præterea pervenit ad nos quod quidam clericorum, te illic poſito, a laicis teneantur: quod ſi ita eſt, tuæ hoc culpæ noveris reputari; quia hoc fieri ſi homo eſſes, non debuit. Et ideo de cetero ſollicitudinem te habere neceſſe eſt, ut hoc fieri non permittas: ſed ſi quis contra clericum* &c. Pro *Aleriam, atque Adjacium*, quæ in veteribus libris ſunt, in editis eſt, *alterum atque Ajacium*: pro *non debuit*, in vulgaribus eſt, *non habuit.* *c* *Aliquam cauſam habeat*, Barcin. ut editum eſt, regiſtr. & Raim. *cauſam habuit*, unus ex veteribus Raim. libris. *d* Sic etiam in regiſtro; *qui ſi ut ſuſpectus fuerit recuſatus*, Raim. & Cont. *quod* pro *qui*, duo Tarrac. cetera, ut edidimus.

*e* *Eo* pro *ipſo* Raim. cetera ut edita ſunt; *executor vel ab ipſo*, regiſtr. ut editum eſt, unus ex veteribus Raim. libris: *executor ab Epiſcopo deputetur*, vetus Tarracon. *f* *Auctor*, regiſtr. pro *actor*, quod non placet, & Raim. omittit, & duo Tarracon. *g* *A tua eſt experientia deputandus*, regiſtr. *ab eodem Epiſcopo eſt deputandus*, Raim. *a te eſt cogendus, vel ab eodem Epiſcopo eſt deputandus*, Cont.

*h* *Ipſius* pro *Epiſcopi* Raimund. & Cont. *ita vel tua, vel Epiſcopi ſollicitudine*, regiſtr. In fine hæc verba omittunt Papienſ. & Raimund. & Cont. *ut non ſit, unde ſe poſſint litigiis fatigare.*

*i* Adde *cap.* 14. ex concil. ſed ex hiſtoria Anglica Gul. Neubrigen. hoc eſt cap. 7. d. concilii.

*k* *Præterita* pro *Præterea*, vet. Tarrac. non recte. Integra clauſula exſtat cap. 4. de jure patron. in Gregor. quod eſt cap. 6. in dicta hiſtoria, ſed in conciliis ex capite 14. Raimundus tria capita inde ſumpſit, eaque ita collocavit: ſub tit. de præbend. cap. 5. initium d. cap. 14. quod in Anglica hiſtoria eſt pars cap. 12. mox caput 4. eſt de jure patron. ei annexum fuerat hoc caput neſcio quomodo a Raimundo neglectum: poſtremo cap. 19. eſt de decimis: ſi ſequimur concilior. editionem, dicendum fuit, *Pars cap.* QUIA IN TANTUM: ſi Anglicam hiſtoriam, omnia hæc ſupervacanea ſunt. *l* *Et ipſos etiam Epiſcopos*, concil. aptius. *Epiſcopos ipſos*, vetus Tarrac.

*m* *Præſumpſerunt*, vetus Tarracon. *n* *Decrevimus*, Tarracon. vetus.

*o* Sic etiam in Romano libro. *Pars cap.* NOS INTER, Cont. de officio & poteſtate prælati cap. 4. ſupra lib. 1. tit. 23. *Idem Gen. Epiſcopo. Nos inter alios præminemus* &c. infra de purgatione canonica cap. 7. *Alex. Eurien. Epiſcopo. Ideo inter alios præminemus* &c. ſive *Nos ideo inter alios* &c. At Raim. cap. 6. de purgat. can. *Nos inter alios* &c. At Raim. c. 6. de purgat. can. *Nos inter alios: & infra.* Et in concil. poſt Lateran. concil. parte 8. cap. 7. *Idem Bononien. Epiſcopo. Super eo, quod certificari deſideras* &c. quæ verba fortaſſe ſunt non ex initio reſcripti, ut ſuperiora, ſed ex media epiſtula ſumpta: ſed & cap. 4. de teſtibus cogendis in hac collectione, ubi eadem verba ſunt, quæ in d. cap. 7. hæc leguntur: *Idem Genuenſi Epiſcopo. Pars cap.* NOS INTER ALIOS. *Super eo vero* &c.

*p* Sic etiam in concil. *Si clericus laicum*, Raim. & Cont. *q* Sic etiam concil. *non eccleſiæ eſſe aut clerici*, Raim. & Cont. *r* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *s* *Adſeveret*, unus ex veteribus Greg. *adſeruerat*, vetus Tarrac. olim. *t* Hæc etiam omittunt iidem, ſunt in concil.

*u* Vox *juris* aliquando in veteri Tarrac. non erat, mox *de juris rigore*, ſcriptum eſt.

*x* Sic etiam concil. *ad forenſem judicem*, Raim. & Barcin. ſed Raim. omittit illa, *ſuper hoc*, Barcin. ea habet: *ad forenſem judicem ſuper hoc*, duo Tarracon. *y* *Forum rei ſequi debeat*, Raim. & Cont. omiſſa voce *ſemper*, quæ tamen in uno ex veteribus Gregor. eſt; at in concil. *ſemper forum rei ſequatur:* quod etiam eſt in epiſt. 2. Felicis, cujus verba refert Grat. 3. q. 6. cap. 16. ut ex ſynodo Romana, ſed ut Felicis Ivo parte 5. c. 248. & parte 6. cap. 331. decreti; vide etiam Hadriani epiſt. ad Epiſcopum Mediomatricis cap. 5. them. 8. & conſt. 4. lib. 2. tit. 1. Cod. Theod. & Novellam Valentiniani, & Marciani, cujus initium eſt, *Neminem exhiberi.*

*z* Sic etiam Raim. in pluribus concil. *aa* Sic etiam concil. *habeatur* pro *fiat*, Raim.

*bb* Scribe *Medardum*, ut eſt in vet. Tarrac. eſt autem id nomen monaſterii in urbe Sueſſionenſi, & ea ſynodus habita eſt tempore Caroli Ludovici Imp. filii an. Chriſtianæ ſalutis 853. ex tertio volumine conciliorum. Apud Burch. lib. 2. cap. 197. additur *cap. 9.* ſed in veteri libro *cap.* 8. ut etiam apud Ivonem parte 6. cap. 269. decreti: ſed in conciliis editis eſt poſt cap. 9. *Medardum habito*, Cont. addidit, Raim. ut edidimus. Vidend. Ivo parte 4. cap. 136. & 137. *cc* *Ignarus* Barcin. & Raim. *Iſmarus* in marg. Cont. *Hincmarus* concil.

&

UNED

nis [a], ſicut eccleſiaſtica ſe habet traditio [b]. Illi reſponderunt (c) ſe præ manibus nullum habere libellum. Higmarus Epiſcopus dixit (d): Legum eccleſiaſticarum &c. & infra (e). Quapropter oportet vos (f) ſecundum eccleſiaſticam auctoritatem reclamationem veſtram libelli ſerie allegare (g), eamque veſtris manibus roboratam [h] ſynodo porrigere (i), ut tunc convenienter, & canonice vobis (k) valeat reſponderi: & tunc ipſi fratres libellum conſcribentes Higmaro porrexerunt (l).

## TITULUS IV.

## DE MUTUIS PETITIONIBUS CORAM EODEM JUDICE (m).

### CAPUT I.

*Gregorius Paulino Epiſcopo Taur.* (n)

Non ponitur. CLerus eccleſiæ Regitanæ &c. & infra (o). Et ideo mediis ſacroſanctis evangeliis fraternitas veſtra (p) in cauſa prædicti clerici, & Epiſcopi [q] ſui, ſine cujuſquam perſonæ reſpectu, tam clericorum (r) querelam, quam habent contra ſuum Epiſcopum [s], quam ſi quam (t) forte Epiſcopus contra clericum habuerit [u], perſcrutetur (x), & quidquid in veritate cognoverit, nobis ſignificet (y).

### CAPUT II.

*Alexander III. Volterano Archipresbytero, & Abbati de Spongia* (z).

EX litteris veſtris accepimus (aa), quod dilecti noſtri filii [bb] Abbas, & fratres Maturenſis mon. (cc) ſuper quæſtionibus, quas Plebanus, & clerici Maturenſes (dd) adverſus eos proponunt, veſtrum parati ſunt [ee] ſubire examen (ff), ſi illi in continenti de ſuis deberent quæſtionibus (gg) reſpondere. Unde quoniam (hh) indignum penitus, & abſurdum vide- De mut. pet. c. 1.

& Burch. & Ivo: fuit autem Rhemen. Archiepiſcopus. Plura verba Burch. & Ivo cumſcripſerant, quorum initium fuit; *Hincmarus Archiepiſcopus Rhemorum ſuis accuſatoribus dixit: Quæ eſt petitio veſtra fratres?* Aliis verbis ea in concil. ſunt, quæ longum eſſet referre.

a Sic etiam concil. & Burchard. *ac* pro *aut* Ivo; *vel* pro *aut* Raimund. & Cont.

b Sic etiam concil. Burch. & Ivo: hæc omiſerat Raim. addidit Cont. *Se* omittit vetus Tarrac.

c Sic etiam Raimund. & Cont. *Illi autem reſponderunt*, concil. Burchard. & Ivo.

d *Ignarus*, Barcin. & Raim. *Hincmarus*, concil. Burch. & Ivo. *Ignatius*, vetus Tarracon.

e Hæc omiſit Raim. addidit Cont. ſed totidem verbis. Addere debuit, unde plura verba peti poſſent; nam non ſolum ex concil. Burch. & Ivone, ſed etiam ex Grat. ſive Palea, ut in veteribus libris eſt, addentur 2. q. 1. cap. 9. ubi hæc verba ſunt: *Item ex concilio apud ſanctum Medardum VIII. cap. Himarus Remorum Archiepiſcopus dixit: Legum eccleſiaſticarum auctoritas talis eſt, ut in cauſis geſtorum ſemper ſcriptura requiratur*, &c. at in concil. eſt: *Legum eccleſiaſticarum conſuetudo, & auctoritas* &c. *ſcripturam requirant*, Burch. ut Grat. ſed in fine *ſcripturam requirat*: & Ivo, & duo veteres Gratiani libri, in quibus pro *Himarus* eſt *Iſmarus*, licet in aliis alio modo.

f *Quapropter*, omiſerat Raim. addidit Cont. *vos oportet*, unus Tarracon. *Quapropter, fratres, & filii, oportet vos*, concil. Barch. & Ivo. g Sic etiam concil. Burch. & Ivo *declarare* pro *allegare* Raim. *allegare*, in marg. Cont.

h Sic etiam Burch. Ivo & Raim. *eumque veſtris manibus roboratum*, concil.

i Sic etiam Raim. & Cont. *ſynodo ſacræ porrigere*, concil. Burch. & Ivo.

k *Tunc*, omittitur in concil. & in libris Burch. & Ivo; *ut tunc vobis canonice*, Raim. *ut tunc vobis* [*convenienter*, & ] *canonice*, Cont. *ut tunc canonice vobis*, vetus Gregor.

l *Ignaro porrexerunt*, vetus Tarracon. & Barcin. (*Iſmaro*) *porrexerunt*. Cont. *porrexerunt*, Raim. *eique ſua nomina ſubſcribentes, porrexerunt Hincmaro Archiepiſcopo, qui tunc una cum Vuenilone Archiepiſcopo, & Amalrico Archiepiſcopo ſub præſentia glorioſi Regis domini Caroli ſynodo præſidebat*, concil. *Vuenilone Sennenſi Archiepiſcopo, & cum Amalrico Turonenſi æque Archiepiſcopo* &c. *Regis Caroli, qui ſynodo præſidebat*. Burch. cetera, ut concil. præter *Hincmaro Epiſcopo*, quod etiam Ivo habet, & *Regis Caroli ſynodo præſidebat*: cetera, ut Burch. præter vocem *Cum* ante vocem *Amalrico*, & *Senonen.* pro *Sennenſi* & in marg. *Muclone Senenſi* pro *Vuenilone Senonenſi*, & *Almarico* pro *Amalrico*. In veteri libro Burch. *Caroli ſynodo* eſt. Videndus Ivo parte 4. cap. 136. & 137. decreti.

m *Factis* addit Barcin. recte. n *Paulo* vetus Tarrac. *Sabino ſubdiacono*, ſcribo ex lib. 7. epiſt. 46. regiſtri B. Gregorii. In veteri tamen libro poſt eam epiſt. 46. exſtat totidem fere verbis inſcripta, *Paulino, Proculo, & aliis*. In edita fit eorundem Paulini, & Proculi, & aliorum mentio, ut mox oſtendemus. In alio veteri libro epiſt. 44. eſt hac inſcriptione: *Gregorius Paulino Epiſcopo Taurenſi, Proculo Epiſcopo Nicoter. Palumbo Epiſcopo Conſent. Venerio Epiſcopo Vibonien. Martino* (ſive *Marciano*) *Epiſcopo Locris*.

o Integra clauſula ita perficietur ex eodem regiſtro: *multa contra reverentiſſimum fratrem noſtrum Bonifacium Epiſcopum ſuum, data nobis petitione, conqueſtus eſt*, &c. *Clericus* pro *Clerus* eſt in veter. Tarrac. non recte.

p *Experientia tua una cum Paulino, Proculo, Palumbo, vel Venerio, atque Marciano reverentiſſimis fratribus, coepiſcopiſque noſtris*, regiſtr. *fraternitas veſtra una cum Sabino ſubdiacono noſtro reſideat, & ſicut eſt officio ſacerdotali conveniens*, uterque vetus liber regiſtri. q Hæc in regiſtro non ſunt: ſcribo autem *cleri* pro *clerici*, ut eſt in uno Tarrac. r Sic etiam regiſtr. *tam ſingulorum clericorum*, Barcin. *tam clerici*, vetus Tarrac. forte *cleri*.

s *Quam adverſus ſuum, ſicut diximus, habent Epiſcopum*, regiſtr. *habet* pro *habent*, vetus Tarracon.

t *Vel ſi quam*, regiſtr. u *Habuit*, Barcin. *ille contra eos habuerit, cum omni æquitate, ac ſollicitudine perſcrutetur*, regiſtr. *Clerum* ego iterum pro *clericum* ſcribendum cenſeo, quod etiam eſt in uno Tarrac. libro.

x *Et perſcrutetur*, unus Tarrac. y *Nobis, una cum prædictis fratribus noſtris, ſubtiliter, diligenterque ſignificet, ut renuntiatione veſtra redditi certiores, quid fieri debeat, decernamus*, regiſtr. *nobis ſignificetur*, vetus Tarrac.

z Parte XI. poſt concil. Lateran. titulo ut actor reſpondeat ei, quem convenit, cap. 1. *Idem Vuolterano Archiepiſcopo*, non ſine mendo. *Epiſcopo, & Abbati de Spong.* Raim. [*Vulterano Archipresbytero*] *Epiſcopo, & Abbati de Spongia*, Cont. *Wlteranenſi Epiſcopo, & Abbati de Spongia*, unus ex veteribus Gregor. *Epiſcopo* pro *Archipreſbytero* eſt in duobus Tarrac. Edita confirmantur verbis capitis proximi, & verbis cap. 19. de teſtibus in hac collectione, at in conciliis d. parte XI. cap. II. *Archidiacono Vuolterano, & Abbati de Spongia*; & parte 8. cap. 15. *Volterano Archiepiſcopo, & Abbati de Spongia*. aa Recte Cont. addidit, quæ Raim. omiſit, ſunt etiam in concil. bb *Filii noſtri*, concil. & duo Tarrac. & Cont. aptius, quamvis more Romano hujus temporis, *noſtri*, eſſet delendum. cc *Eccleſiæ* Barcin. *Maturienſis monaſterii*, concil. & Cont. *Marturenſis monaſterii*, duo Tarrac. Sancti Michaelis de Martura id monaſterium appellatur d. cap. 19.

dd *Maturien.* concil. & Cont. *Marturenſes*, vetus Tarrac. *Martyrenſes*, alter.

ee Sic etiam Cont. *parati fuerint*, Barcin. & concil. *fuerunt parati*, duo Tarrac.

ff Sic etiam Cont. *gravamen ſubire*, concil. non recte. gg *Debeant* pro *deberent*, Barc. *debeant de ſuis quæſtionibus* Cont. *De ſuis quæſtionibus debent*, alias *vellent*, conc. *deberent de ſuis quæſt.* vetus Tarr. hh *Quia*, unus Tarr.

detur (*a*), ut memorati plebanus (*b*), & clerici (*c*) Abbati, & fratribus (*d*) de iis, quæ adverſus eos proponunt [*e*], reſpondere non debeant [*f*], cum ſibi ex ipſis (*g*) juſtitiam poſtulant exhiberi (*h*): d. u. per A. s. præ. m. quatenus (*i*) actione plebani, & clericorum propoſita, & reſponſione facta eos moneatis, & auctoritate noſtra, & veſtra diſtrictius compellatis [*k*], memoratis (*l*) Abbati, & fratribus (*m*) ſuper quæſtionibus ſuis coram vobis reſpondere, & vos viciſſim [*n*] poſtmodum rationes, & allegationes (*o*) utriuſque partis (*p*) diligentius audiatis, & (*q*) concordia, vel judicio terminetis [*r*].

CAPUT III.

*Idem Plebano, & clericis Mart.* (*s*)

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. xi. cap. ii.

MIramur plurimum, & movemur, quod cum cauſam, quæ inter vos, & dilectos filios noſtros (*t*) Abbatem, & fratres Maturenſis mon. [*u*] vertitur, dilectis filiis noſtris (*x*) Archipresbytero Volterano (*y*) & Abbati de Spongia commiſiſſemus fine debito terminandam, & Abbas, & fratres parati eſſent judicium eorum ſubire [*z*], ſi vos eis ſuper quæſtionibus, quas adverſus vos proponunt, deberetis incontinenti reſpondere: vos ſicut (*aa*) idem judices nobis litteris ſuis intimaverunt, id efficere noluiſtis. Verum quoniam (*bb*) rationis ordo exigit (*cc*), ut qui [*dd*] ſibi vult ab alio (*ee*) juſtitiam exhiberi, ei non debeat (*ff*) quod juſtum eſt, denegare: f. u. per A. s. pr. m. qua actione [*gg*], quam adverſus prædictos Abbatem, & fratres intenditis, propoſita, & reſponſione facta, eiſdem Abbati (*hh*), & fratribus coram prædictis judicibus in continenti reſpondeatis, ut cauſa veſtra, & ipſorum viciſſim poſtmodum audiri debeat, & terminari. Nos enim eiſdem judicibus in mandatis dedimus, ut vos ad id faciendum inſtanter moneant, & auctoritate noſtra compellant (*ii*).

TITULUS V.

DE ORDINE JUDICIORUM (*kk*).

CAPUT I.

*Clemens III. Aletrino Epiſcopo* (*ll*).

INtelleximus ex litteris tuis (*mm*), quod cum mulier quædam peteret quendam in virum, teſtes ad ſuæ intentionis aſſertionem induxit, per quos pars viri futurum ſibi [*nn*] præjudicium metuens, exceptionem conſanguinitatis objecit, ex qua intendit petitionem mulieris prorſus elidi (*oo*). Quia vero nos (*pp*) conſulere voluiſti, an prius ſit de impedimento conſanguinitatis agendum, quam ſuper cauſa matrimonii (*qq*) ſententia proferatur, inquiſitioni tuæ duximus [*rr*] reſpondendum; quod cum exceptione probata principalis quæſtio perimatur, ante eſt de ipſa cognoſcendum, quam ad diffinitionis articulum procedatur: quo facto virum ab impetitione mulieris, prout poſcit (*ſſ*) ratio juris, abſolvas. — De ordine cogn. c. I.

TITULUS VI.

DE PLUS PETITIONIBUS.

CAPUT I.

*Leo Papa in ſermone de natali Domini* (*tt*).

SOlvitur letiferæ (*uu*) pactionis male ſuaſa (*xx*) conſcriptio, & per injuſtitiam plus petendi totius debiti ſumma vacuatur [*yy*]. — Non ponitur.

TI-

*a* Sic etiam concil. *rationis ordo exigit*, Raim. & Cont. ſunt autem hæc verba ex cap. 2. ſumpta; ſed ad aliam ſententiam pertinent. *b* Sic etiam concil. *ut plebanus*, Raim. & Cont.

*c* *Maturen.* addunt Raim. & Cont. ut editum eſt, concil. *d* Sic etiam concil. *Maturen. monaſterii*, addunt Raim. & Cont. *e* *Proponuntur*, unus Tarrac. *f* Hæc etiam in concil. ſunt; at Raim. *debeant in veſtra præſentia reſpondere.* *g* Sic etiam Raim. & Cont. *exinde*, concil. Poſt hæc verba Raim. addidit: *coram vobis a ſede Apoſt. delegatis. Ex hi ipſis*, unus Tarrac. non recte; *hi ex ipſis*, ſcribo.

*h* Sic omnes, ſed in uno ex veteribus Gregor. *poſtulent* pro *poſtulant*.

*i* *Diſcretioni tuæ*, &c. *quatenus*, concil. non recte. *Mandamus quatenus*, Raim. & Cont.

*k* *Eos moneatis auctoritate noſtra, & diſtrictius compellatis*, concil. aptius; *monitione præmiſſa compellatis eoſdem*, Raim. & Cont. vide cap. 2. in fine. *l* *Memorato*, unus Tarracon.

*m* Sic etiam concil. addit Raim. poſt hæc verba, *incontinienti*, quod ſumitur ex cap. 2.

*n* Sic etiam concil. *& viciſſim*, Raim. & Cont. *o* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt tamen in concil.

*p* Sic etiam concil. *partium*, Raim. & Cont. *q* *Audientes*, Raim. & Cont. ut editum eſt, concil.

*r* Sic etiam concil. *utriuſque negotium terminetis*, Raim. & Cont. *utriuſque partis*, unus ex veteribus Gregor.

*s* *Maturienſibus* vetus Tarrac. *Idem Decano, & clericis Maturien.* in concil. parte 11. cap. 2. *Idem Decimo Plebano, & clericis Mararum*, Barcin. mendoſe; ſcribo *Maturen.* pro *Mart.* ut cap. 1. ſive *Marturen.* ut cap. 19. de teſtibus. *Idem decimo plebano* &c. unus Tarrac. *Decano*, vetus olim.

*t* Vox *noſtros*, in Barcin. omiſſa eſt; *dilectos fratres*, concil. *dilectos*, unus Tarrac. pro *dilect.*

*u* *Maturienſis monaſterii*, concil. *Marturienſis monaſterii*, vetus Tarrac. *Marturenſis*, alter.

*x* Sic etiam in concil. vox *noſtris* omiſſa eſt in Barcin. *y* *Archidiacono Volterano*, concil. *Epiſcopo Volterano* unus Tarrac. *z* *Illorum ſubire*, concil. *aa* *Vos vero, ſicut*, vetus Tarrac.

*bb* *Unde quia*, concil. *Unde quoniam*, duo Tarrac. *cc* *Ordo hoc exigit*, concil. ut editum eſt, Raim. cap. 1.

*dd* *Ut ſi quis*, concil. *ee* *Ab aliquo*, concil. *ff* *Non debet*, concil. *gg* *Fraternitatem veſtram*, &c. *quatenus accuſatione ipſa*, concil. mendoſe. *hh* *Eidem* pro *eiſdem*, concil. *ii* *Noſtra diſtricte compellant*, Barcin. & concil. & duo Tarrac. *kk* *Cognitionum*, Barcin. & Raim. & duo Tarrac.

*ll* *Aletano Epiſcopo*, Barcin. *Alatrino Epiſcopo*, Raim. & Cont. *mm* Hæc omittunt Raim. & Cont. *veſtris* pro *tuis*, vetus Tarrac. *nn* Vox *ſibi* in uno ex veteribus Gregor. non eſt.

*oo* Vox *prorſus* omiſſa eſt a Raim. & Contio, & in vet. Tarrac. *pp* Hæc uſque ad verbum *Inquiſitioni*, omiſit Raim. addidit Cont. *qq* Vox *matrimonii* in Barcin. non eſt: *cauſa principali*, Cont.

*rr* *Tuæ taliter duximus*, vetus Tarrac. & Raim. & Barcin. *t. t. reſpondemus*, unus ex veteribus Gregor.

*ſſ* *Prout expoſcit*, Barcin. & Tarrac. vet. & Raim. & Cont. *tt* *De nativitate Domini*, Barcin. & unus Tarrac. addendum *ſermone* 2. cujus initium eſt; *Exultemus in Domino, dilectiſſimi*, &c.

*uu* Operæ pretium eſt altius Divi Leonis verba referre: *Perſtitit ergo improbus prædo, & avarus exactor in eum qui nihil ipſius habebat, inſurgere: & dum vitiatæ originis præjudicium generale perſequitur; chirographum, quo nitebatur, excedit, ab illo iniquitatis exigens pœnam, in quo nullam reperit culpam. Solvitur itaque letiferæ* &c. pro *nitebatur*, in uno edito libro eſt *utebatur*: pro *excedit* in duobus eſt *excidit*, forte ita excidit dictum, ut cadere a cauſa.

*xx* *Male ſuada*, Leo. *yy* *Evacuatur*, vetus Tarracon.

## TITULUS VII.
## DE FERIIS.
### CAPUT I.

*Ex concilio apud Compendium* (*a*).

De feriis c. 1.

OMnes dies dominicos (*b*) a veſpera in veſperum (*c*) cum omni veneratione obſervare decernimus (*d*), & ab omni illicito opere (*e*) abſtinere, ut mercatum in eis minime fiat (*f*), nec placitum: ubi aliquis (*g*) ad mortem, vel ad pœnam (*h*) judicetur, nec ſacramenta (*i*) jurentur, niſi pro pace facienda.

## TITULUS VIII.
## DE CAUSA POSSESSIONIS, ET PROPRIETATIS IN EODEM JUDICIO MOTA [*k*].
### CAPUT I.

*Gregorius Felici † Siciliæ* (*l*).

De cauſa poſſ. c. 1.

SUſceptis &c. & infra [*m*]. Legali proviſione decretum eſt, tam momenti (*n*), quam proprietatis cauſam in uno, eodemque judicio [*o*] debere cognoſci, nec nos contra inauditam partem (*p*) aliquid poſſumus diffinire.

### CAPUT II.

*Idem Joanni Epiſcopo Syracuſ.*

Non ponitur.

FElix &c. & infra (*q*). Oportet, ut actores (*r*) eccleſiæ veſtræ deputetis, ut cum eo debeant eligere cognitores, qui tam momenti, quam principalis rei quæſtionem (*s*) cognoſcere valeant, & finire; ne ſi aliqua occaſione [*t*] dilatum fuerit, & ipſe pati præjudicium, & partes eccleſiæ non habere juſtitiam videantur: nos (*u*) ſic cauſas [*x*] eccleſiæ finire volumus [*y*], ut nec diſpendium contra æquitatem ſuſtineat.

## TITULUS IX.
## DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.
### CAPUT I.

*Alexander III. Vigor. Epiſcopo* (*z*).

SOllicite cures, & diligenter (*aa*), quo tempore H. renuntiavit (*bb*) eccleſiæ, & ſi tibi (*cc*) conſtiterit eum eſſe ſpoliatum (*dd*), quando eidem (*ee*) eccleſiæ renuntiavit [*ff*], ſi hac vice tantum (*gg*), aut ſi (*hh*) pluribus vicibus renuntiavit eccleſiæ præſcriptæ, dum modo ſpoliatus renuntiavit, contra eum teſtes alterius partis de juramento, & renuntiatione (*ii*) ſpontanee facta nullatenus admittas (*kk*): quia non eſt [*ll*] veriſimile, quod ſponte juri ſuo renuntiaverit (*mm*), qui jam ſpoliatus renuntiat — De reſtitut. ſpol. c. 2.

*a* Cap. 2. ut refert Burch. lib. 2. cap. 81. & Ivo lib. 2. tit. 13. cap. 2. Panormiæ; ſed idem Ivo parte 4. cap. 16. decreti, *ex concilio Magunt.* 1. *cap.* 37. quod in conciliis exſtat, ſed & apud Burch. lib. 2. cap. 85. *ex concilio apud S. Medardum cap.* 8. At ut editum eſt, Raim. & Cont. exſtare etiam dicitur lib. 5. c. 88. capitul.

*b Dominicas*, Burch. ſolus d. cap. 85. *c Veſperam*, Barcin. & duo Tarrac. & ceteri. Burch. d. cap. 85. omnia hæc verba omiſit, & concil. *d Decrevimus obſervari*, concil. *obſervare decrevimus*, Burch. utrubique *decernimus obſervari*, Raim. & Cont. & *obſervatione*, *decrevimus obſervare*, Ivo in decreto; ſed in Panorm. omiſſa eſt vox *obſervare*: mihi *obſervari* magis placet, quam *obſervare*.

*e Omni*, omittunt Burch. & Ivo utrubique: *& a ſervili opere*, concil. ut editum eſt Raim. & Cont.

*f Et ut mercatus in eis minime ſit*, concil. & Burch. & Ivo aptius: *fit* tamen pro *ſit*, eſt in Panorm. *ut in eis mercatum minime fiat*, Raim. & Cont. *g* Sic concil. Burch. & Ivo: *neque aliquis*, Raim. & Cont. *niſi* pro *ubi*, vetus Tarracon. *h Ad*, omiſit Ivo in decreto. *i* Hæc in concil. omiſſa ſunt: ut editum eſt, Burch. d. cap. 81. & Ivo d. cap. 16. *niſi ad pacem*, Burch. d. cap. 85. *nec ſacramentum juretur in eis*, *niſi pro pace facienda*, Panorm. *nec ſacramenta*, *niſi pro pace*, *vel alia neceſſitate*, *præſtentur*, Raim. & Cont. *nec ſacramentum juretur*, vetus Tarrac. *k* Quattuor poſtrema verba omiſit Raim. neque addidit ea Contius.

*l Gregor. Duci Siciliæ*, Raim. *Felici in Sicilia*, lib. 7. epiſt. 98. ſive 100. regiſtri: *Felici* pro *Duci* Cont. in marg. qui etiam indicat ſumi ex lib. 7. ind. 2. epiſt. 100. *Gregor. IX. Regi Felici Cæciliæ*, unus ex veteribus Gregor. mendoſe. *m Suſceptis*, *& infra*, Raim. *Suſceptis Magnitudinis veſtræ epiſtolis*, *contriſtati ſumus* &c. Cont. ex regiſtro: *quod ab actoribus eccleſiæ Syracuſanæ quaſdam poſſeſſiones*, *quas vos tenuiſſe dicitis*, *occupatas irrationabiliter indicaſtis* &c. ex eodem regiſtro addendum cenſeo verbis a Contio relatis: *auctoribus* pro *actoribus* editus liber, quod nondum probavi: vetus liber, & alter editus, ut ſcripſimus: eoſdem actionarios appellat epiſt. 99. ſive 101. *n* Sic etiam in regiſtro, & Raim. ſed Cont. in marg. *alias tam momentaneæ poſſeſſionis*, quod improbat. *o* Sic etiam in regiſtr. *ſub uno eodemque judice*, Raimund. & Contius.

*p* Sic etiam Raim. & Cont. & vetus regiſtri liber, at in editis vox *partem* deſideratur. Poſt vocem *diffinire* eſt in regiſtro, *Prædicto fratri noſtro ſcripſimus*, *ut actores eccleſiæ ſuæ deputare debeat*, *qui vobiſcum ſine mora electorum poſſint ſubire judicium* &c. fecerat autem mentionem Joannis Syracuſani Epiſcopi, ad quem ea res pertinebat. De eadem re ex epiſt. proxima caput poſterius ſumitur: pro *vobiſcum*, quod in veteri eſt, *nobiſcum* eſt in editis. *q* Integra clauſula ex epiſt. 99. ſive 101. d. libri 7. Gregorii hæc eſt: *Felix vir memorandus ſuis nobis epiſtolis quæſtus eſt*, *fraternitatis veſtræ actionarios*, *poſſeſſiones*, *quas tenuerat*, *illicite*, *& contra juris ordinem pervaſiſſe*, *petens ablata ſibi reſtitui*, *& ſe cum eis*, *ſi tamen cauſam voluerint dicere*, *paratum eſſe in judicio ſine aliqua dilatione conſiſtere. Quod ſi ita eſt*, *quia quid legalis ratio habeat non neſcitis*, &c. In uno ex editis vox *vir* omiſſa eſt. *r Oportet*, *ut omni mora poſtpoſita*, *actores*, regiſtr. *s Rei quæſtiones*, regiſtr.

*t Qualibet occaſione*, regiſtr. *aliqua dilatione*, vetus Tarrac. *u* Ante hæc verba omiſſum eſt: *Ita ergo agite*, *ut ſub omni celeritate judicium eligatur*, *nam nos* &c. regiſtr. *x Sic ut* pro *ſic*, unus Tarrac.

*y Eccleſiæ veſtræ fieri voluimus*, regiſtr. *finiri* pro *finire*, unus Tarrac. Poſt verbum *ſuſtineat*, hæc ex regiſtro addantur: *nec ad veſtram poſſit aliquid invidiam ſuſtinere.* Ego malim *pertinere*, quam *ſuſtinere*: *ſuſtineant*, pro *ſuſtineat* eſt in vet. Tarrac. *z Wigoren. Epiſcopo* Barcin. *Wigo.* vetus Tarrac. *Vuigorn. Epiſcopo*, in concil. parte 22. tit. de ſpoliatis reſtituendis, vel non, cap. 1. *Vigoren. Epiſcopo*, Raim. & Cont. *Vigornienſium Epiſcopo*, unus ex veteribus Gregor. non male. *aa* Sic etiam concil. *perquirere*, Raim. & Cont. mihi placeret id verbum editis addere. *bb Renuntiaverit*, unus ex veteribus Gregor.

*cc* Sic etiam Raim. *ſi vobis*, concil. & duo Tarrac. *tibi* in uno ex veteribus Gregor. non eſt.

*dd Eum ſpoliatum*, Raim. *ipſum ſpoliatum eſſe*, concil. *ee Cum eidem*, conc. & duo Tarrac. & Raim.

*ff Renuntiaverit*, unus ex veteribus Gregor. *gg* Hæc uſque ad vocem *contra* omittunt Raim. & Cont. & vetus Tarrac. ſunt in concil. ſed quattuor verba ſupra ſcripta non ſunt Barcin. *una* pro *hac* eſt in uno Tarrac. libro. *hh* Ante hæc verba eſt in concil. *renuntiavit*, & vox *ſi* deſideratur.

*ii* Sic etiam Raim. & Cont. *& de renuntiatione*, concil. *kk* Sic etiam conc. *ſponte facta*, *antequam reſtitutus fuerit*, *non admittas*, Raim. & Cont. *ll Nec* pro *non*, unus ex veteribus Gregor.

*mm Renuntiavit*, unus ex veteribus Gregor. *ſuo* in uno Tarrac. olim non fuit.

UNED

tiat (*a*), ſed teſtes H. (*b*) quibus intendit ſe probare [*c*], quod violenter prædicta eccleſia fuerit ſpoliatus (*d*), dummodo idonei ſint [*e*], recipere minime differas (*f*).

CAPUT II.

*Idem* (*g*).

c. 3. eod. t. ACcepta conqueſtione (*h*) P. clerici, quod violenter eccleſia de Procebrant fuiſſet ſpoliatus [*i*]: d. u. per A. s. ſi bene meminimus (*k*), dedimus in mandatis, ut ſi per officiales [*l*] venerabilis fratris noſtri (*m*) Eboracen. Archiepiſcopi A. S. L. ex conceſſione ipſius in eadem eccleſia introductus fuiſſet [*n*], & inde per violentiam ejectus (*o*), ſibi eam, auctoritate noſtra [*p*] reſtitui faceretis [*q*], quibus cognitis (*r*), reſponſum eſt, ſicut nobis dicitur (*s*), ab adverſario, iſta omnia [*t*] non debere proficere, eo quod ſpontanea voluntate, præſcriptam eccleſiam, in præſentia præfati Archiepiſcopi [*u*] abjuraſſet: quia vero [*x*] non ſcripſimus idiotis, ſed diſcretis perſonis, & noſtrum eſt (*y*) diſcernere, quod ratio (*z*) dictet, diſcretioni veſtræ præſentium auctoritate injungimus (*aa*), ut rei veritatem (*bb*) diligenter, & ſubtiliter inquiratis, & ſi vobis conſtiterit, quod præfatus P. nullo metu, vel vi coactus, ſed ſpontanee (*cc*) prælibatam eccleſiam abjuraverit (*dd*), ei omni oc. & ap. re. (*ee*) ſuper hoc perpetuum imponatis ſilentium (*ff*).

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 22. c.3. *al.* p.7. c.3.

CAPUT III.

*Idem Pariſien. Epiſcopo* [*gg*] *& Abbati Sancti Remigii, & Decano Melden.*

FRatres Aremarenſes (*hh*) gravem ad nos (*ii*) contra Abbatem ſuum tranſmiſere querelam, dicentes eum ipſius monaſterii bona [*kk*] dilapidaſſe, ipſumque inutilem eſſe, & ſortilegum. Nuntius vero Abbatis in præſentia noſtra conſtitutus, hæc omnia inſtantius denegabat, adjiciens præſcriptum Abbatem ab adminiſtratione [*ll*] abſque cauſa deſtitutum rationabili. Ideoque d. u. per A. s. pr. m. qua. [*mm*] ad locum, in quo facilius poſſitis partes habere præſentes, & de cauſa cognoſcere, venientes, & quæ hinc inde (*nn*) propoſita fuerint, diligentius audientes, negotium ipſum omni gratia, & amore poſtpoſito, terminare curetis: ita quod, ſi vobis conſtiterit legitime (*oo*) prædictum Abbatem irrationabiliter deſtitutum, ipſum reſtituatis. Si vero deſtitutus non eſt, & eum inveneritis deſtituendum, illum auctoritate (*pp*) noſtra deſtituatis, indemnitati eccleſiæ ſicut melius noveritis expedire conſulentes. Verum ſi prælibati [*qq*] fratres ipſum canonice convicerint (*rr*) de objectis, depoſitionis ſententiam proferatis (*ſſ*). Ceterum ſi præfati fratres accuſationis libello porrecto in probatione defecerint, Abbati canonica purgatione injuncta, illos debita animadverſione puniatis.

CAPUT IV.

*Idem Wigor. Epiſcopo, & R. Elien. Archidiacono* [*tt*].

AUdita querela dilecti filii noſtri (*uu*) T. clerici, Kariſſimi in Chriſto (*xx*) filii c. 4. eod. t.
noſtri Illuſtris (*yy*) Scotorum Regis, quod H. perſona eccleſiæ de Sandeja (*zz*) ipſum ſuper

*a Qui renuntiat ſpoliatus*, Raim. & Cont. *qui ſpoliatus renuntiavit*, concil. *jam* in duobus Tarrac. non eſt.

*b* Sic etiam concil. *ſed teſtes ejuſdem H.* Raim. & Cont. *teſtes autem ejuſdem H.* unus ex veteribus Gregor. *ſed teſtes quibus H.* vetus Tarrac. *c* Sic etiam Raim. & Cont. *qui* pro *ſe intendunt*, concil. *d* Sic etiam Raim. & Cont. *fuit* pro *fuerit*, concil. *ſit*, vetus Tarrac. *e* Sic etiam Raim. *ſunt* pro *ſint* concil. *ſunt olim*, mox *ſint*, unus Tarrac. *f Minime differas accipere*, concil. *recipere non poſtponas*, Raim. & Cont.

*g Decano Lincol. & Abbati de Rivaus*, adde ex concil. d. parte 22. cap. 2. *Decano Lincol. & Abbati de Rivallis*, parte 42. cap. 3. ut editum eſt, Raim. & Cont. *h* Sic etiam concil. *Accepta quæſtione*, Raim. & Cont. & vetus Tarrac. *i De Procebbis*, Barcin. *de Sprotebtur*, d. cap. 2. concil. *fuerat eccleſia ſpoliatus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: *eccleſia fuerit ſpoliatus*, unus ex veteribus Gregor. ut editum eſt, in concil. d. cap. 3.

*k Diſcretioni tuæ, ſi bene meminimus*, d. cap. 2. concil. *diſcretioni veſtræ per A. ſ. præ. ſi bene meminimus*, d. cap. 3. pro his omnibus Raim. *vobis* ſcripſit: *dis. t. pr. m.* vetus Tarrac. aliis omiſſis.

*l* Pro his verbis uſque ad illa, *ſibi eam*, Raim. & Cont. habent, *ut ſi hoc conſtaret*: in concil. ut editum eſt.

*m Patris noſtri*, d. cap. 2. concil. quod non placet; ſed in priore editione eſt, *fratris noſtri*, & d. cap. 3.

*n* Sic etiam d. cap. 2. ſed cap. 3. *fuiſſet inſtitutus*. *o* Pro *ejectus* eſt *exire coactus*, in concil. cap. 2. ſed cap. 3. ut editum eſt. *p* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*q* Sic etiam Raim. & Cont. *reſtitui faciatis*, vetus Tarrac. & concil. d. cap. 2. ſed cap. 3. ut editum eſt.

*r* Sic etiam concil. *quo cognito*, Raim. & Cont. *s* Hæc etiam ſunt in concil. a Raim. & Contio omiſſa: poſt hæc verba cetera omiſſa ſunt d. cap. 3. partis 42. vox *nobis* in vet. Tarracon. non eſt.

*t* Sic etiam concil. *id* Raim. & Cont. *u* Sic etiam concil. *coram Eboracen. Archiepiſcopo, Ap. Sed. Leg.* Raim. & Cont. *prædicti* pro *præfati* vetus Tarrac. *x* Hæc recte Cont. addidit a Raim. omiſſa; ſunt autem in concil. *y* Sic etiam Cont. & in Barcin. deſideratur: *& nitimur*, concil.

*z Quid ratio* concil. & Cont. *aa* Ordo trium verborum mutatur in concil. *injungimus pr. Auct.* & apud Cont. ſic eſt: *præſentium auctoritate dis. n. mandamus*: ſed pro *n. x.* ſcribendum eſt. Raim. ceteris omiſſis habet *mandamus. dis. u.* Tarrac. vetus; cetera, ut edita ſunt. *bb* Hæc uſque ad illa *ſi vobis* omittunt Raim. & Cont. pro quibus habent, *quatenus ſi vobis*: ut editum eſt, concil. *cc Sed ſpontanea voluntate*, unus ex veteribus Greg. *dd Taliter abjuraverit*, Raim. & Cont. *abjuravit*, concil. *ee* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *omni contradictione, & appellatione remota*, concil. aptius: *omni contra. & ap. re.* vetus Tarracon.

*ff Silentium imponatis*, conc. & vetus Tarrac. & Raim. aptius. *gg Idem*, concil. ceteris omiſſis: ſunt autem tres iidem poſiti in inſcriptione capitis 2. de reſtitutione ſpoliatorum collect. 2.

*hh Arcemarenes*, concil. *Aremaſenſes*, vetus Tarrac. *ii* Sic etiam concil. *apud nos* Barcin.

*kk Bona illius monaſterii*, concil. *ll Ab*, olim in veteri Tarrac. non erat.

*mm Ideo dilectioni veſtræ &c. quatenus*, conc. *dis. u.* vetus Tarrac. *nn Hinc, & inde*, concil.

*oo* Vox *legitime* deſideratur in concil. *pp* Vox *illum* aliquando in vet. Tarracon. non erat.

*qq Si prædicti*, concil. *rr Convicerunt*, ſive *convincunt*, concil. *ſſ Afferatis* concil. non recte.

*tt Idem Vuigorn. Epiſcopo, & Helien. Archid.* concil. d. parte 22. cap. 4. *Idem Vigoren. Epiſcopo, & Elien. Archid.* Raim. & Cont. *Idem Vigornien. Epiſcopo, & Helien. Archid.* unus ex veteribus Gregor.

*uu* Hæc ſunt in conc. omittunt Raim. & Cont. *xx* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. uſque ad illa: *quod H.* ſunt in conc. *yy* Hæc etiam in concil. non ſunt. *zz De Sandeta*, concil. *de Sander*, Raim. & Cont.

UNED

per (a) eccleſia, de Poſitione (b) indebite moleſtare præſumit (c): quam liberam [d] tunc, & vacantem ad repræſentationem (e) ejuſdem Regis prædictus T. fuerat adeptus: licet idem H. ſponte juraſſe [f] dicatur, quod ſuper eccleſia [g] de Pomone (h) præfato T. nullam quæſtionem moveret: venerabili fratri noſtro Lundon. Epiſcopo (i), & tibi filii Archidiacono dedimus in mandatis, ut veritate rei plenius inquiſita (k), ſi vobis conſtiterit [l], quod prædictus (m) H. alterius eccleſiæ perſonatum haberet, vel juramento ſpontanee præſtito, firmaverit ſe memorato T. ſuper eadem cauſa (n) quæſtionem de cetero non moturum, ei exinde ap. re. perpetuum imponatis ſilentium, & (o) ab ejus impetitione (p) eundem T. abſolvere minime differatis. Poſtmodum vero [q] nuntius præfati H. ad præſentiam noſtram accedens conſtanti nobis (r) aſſertione monſtravit, quod (s) per violentiam idem H. eadem eccleſia fuerit ſpoliatus [t], & ideo ad vos noſtras litteras impetravit, ut ſi conſtaret vobis veritate cognita ipſum H. ſpoliatum eſſe, cum eidem (u) renuntiavit (x) eccleſiæ, contra eum teſtes alterius partis de juramento, & renuntiatione (y) ſpontanee facta nullatenus reciperetis: ſed teſtes potius ipſius H. [z] quibus intendebat poſſe (aa) probare, quod violenter prædicta eccleſia (bb) ſpoliatus fuerit, dummodo eſſent idonei (cc), non differatis [dd] recipere, & ſecundum eorum depoſitiones (ee), & rationes (ff), & allegationes hinc inde productas (gg) in cauſa ipſa re. ap. ob. (hh) quod juſtum eſſet, judicaretis [ii]: non obſtantibus litteris (kk), ſi quæ aliæ ab alterutra (ll) parte impetratæ eſſent [mm], aut forma (nn), quam expreſſimus in aliis litteris ſuper hoc impetratis. Addidimus (oo) inſuper, quod ſi in cauſa (pp) ipſa eſſet aliquid mutatum [qq], poſtquam nuntius prædicti H. (rr) tunc iter [ſſ] arripuit ad noſtram præſentiam veniendi, totam cauſam ante ingreſſum cauſæ principalis, contra, & ap. ceſ. (tt) in eum ſtatum reduceretis, in quo fuiſſe dignoſcitur (uu), cum nuntius ipſius H. [xx] eſt iter ipſum aggreſſus: niſi forte idem H. interim cum (yy) altera parte ſpontanea voluntate poſſet ſuper eccleſia ipſa convenire. Nunc autem ex litteris ipſius Epiſcopi (zz), & tuis fili Archidiacone nobis innotuit, quod vos priorum litterarum tenorem ſecuti, partes debita ſollemnitate citaſtis, & cum poſt (aaa) plures citationes, die tandem peremptorio conſtituto, de jam prædicti (bbb) H. contumacia legitima probatione vobis plenius conſtitiſſet (ccc), idonearum perſonarum teſtimonio cognoſcentes ſæpe [ddd] dictum H. alterius eccleſiæ (eee) perſonatum habere, & ſpontanea (fff) voluntate eccleſiam de Piton. (ggg) in faciem eccleſiæ (hhh) in perpetuum abjuraſſe: ei ſuper eadem [iii] eccleſia perpetuum impo-

Cont. *de Sande*, unus ex veteribus Gregor. *de San.* unus Tarrac. *a Ipſum in*, unus ex veteribus Gregor.

*b Poſtea de Pommone*, & alibi *de Piton.* & in Barcin. *bis de Puſon.* ſemel *de Puſoton*: at in concil. *de Porten. ſua de Pelen.* Raim. & Cont. *ſua de Pelete*, unus ex veteribus Gregor. *de Pomione*, vetus Tarrac.

*c Moleſtavit* concil. *Moleſtaret* Raim. & Cont. vox *præſumit* in Barcin. non eſt.

*d* Hæc omittunt Raim. & Cont. uſque ad illa, *London. epiſcopo*, ſunt autem in concil.

*e Re*, in concil. non eſt. *f* Sic etiam concil. *ſponte abjuraſſe*, Barcin. *g Super eadem eccleſia*, concil.

*h De Poſione*, vetus Tarrac. *i London. Epiſcopa*, concil. *Londonen. Epiſcopo*, Raim. & Cont. ut editum eſt, unus ex veteribus Gregor. *Lunden. Epiſcopo* prior editio concil. *k Rei veritate diligenter inquiſita*, concil. omnia hæc omittunt Raim. & Cont. *rei veritate* &c. vetus Tarrac. *l Conſtaret*, concil. & Raim.

*m Quod præfatus*, vetus Tarrac. *n Eadem eccleſia*, concil. & Raim. ut editum eſt, unus ex veter. Greg.

*o* Hæc omittunt Raim. & Cont. *ei exinde perpetuum ſilentium*, *appellatione remota*, *imponatis*, *&*, concil. vox *ei* aliquando in veteri Tarrac. non erat. *p* Sic etiam concil. *ab ejus moleſtia ſuper hoc compeſceretis eundem*, Raim. & Cont. *compeſcatis* pro *compeſceretis* eſt in uno ex veteribus Gregor.

*q* Recte Contius multa addidit, quæ Raimund. omiſerat; eadem ſunt in concil.

*r Tibi* pro *nobis* vetus Tarracon. *s Propoſuit quod*, vetus Tarrac. & concil. & Cont. aptius.

*t* Sic etiam concil. *fuerat* pro *fuerit*, Barcin. *ſpoliatus fuerit*, Contius.

*u* Sic etiam in concil. *cum idem*, Cont. *cum necdum*, Barcin. ſed nihil muto.

*x Renuntiaverit*, vetus Tarracon. *y* Sic etiam Cont. *& de renuntiatione*, concil.

*z* Sic etiam concil. *ipſius*, non habet Cont. *aa Intendebat ſe poſſe*, Tarracon. vetus.

*bb Præfata eccleſia*, concil. ut editum eſt, Cont. *cc* Sic etiam in concil. *ſint* pro *eſſent*, Cont.

*dd* Sic etiam Cont. *non differetis*, concil. aptius. *ee* Sic etiam concil. *vel demonſtrationes*, addit Cont.

*ff* Vox *&* in Tarrac. vet. non eſt. *gg* Sic etiam concil. & Cont. *hinc inde propoſitas*, Barcin.

*hh App. re.* Cont. *remoto appellationis obſtaculo*, concil. *ii* Sic etiam in concil. *quod juſtum eſt*, *judicetis*, Cont. *quod juſtum eſſe videritis*, *judicaretis*, vetus Tarracon. in quo vox *videritis* aliquando non fuit.

*kk* Sic etiam concil. *noſtris* addunt Barcin. & Cont. & vetus Tarrac. *ll* Sic etiam Cont. *ab alia*, concil.

*mm* Sic etiam concil. *fuiſſent* pro *eſſent*, Cont. *nn* Sic etiam Cont. tacita *forma*, concil. non male.

*oo Addimus*, Cont. non recte; ut editum eſt, concil. *pp* Sic etiam concil. *quod ſuper cauſa*, Cont. quod non placet. *qq Immutatum*, Barcin. *aliquid eſſet mutatum*, concil. & Cont.

*rr Præfati Henrici*, concil. ut editum eſt, Cont. ex hoc loco diſcimus Henricum ſemper H. interpretari in hoc capite. *ſſ* Sic etiam Cont. *tunc* in concil. non eſt. *tt Ap. re.* vetus Tarrac.

*uu Eſſe dinoſcitur*, concil. in priore editione; ut editum eſt, in poſteriore, & Cont.

*xx* Sic etiam in concil. *prædicti H.* Cont. *yy* Vox *interim* deſideratur in concil. eſt apud Cont.

*zz Prædicti* pro *ipſius* Barcinon. & vetus Tarracon. & concil. & Contius.

*aaa* Hæc Cont. omiſit, uſque ad illa *vobis plenius*, una excepta voce *cum* & altera addita *vero* in hunc modum. *Cum vero vobis plenius* &c. ut editum eſt, in conc. *bbb De jam dicti*, conc. aptius, & unus Tarrac.

*ccc Conſtiterit*, unus ex veter. Greg. *ddd* Hæc etiam Raim. & Cont. omittunt: ſunt autem in concil. *idonearum teſtimonio perſonarum agnoſcentes*, vetus Tarr. *eee* Sic etiam concil. *non ſolum eccleſiæ alterius*, Raim. & Cont. *fff Sed etiam ſpontanea*, Raimund. & Contius ut editum eſt, concil.

*ggg De Copitone*, ſive *Pitone*, vet. Tarr. *de Partona*, alter. *hhh* Hæc Raim. & Cont. omittunt: *facie* pro *faciem* Barcin. & concil. & unus Tarrac. *iii* Pro his verbis uſque ad illa, *Licet autem* &c. Raim. & Cont. ha-

poſuiſtis ſilentium, & ab ejus impetitione prænominatum T. penitus abſolviſtis. Licet autem nuntius ejuſdem H. alias litteras, ſicut diximus, impetravit [*a*] formam aliam continentes, quod revocari deberet (*b*), ſi quid immutatum eſſet in cauſa, poſtquam idem nuntius iter arripuerit ad nos (*c*) veniendi: quia tamen non intelleximus, nec intelligi debuit, ut [*d*] revocaretur in irritum, ſi quid per judices delegatos factum eſt (*e*) auctoritate litterarum noſtrarum, ſed ſi quid præſumptione, vel violentia (*f*) immutatum eſt [*g*]: d. u. per A. s. pr. m. qua. [*h*] ſi ante receptionem (*i*) litterarum ipſarum (*k*), quas nuntius præfati H. [*l*] ſuper ipſa cauſa ad vos impetravit (*m*), memoratus Epiſcopus, & tu fili Archidiacone, ſuper jam dicta eccleſia ſententiam protuliſtis; eam contrad. (*n*) & appellatione remota (*o*), ratam habeatis, & firmam, nec eam obtentu poſteriorum litterarum revocare temptetis. Ita quidem, quod ſi jam [*p*] contra ſententiam ipſam [*q*] aliquid ſtatuiſtis, id ſublato ap. re. revocetis (*r*); & præfatum H. (*s*) contra eandem ſententiam nullatenus venire permittatis; ſed potius ſententiam contra, & ap. poſtpoſita, faciatis auctoritate noſtra inviolabiliter obſervari. Si vero poſt ſuſceptionem (*t*) ſequentium litterarum ſententia lata fuerit [*u*], eadem ſententia non obſtante, in cauſa (*x*) juxta tenorem litterarum ipſarum (*y*) ap. poſt. procedatis, dummodo præfatus (*z*) H. per violentiam ſpoliatus fuerit, & ſpoliatus (*aa*) illud præſtiterit juramentum (*bb*).

## CAPUT V.

*Idem Brixienſi Epiſcopo* (*cc*).

IN litteris, & infra (*dd*). Super illa quæſtione, videlicet, cum (*ee*) quis dicit ſe de poſſeſſione violenter ejectum eſſe (*ff*), & adverſarius dicit, eum non fuiſſe canonice inſtitutum, hujuſmodi tibi damus reſponſum [*gg*], prius de violenta ejectione, quam de canonica inſtitutione agi debere (*hh*): quia prædo etiam eſt [*ii*] ſecundum rigorem juris reſtituendus. cap. 5. eod.

## CAPUT VI.

*Idem Exonien. Epiſcopo* (*kk*), *pars c.*
*In litteris* [*ll*].

ITem, cum quis [*mm*] dicit ſe de poſſeſſione ejectum (*nn*), vel adverſarium clam poſſeſſionem intraſſe, & adverſarius ei crimen obiicit (*oo*), ut eum ratione criminis (*pp*) a ſua intentione repellat; non occurrit quidem [*qq*] nobis, quod illius objectio debeat admitti, vel executio principalis cauſæ propter hoc retardari, quoniam criminaliter adverſus eum agere [*rr*] non poteſt, cum ipſum [*ſſ*] conſtet, ejus inimicum exiſtere. cap. 6. eod.



habent, *prohibuiſtis eidem, ne dictum T. ſuper hoc de cetero moleſtaret*; at in concil. ut editum eſt.

*a* Sic etiam in concil. *poſteriores litteras impetraverit*, Raim. & Cont. *impetraverit* duo Tarrac. pro *impetravit*.

*b Debet* pro *deberet* duo Tarrac. *& quod* &c. concil. *quod non obſtantibus litteris a parte altera impetratis, revocari deberet*, Raim. & Cont. *c Iter arripuit ad nos*, concil. *iter ad nos arripuerit*, Raim. & Cont. *ſed arripuit*, eſt in uno ex veter. Gregor. *d Quod* pro *ut* Barcin. *volumus ut*, concil. ut editum eſt, Cont.

*e Eſſet*, duo Tarrac. *revocaretur, quod per vos factum eſſet*, Raim. & Cont. *ſi quid per judices delegatos factum eſſet, revocaretur in irritum*, concil. *f Et* pro *vel* unus Tarrac. *g Eſſet* pro *eſt* Raim. & Cont. aptius; *eſt* &c. concil. *fuiſſet immutatum*, unus ex veter. Gregor. *h Diſcretioni veſtræ* &c. *quatenus*, concil. *mandamus, quatenus*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis. *i* Pro his uſque ad illa, *revocare temptetis*, Raim. & Cont. ſcribunt, *ſententiam, quam protuliſtis ante poſteriorum litterarum receptionem, occaſione ipſarum nullatenus*: at in concil. ut editum eſt: *quam tuliſtis*, unus ex veter. Gregor. *k Noſtrarum* pro *ipſarum*, concil. & unus Tarrac. *illarum*, vetus Tarrac. *ſecundarum* addidit interpres vetus. *l Predicti H.* vetus Tarrac.

*m Impetraverit*, vetus Tarrac. *n Eandem contradictione*, concil. *o Ceſſante*, concil. & vetus Tarrac.

*p* Sic etiam in concil. excepta voce *jam*, quæ illic deſideratur: *etſi*, Raim. & Cont. *etiam* pro *jam* eſt in duobus Tarrac. *q* Vox *ipſam* in duobus Tarrac. non eſt. *r* Sic etiam in concil. *ſtudeatis id ſublato ap. obſtaculo revocare*, Raim. & Cont. *s* Hæc uſque ad illa, *Si vero*, omittunt Raim. & Cont. ſunt autem in concil.

*t* Sic etiam concil. *poſt receptionem*, Raim. & Cont. *u Lata fuit*, unus ex veter. Gregor.

*x* Sic etiam in concil. *ea ſententia non obſtante*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*y* Sic etiam concil. vox *litterarum* omiſſa eſt a Raim. & Contio: *ſecundarum* additur ab interprete in vet. Tarr.

*z* Hæc, quæ ſequuntur, Raimund. & Cont. omittunt, ſunt autem in concil.

*aa Spoliatus fuerit, eadem ſententia non obſtante, & per violentiam ſpoliatus*, concil. non recte.

*bb Sacramentum*, concil. & vetus Tarrac. *præſtitit juramentum*, alter. Ad extremum laudandus eſt Raim. quod breviorem effecerit reſcripti formulam, ſed majori nos labore liberaſſet, ſi nullam ejus habuiſſet rationem.

*cc Idem Lexonien. Epiſcopo*, parte 22. cap. 5. & parte 7. cap. 16. ſed ut editum eſt, cap. 14. de officio, & poteſt. judicis delegati in hac collectione, & Raim. & Cont. forte *Lexovien.* aut *Exonien.* ſed in uno ex veteribus Gregor. eſt *Hucien.* ſive *Bricien.* non ſine mendo. *dd* Hæc omittit Barcin. & duo Tarrac. *Pars Cap.* IN LITTERIS, ſupra de poteſtate judicum, concil. *In litteris tuis, & infra* Raim. & Cont. ſed vox *tuis* tollenda eſt; namque integra clauſula ſine ea voce exſtat d. cap. 14. & d. c. 16. & apud Cont. tit. de officio judicis delegati cap. 9. in Gregor. *ee* Vox *videlicet* in uno ex veteribus Gregor. non eſt.

*ff* Vox *eſſe* omiſſa eſt a Raim. & Cont. & olim in vet. Tarrac. non erat; *eſſe ejectum*, concil.

*gg* Sic etiam conc. pro his verbis Raim. & Cont. habent, *reſpondemus: damus tibi*, unus Tarrac.

*hh* Sic etiam Raim. & Cont. *agi debet*, Barcin. & concil. & unus Tarrac. *agere debet*, vet. Tarrac.

*ii* Vox *etiam* olim in vetus Tarr. non erat. *kk Idem Lexonien. Epiſcopo*, Barcin. *Exonien. Epiſcopo*, Raim. & Cont. qui in margine ſcripſit, *alias* LEONENSI. *Idem eidem in eadem*, poſterior concil. editio, hoc amplius eſt in priore, *Brixien. Epiſcopo Lexonen. Epiſcopo*, eſt in vetus Tarracon.

*ll* Hoc etiam notat Cont. & elicitur ex concil. parte 22. cap. 5. & 6. nam ſi prius caput erat pars cap. *In litteris*, hoc etiam erit, cum dicatur eſſe portio ejuſdem. *mm* Sic etiam Raim. & Cont. *aliquis* pro *quis* conc. & vetus Tarracon. *nn* Sic etiam conc. *violenter ejectum*, Raimund. & Contius.

*oo Objecit*, unus ex veter. Gregor. alii ut editum eſt; *obiiciat*, concil. *pp* Hæc Raim. & Cont. omittunt: ſunt in conc. *qq* Vox *quidem* neque in concil. eſt, neque apud Raim. & Cont. eſt in tribus Tarrac. *nec* pro *non* in vet. *rr* Sic etiam concil. *cum ante reſtitutionem agere*, Raim. & Cont.

*ſſ Cum præſumat ejus exiſtere inimicus*, Raim. & Cont. ut editum eſt, concil. mutatio Raimundi placet.

## CAPUT VII.

*Gregorius Conſtantino Epiſcopo (a).*

c. 1. eod. & c. 4. de cenſib.

Licet multum &c. & infra (b). Queſtus eſt autem Philagrius cæcus campum (c) cum vinea ſua (d) ab eccleſiæ veſtræ (e) hominibus irrationabiliter occupatum: quod ſi ita eſt, quamquam ante judicium (f) poſſeſſio ei debuerat violenter ablata reſtitui, tamen quia Eventus [g] diaconus veſter [h] conſentiente prædicto cæco (i) conſtituit per quinque teſtes [k] partem eccleſiæ veſtræ ſatisfacere poſſe, ejuſdem eccleſiæ juris illum eſſe (l): ideoque veritatem inquire (m), & ſi manifeſte (n), ſicut hic aſſerit (o), probari potuerit (p) veſtri juris eſſe (q), huic dicendum eſt (r), ut a ſua intentione diſcedat (s), alioquin ante omnem contentionem (t) res ei culta reddatur (u), & infra [x]. Dixit etiam prædictus cæcus [y], quod ad collata (z) inter alios civitatis (aa) Genuenſis (bb) habitatores, & ipſe (cc) pariter compellatur (dd): quod ſi ita eſt (ee), denuo ab eo [ff] per quemlibet exigi non permittas (gg), quia eum, quem cæcitas ſua gravat, inhumanum nimis eſt (hh) in collatione (ii) affligere, cui ſi eſſet neceſſitas (kk), debuit ex collatione miſereri.

## CAPUT VIII.

*Lucius III. G. Archidiacono I. Archipresbytero [ll] Turonen. & Alcapicerio canonico (mm).*

Ex conqueſtione Burg. (nn) mulieris ad noſtram noveritis audientiam (oo) perveniſſe, quod, cum Ebbo (pp) miles eam ſibi matrimonio copulaſſet, maritali (qq) affectione pertractans, ex ea filiam [rr] ſuſcepiſſet, eam poſtmodum (ſſ) ſine eccleſiæ judicio a ſe removit, & ad Decanum (tt) Aurelian. & Abbatem (uu) Sancti * Eutrotii (xx), de accuſan- c. 10. eod. t.

* Evurtii, Cujac.

*a Greg. IX. Epiſcopo Conſtantinopolitano* Raim. & Cont. qui in marg. ſcribit *Greg. VII. Greg. 9. Conſtantino Epiſcopo*, unus ex veter. Greg. ſed ex lib. 7. epiſt. 126. ſive 130. quæ poſtrema eſt ejus libri, regiſtri B. Gregorii, ſcribendum eſt, *Gregorius Conſtantio Epiſcopo Mediolanenſi.*

*b Injuſtum* pro *multum* Barcin. mendoſe, ut editum eſt, Raim. & Cont. tam ſub hoc titulo, quam ſub tit. de cenſibus. Integra clauſula ex regiſtro hæc eſt: *Licet multum fraternitatem veſtram ad ſervandam ſibi juſtitiam, Philagrii portitoris præſentium, flagellum cæcitatis invitet: verumtamen quia ad reſtituenda, quæ ſibi præjudicialiter aſſerit detineri, per nos vos voluit fieri promptiores; præſentia ad vos ſcripta prævidimus dirigenda.* Hæc ſic in veteri libro ſunt: in edito *ad reſtauranda* pro *ad reſtituenda.* *c Queſtus autem eſt campum*, regiſtr. *Conqueſtus eſt nobis Philaſius cæcus ejus campum*, Raimund. & Cont. qui in marg. *Philagrius*, ſcripſit.

*d* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in regiſtro. *e* Vox *veſtræ* a Raim. & Cont. omittitur; eſt in reg. non eſt in vet. Tarrac. *f* Sic etiam in reg. *ante omnem contentionem*, Raim. & Cont.

*g* Sic etiam Raim. & Cont. *quia P. Eventus*, Barcin. *quia pervenit communis filius Eventius*, regiſtr. non ſine mendi ſuſpicione; *quia pervenit Eventus*, vetus Tarrac. *prævenit* pro *pervenit*, alter Tarrac. aptius.

*h* Sic etiam regiſtr. *noſter* pro *veſter* Barcin. *diaconus ipſius eccleſiæ*, Raim. & Cont.

*i Præfato latore*, regiſtr. *illo*, Raim. & Contius. *k* Pro his uſque ad vocem *ejuſdem*, Raim. & Cont. habent, *ſe legitime probaturum dictum campum*: ut editum eſt, regiſtr. *l* Sic etiam regiſtr. vox *illum* a Raim. & Cont. omiſſa eſt. *m* Brevitati & Papienſ. & Raim. operam dabant, cum in regiſtro ſint hæc: *Ideoque fraternitas veſtra prædictum Philagrium contra juſtitiam laborare non faciat: ſed modis quibus potuerit, veritatem diligenter inquirat.* Pro his Raim. & Cont. habent, *inquire veritatem.* *n* Pro his uſque ad illa *huic dicendum* Raim. & Cont. ſcribunt, *& ſi hoc probatum fuerit*; ut editum eſt, regiſtr. *o* In regiſtro non ſine mendo eſt, *hic ſtetit* & in veteri, *hic fecit:* in alio edito, *hic conſtituit*, non male: *hic confitetur*, unus Tarrac.

*p Probare potuerit*, vetus Tarracon. *q Juris illum eſſe*, vetus Tarracon.

*r* Sic etiam Raim. & Cont. *huic propter Deum citius ſatisfaciendum eſt*, regiſtr.

*s* Sic etiam Raimund. & Cont. *ſine labore diſcedat*, regiſtr.

*t* Hæc Raim. & Cont. omittunt: ſunt autem in regiſtro. *u Ablata* pro *culta*, Barcin. & Raim. *res ejus tuta veſtra proviſione reddatur*, regiſtr. & in veteri libro pro *ejus tuta*, legitur, *ei tulta*, quod fortaſſe Gregor. pro *ei ablata* uſurpavit; nam & lib. XI. epiſt. XLVIII. cap. L. in fine, eadem vox eſt, licet apud Grat. 16. q. 6. cap. 3. ſit *ablata*: ſed apud Anſelm. lib. 3. cap. 90. eſt *tulta.* *x Ut ſua cuique parti integra poſt hoc maneat de proprietate cognitio. Quia vero pro eo, quod vobis neſcientibus inde diſceſſit, veſtros ſe æſtimat animos offendiſſe* &c. regiſtr. Sunt alia in hanc ſententiam ad excuſationem Philagrii pertinentia.

*y Quoque* pro *etiam* Raim. & Cont. cap. 4. de cenſibus. *Indicavit præterea prædictus portitor*, regiſtr. *ſupradictus* pro *prædictus* eſt in veteri regiſtr. vox *etiam* in vet. Tarrac. non eſt. *z Ad collectas* Raim. & Cont. *quod collecta*, regiſtr. *quod collata*, vetus liber regiſtr. & ſic olim fuerat in vet. Tarrac. *quod collectam*, alter.

*aa* Hæc uſque ad vocem *pariter* omittunt Raim. & Cont. *bb* Sic etiam vetus regiſtri liber, alii *Januenſis* ſcribunt, ut vetus Tarr. *cc Ipſe dare*, regiſtr. *& ipſe dare*, vetus liber regiſtr. & unus Tarrac. *facta ſit ipſe*, vetus Tarrac. olim mox *facta, & ipſe.* *dd Compellitur pariter*, unus ex veteribus Gregor.

*ee* Ante hæc verba eſt in regiſtr. *Et miramur, ut qui magis miſericordia dignus eſt, vobis præſentibus prægravetur.* At Raim. & Cont. & hæc, & illa omittunt. *ff Denuo moneo*, regiſtr. in alio, ut editum eſt.

*gg Quod fieri non permittas*, Raim. & Cont. *exigi veſtra Sanctitas non permittat*, regiſtr.

*hh Inhumanitatis eſt*, vetus Tarrac. *ii* Sic etiam regiſtr. *in collectione*, Raim. & Cont.

*kk Cui ſi eſſet magna neceſſitas*, &c. regiſtr. *cui debuerat ex collectis, ſi eſſet neceſſitas, miſereri*, Raim. & Cont.

Poſt hujus capitis verba agitur de ſervis ejuſdem Philagrii ab eccleſia Dertonenſi occupatis. Laudandus autem eſt Raim. qui ordinem horum capitum mutavit, temporum rationem ſecutus, in quo ſæpe ejus diligentia deſideratur. *ll IV.* pro *III.* eſt in uno Tarr. ſed *III.* eſt in Barcin. & duobus Tarrac. & apud Raim. & Cont. pro *I.* in Barcin. eſt *&*: malo, *& I*, ut habent Raim. & Cont. cetera ita ſcribunt. *Lucius III. Archidiacono, & I. presbytero Turon.* ſed in uno ex veteribus eſt *G. Archid. & I. Archipresb. Turon.*

*mm Canonan.* Barc. forte *canon. Nanneten.* omnia Raim. & Cont. omiſerunt: *& Ai. Capicerio Cavilone*, unus Tarracon. *nn Rug.* Barc. *B.* Raim. & Cont. *V.* olim vetus Tarrac. *oo Ad nos noveritis*, Raim. & Cont.

*pp Cum Elbo*, Barcin. & unus Tarrac. *cum* C. Raim. & Cont. Ebbonis Archiepiſcopi mentio fit in concilio apud S. Medardum. *qq Et maritali*, Raim. & Cont. & duo Tarrac. *rr Ex ipſa filiam*, Raim. *filiam ex ea*, unus Tarrac. *ſſ Sine judicio eccleſiæ a ſe removit eandem*, Raim. & Cont. vox *eccleſiæ* in duob. Tarrac. omittitur.

*tt* Pro his Raim. & Cont. ſcribunt, *& ad judices*, licet aliis verbis inſertis.

*uu Et ad Abb.* vetus Tarrac. *xx Sancti Emircii*, Barcin. neutrum placet. *S. Euturcii*, duo Tarrac. quod etiam ignoro.

UNED

ſando ſuper conſanguinitate matrimonio, remoto ap. ob. litteras impetravit. Cum autem prius quam a delegatis judicibus (*a*) mulier citaretur, per diœceſanum Epiſcopum, virum ſibi reſtitui petiviſſet, & ob hoc ipſa ad nos [*b*] proprium nuntium deſtinaſſet (*c*), poſtmodum (*d*) coram præfatis judicibus conſtituta, modo per ſe, modo per procuratorem ante ipſius cauſæ ingreſſum (*e*), & poſt virum ſibi reſtitui poſtulabat (*f*). Judices vero reſtitutione penitus denegata (*g*), quod minime fieri debuit [*h*], in principali (*i*) procedere voluerunt. Unde ipſa a tali gravamine neceſſarium duxit (*k*) ad noſtram audientiam appellare (*l*). Quia ergo [*m*] injuſte gravatis Apoſtolicum debemus patrocinium impertiri: d. u. per A. s. pr. m. (*n*) qua. ſi præmiſſa veritate ſubnixa noveritis (*o*), memoratæ mulieri (*p*) omni contradictione, & ap. ceſ. [*q*] virum ſuum [*r*] reſtitui faciatis, & omnibus (*s*), quæ poſt ap. ad nos interpoſitam irrationabiliter [*t*] facta ſunt (*u*), in irritum revocatis (*x*), cauſam ſuper matrimonio audiatis (*y*), & fine canonico terminetis.

## TITULUS X.
## DE DOLO, ET CONTUMACIA ALTERIUS PARTIS PUNIENDA (*z*).

### CAPUT I.

De dolo, & contum. c. I.

*Alexander III. Heforden. Epiſc.* (*aa*)

AD hæc, cum contingat actorem multotiens mittendum eſſe in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ, propter abſentiam alterius partis [*bb*], & per dolum (*cc*), ſive per potentiam actor (*dd*) non poſſit rem cuſtodiendam nanciſci; & imminente fine anni reus offerat cautionem, ut poſſeſſionem recipiat (*ee*): cujuſmodi pœna ſit reus [*ff*] multandus, qui juſſioni (*gg*) non paret (*hh*) judicis, a nobis tua fraternitas poſtulavit (*ii*): ad quod dicimus, quod in eccleſiaſticis perſonis, & negotiis rigor, & diſtrictio juris non requiritur, nec exercetur (*kk*), ſed cum juſtitia propter hoc non periclitatur (*ll*), admitti debet, & patienter tollerari (*mm*), cum reus ſe [*nn*] cautione aſtringit ſtandi judicio.

### CAPUT II.

*Idem Abbati de Rameſen.* (*oo*) *& Archidiacono Helien.* (*pp*).

EX litteris veſtris [*qq*] ad nos directis (*rr*) accepimus, quod cum vobis cauſam, quæ inter dilectos filios noſtros (*ſſ*) monachos de Troil (*tt*), & canonicos Lincon. [*uu*] nec non etiam Gervaſium clericum (*xx*) ſuper eccleſiis de V. & M. (*yy*) agitari dignoſcitur [*zz*], commiſiſſemus ſub certa forma diffiniendam, & canonici litterarum noſtrarum auctoritate citati (*aaa*), aliquando (*bbb*) coram vobis apparuiſſent, & interdum, nec venire, nec reſpon- c. 2. eod. t.



*a* Vox *Delegatis* a Raimund. & Cont. omittitur. *b* *Ipſa* omittitur ab eiſdem.

*c* *Miſiſſet*, vetus Tarracon. *d* *Demum*, Raim. *e* Sic etiam Raim. & Cont. *litis* pro *cauſæ*, Barcin. & duo Tarrac. *f* *Poſtulavit*, vetus Tarrac. *g* Vox *penitus* omiſſa eſt a Raim. & Cont. *ſibi* additur ante hæc verba in uno Tarrac. *h* *Quod fieri non debuit*, Raim. & Cont. *i* *Cauſa* addit vetus Tarrac.

*k* Hæc omittunt Raim. & Cont. *l* *Appellavit*, Raim. *m* Hæc uſque ad verbum *mandamus*, Raim. omiſit, addidit Contius; ſed librarii errato *ego* pro *ergo* edidit. *Quia vero*, unus Tarrac.

*n* *Pr.* omiſit Contius, & unus Tarrac. *o* *Si ita eſt*, Raim. brevius. *p* *Mulieri* Raim. tantum & Cont.

*q* Hæc etiam Raim. & Cont. omittunt: *omni oc.* &c. duo Tarrac. *r* Vox *ſuum* ab eiſdem omiſſa eſt.

*s* Hæc etiam omiſerunt. *t* Pro his Raim. *ſuam* ſcripſit: *factam* pro *interpoſitam*, vetus Tarrac.

*u* *Acta ſunt*, Raim. & Cont. & duo Tarrac. *x* *Revocetis*, Barcin. *revocantes poſtmodum*, Raim. & Cont. *revocatis*, olim in vetus Tarrac. mox *revocetis*. *y* Sic etiam Raim. & Cont. *Attentius*, Barcin. addit & duo Tarracon. In fine in uno Tarracon. & in Barcin. eſt: *Dat. Veron. XII. Kal. Novembris.* Refertur hujus cap. ſententia ab Innoc. III. cap. XIII. de reſtitut. ſpoliat. in Gregor.

*z* Tria poſtrema verba omittunt Barcin. & Raimund. & Cont. at poſt concil. Lateran. parte 3. *De dolo, & contumacia, & calumnia alterius partium punienda.* In veteri Tarrac. *minuenda* pro *punienda*, mox additur alia manu: *& de advocato non expectando*: ut cap. PROUT: eſt autem cap. 4. hujus tit.

*aa* *Herforden.* Barcin. & Raim. *Hereforden.* d. parte 3. cap. 1. *Herfunden*, vetus Gregor. *Herepoden.* alter: *Hereforden.* unus Tarrac. *bb* Sic etiam in concil. *partis adverſæ*, Raim. & Cont.

*cc* *Per ejus dolum*, concil. & Raimund. ſed in priore editione concil. *propter dolum*.

*dd* Sic in conc. ſed *potentiam* Raim. tantum & Cont. *ee* *Reus ne poſſeſſionem amittat, debitam offerat cautionem*, concil. & Raim. & Cont. ſed in priore concil. editione, *reus offert cautionem, ut poſſeſſio recipiatur*.

*ff* Vox *reus* in concil. non eſt: *ſit pœna*, Raim. & Cont. omiſſa voce *reus*: ut editum eſt, in priore concil. editione. *gg* *Quia reſponſioni*, concil. & in marg. *juſſioni*. *Quia juſſioni*, Raim. & Cont. *quia reſolutioni*, in priori edit. concil. in marg. *hh* Sic etiam concil. *non paruit*, Raim. & Cont.

*ii* Sic etiam concil. *requiſivit*, Raim. & Cont. *kk* Hæc Raim. & Cont. omittunt: ſunt in concil.

*ll* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *non periclitetur*, Barcin. Cont. & libri editi Gregor. vox *non* in veteri Tarracon. omittitur in hunc modum, *cum juſtitia periclitatur propter hoc*.

*mm* Sic etiam in concil. *patienter admitti debet*, Raim. & Cont. *nn* *Cum reus per cautionem ſtandi judicio ſe adſtringit*, concil. & Raim. & Contius. *cum cautione ſe reus adſtringat ſtandi judicio*, prior editio concil. *cum ſe reus cautione aſtrinxit ſtandi judicio*, vetus Tarrac. in quo *ſtrinxit* olim fuit pro *aſtrinxit*.

*oo* *Rameſai* in concil. parte 41. cap. 6. *Rameſe*, Raim. & Cont. *Rames.* unus Tarracon.

*pp* *Heliſei* vetus Tarr. *qq* Sic etiam Raim. & Cont. *tuis* pro *veſtris* concil. & vetus Tarrac. non recte.

*rr* Hæc Raim. & Cont. omittunt, ſunt in conc. *ſſ* Hæc etiam omiſerunt, quæ in concil. quoque ſunt.

*tt* *De Croil*, Barcin. & unus Tarrac. *de Cois*, concil. & in marg. *Crois. de Croll.* vetus Greg. *de Herolis*, alter minus vetus: *de Etollen.* Cont. & alii: *de Corill.* vetus Tarrac. *uu* Sic etiam veteres Gregor. *Linconen.* Cont. & alii: *Lincol.* in concil. *Bucolon.* Barcin. *Bu.* vetus Tarrac. *Hucolen.* alter minus vetus.

*xx* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. vox *etiam* in vetus Tarrac. deſiderabatur olim, mox & pro ea ſcripta eſt. *yy* Sic etiam Raimund. & Cont. *Ginprec. & Areſtan*, concil. in marg. *Guiprec.* ſcribi igitur debuit, *de G. & A. de Ver. & Em.* vetus Tarr. *de V. & T.* alter. *zz* Pro his verbis uſque ad illa, *& canonici*, Raim. & Cont. ſcribunt, *vertitur*, *duxerimus committendam*; ut editum eſt, in concil.

*aaa* Sic etiam in conc. *citati legitime*, Raim. & Cont. pro his omnibus vox *noſtrarum* in uno Tarrac. non eſt; vox *citati* aliquando in antiquiori deſiderabatur. *bbb* Pro his uſque ad illa, *licet monachi*, Raim. & Cont. ha-

ſponſalem mittere voluiſſent, ſe ſcilicet (*a*) contumaciter abſentantes, licet monachi ob contumaciam adverſæ partis eſſent in poſſeſſionem [*b*] mittendi, intuitu tamen religionis ſuæ (*c*) mitius agere cum eis volentes, poſſeſſionem ſequeſtrari feciſtis, ut ſic ſaltem canonici tædio affecti cogerentur judicio ſtare: tandem vero partibus [*d*] in præſentia veſtra conſtitutis, & memoratis monachis eccleſias ſibi reſtitui poſtulantibus, canonici reſponderunt auctoritatem veſtram penitus ſpiraſſe (*e*), eo quod a nobis (*f*) ad alios judices litteras impetraverint (*g*), quæ præjudicare prioribus videbantur: unde quoniam (*h*) in poſterioribus litteris (*i*) non fuit [*k*] facta mentio priorum, nec nomina (*l*) eccleſiarum continebantur, quæ in prioribus fuerant poſita, ſed indiffinite dicebatur (*m*) ſuper quibuſdam eccleſiis, nos attendentes malitiam (*n*), & dolum nulli debere patrocinari, & nolentes (*o*) tantam illuſionem impunitam relinquere; d. u. per A. s. pr. m. qua. (*p*) cum exinde (*q*) requiſiti fueritis, partes in veſtram (*r*) convocetis præſentiam, & præſcriptam [*s*] cauſam ſecundum formam priorum litterarum omni contrad. & ap. [*t*] ces. diffiniatis, & canonicos, qui auſi (*u*) fuerunt (*x*) mandatum noſtrum eludere, & per ſubreptionem hujuſmodi litteras impetrare, quod nuntius eorum plenius recognovit (*y*), ad metum & pœnam (*z*) aliorum, expenſam, quam nunc (*aa*) monachi ad nos mittendo fecerunt (*bb*), eis remoto [*cc*] ap. ob reddere compellatis.

## CAPUT III.

*Idem Cant. Archiepiſc. & Wig. Epiſcopo* (*dd*).

Dilecti filii noſtri Abbas, & monachi Sancti H. [*ee*] nobis monſtraverunt (*ff*), quod cum cauſam (*gg*), quæ vertitur inter ipſos, moniales de Leſen. (*hh*) ſuper eccleſia de Altin. (*ii*) Decano Lincon. & Archi. [*kk*] commiſerimus terminandam (*ll*); prædicti Abbas, & fratres timentes ſe a prædictis judicibus aggravari (*mm*), eo quod ad primam citationem diem peremptorium ſibi ſtatuerunt (*nn*), ad audientiam noſtram appellaverunt [*oo*]; ſed ipſi (*pp*) nihilominus prædictam eccleſiam præfatis monialibus adjudicaverunt [*qq*], & infra (*rr*). Quia vero non ſpectat (*ſſ*) ad juris ordinem diem peremptorium, & maxime [*tt*] cum de rebus eccleſiaſticis agitur (*uu*), niſi forte De dilat. c. 1.

te

habent, *ſe contumaciter abſentaverint*, *vos*; pro *abſentaverint abſentarunt*, vetus Gregor. *abſentarent* alter minus vetus; edita ſunt in concil. *a* Vox *ſcilicet* in concil. non eſt. *b* Sic etiam in concil. *rerum petitarum*, addidit Raim. *c* Vox *ſuæ* omittitur a Raim. & Cont. hæc omnia uſque ad verbum *ſequeſtrari* deſiderantur in concil. *d* Sic etiam concil. *tandem monachis*, Raim. & Cont. cetera omittunt.

*e* *Exſpiraſſe*, duo Tarrac. aptius. *f* Sic etiam in concil. *a nobis*, Raim. & Cont. omittunt.

*g* *Impetraverunt*, concil. & unus Tarrac. *impetrarunt*, Raim. & Cont. *impetrarant*, unus ex veteribus Gregor. *impetraverant*, vetus Tarracon. *h* Sic etiam concil. *Verum* pro *unde* Raim. & Cont. aptius.

*i* Sic Raim. & Cont. *in litteris noſtris poſterioribus*, concil. *k* *Non fuerat*, vetus Tarrac. *non fuerit*, alter Tarr.

*l* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *nec in eis nomina*, Cont. & alii.

*m* Sic etiam Raim. & Cont. *indefinite dicebantur*, concil. *n* *Attendentes tantam malitiam*, vetus Tarrac.

*o* Hæc uſque ad verbum *mandamus* omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*p* *Diſcretioni veſtræ* &c. *quatenus* concil. *mandamus quatenus* Raimund. & Contius.

*q* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. uſque ad illa, *præſcriptam cauſam*; ſunt autem in concil.

*r* *Ante veſtram*, Barcinon. & concil. & duo Tarracon. *s* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *prædictam*, Contius & alii. *t* Pro his verbis uſque ad illa, *expenſam quam* Raim. & Cont. habent *non obſtantibus poſterioribus terminetis*: pro *contrad.* eſt in concil. *occaſione*, & in Barcin. & in vet. Tarrac. *omni ap. & hoc* alter Tarr.

*u* *Quoniam auſi*, Barcin. & concil. & duo Tarrac. *x* *Sunt*, unus Tarrac. *y* *Recognoſcit*, vetus Tarrac.

*z* *Et ad pœnam*, vetus Tarrac. *aa* *Expenſas quas nunc*, duo Tarracon. Barcin. & concil. aptius: *expenſas, quas propter hoc*, Raim. & Cont. ut editum eſt, in altero Tarracon. mutatum fuit.

*bb* Sic etiam in concil. ſed in marg. *veniendo* pro *mittendo*: *feciſſe noſcuntur* Raim. & Cont.

*cc* Sic etiam in concil. *eis a canonicis reſtitui facientes*, Raimund. & Contius.

*dd* *Wigor. Epiſcopo*, unus Tarrac. *Cantua. & Vigori. Epiſcopis*, Raim. & Cont. *Cant. & Vil. Epiſcopo*, Barcin. *Abbati Rivallis, & Priori de Bridi*, in concil. parte 3. cap. 5. *Vigorinen.* unus ex veter. Gregor.

*ee* Vox *ſancti* in Barcin. deſideratur. *Abbas, & fratres de Neubus*, concil. *Dilecti filii Abbas, & monachi de H.* Raim. & Cont. *de tali loco*, unus ex veteribus Gregor. *de H.* vetus Tarracon.

*ff* *Nobis inſinuare curarunt*, Raim. & Cont. *tranſmiſſa nobis inſinuatione litterarum monſtraverunt*, concil.

*gg* Sic etiam Raim. & Cont. *cum cauſa*, in conc. mendoſe. *hh* *Leden.* Raim. & Cont. *& Abbatiſſam, & moniales de Elneſtou Veſtæ*, concil. *de Leſione*, unus ex veter. Gregor. *Leſen* ſine puncto, unus Tarrac.

*ii* *De Alten.* Raim. & Cont. *S. Petri ae Altum.* concil. *de Alter.* unus ex veteribus Gregor. & duo Tarracon. Poſt hæc verba eſt in concil. *quam prædicti fratres diu canonice, & inconcuſſe, ſicut aſſerunt, poſſederunt, & adhuc poſſident, dilectis filiis.* *kk* *Decano, & Archidiacono Lincon.* Raim. & Cont. *Decano Linc. & Archidiacono de Bedeford ad ſuggeſtionem nuntii monialium prædictarum*, concil. plenius. *Linconen.* unus ex veteribus Gregor. *Lia.* vetus Tarrac. *de Licon.* alter Tarrac. *ll* Sic etiam unus Tarrac. & Raim. & Cont. *commiſimus terminandam*, Barcin. & duo Tarrac. *commiſiſſemus fine debito terminandam*, conc. *mm* *Gravari*, duo Tarrac. *ipſi timentes ſe a judicibus aggravari*, Raim. & Cont. *prædicti fratres timentes a judicibus gravari*, concil. *etiam prædicti* &c. vet. Tarrac. olim, non recte; *& prædicti*, non reiicio. *nn* *Diem ſtatuerunt peremptorium*, concil. *terminum ſibi nimis brevem, & peremptorium ſtatuerunt*, Raim. & Cont. *ſibi*, omiſſum eſt in uno ex veter. Gregor.

*oo* *Appellarunt*, concil. & vetus Tarrac. *duxerunt appellandum*, Raim. & Cont. *ſed appellarunt*, unus ex veter. Gregor. *pp* Hæc verba ad illa, *Quia vero*, Raim. omiſit. Contius pauca pro eis addidit: in conciliis cum magna varietate leguntur: *ſed*, in Barcin. deſideratur, & in duobus Tarracon.

*qq* *Præfatis monachis abjudicaverunt*, Barcin. & unus Tarrac. *eccleſiam interdicto ſuppoſuerunt*, concil. quod mihi mirum viſum eſt, & παράδοξον. hujus tamen interdicti poſtea fit mentio; *monachis adjudicaverunt*, vetus Tarrac. *monialibus abjudicaverunt*; alter minus vetus. *rr* *Et ita, & infra.* Barcin. non ſine mendo; hæc in concil. non ſunt: ſuſpicor ex his notis *& interd. ſuppos.* orta eſſe. *ſſ* Sic etiam concil. & Raim. *Nos igitur attendentes, quia non ſpectat.* Cont. *tt* *Et*, neque in concil. eſt, neque in libris Gregor.

*uu* Sic etiam concil. & Raim. *agetur*, Barcin.

UNED

te neceſſitate ingruente [a], ita maturare (b), nec etiam in eos (c), qui ſe contumaciter abſentant, ſententiam taliter promulgare (d), niſi ut (e) pars adverſa in poſſeſſionem mittatur, ut, ſic tædio affecti judicio ſtare [f] cogantur: f. u. per A. s. pr. m. qua. (g) partes convocetis (h), & ſi conſtiterit (i), quod ita ſententia lata fuit (k), eo quod prædictæ partes venire, aut judicio ſtare noluerint, adverſam partem faciatis in ipſius eccleſiæ poſſeſſionem induci. Poſtea ſi ſtatim, vel infra annum idem Abbas, vel fratres, vobis præſtiterint cautionem, quod veſtro ſuper hoc ſtabunt judicio, poſſeſſionem ei reſtituatis (l).

### CAPUT IV.

*Urbano III. de Novo loco, & de Viger. Prioribus* (m).

De dolo, & cont. c. 4.

PRout veſtris nobis litteris adnotaſtis &c. & infra (n). Reum quia contumaciter a præſentia veſtra receſſit (o), juratoriam coegiſtis exponere cautionem, quod judicio eccleſiaſtico per omnia (p) juri pareret, cumque die præfixa ſe veſtro conſpectui præſentaret, actore inſtante, prædictus reus (q) prætextu (r) advocati, quem non habebat, reſpondere ſolita malitia recuſavit: excepto quod (s) interrogatus ab actore quot annis decimas, de quibus (t) erat contentio, percepiſſet, reſpondit xl. (u) ſicque variis [x] excuſationibus utens, in vocem appellationis prorupit, & contumaciter juramento contempto receſſit. Ideoque vobis mandamus pr. qua. (y) ad convincendam ejus malitiam ſemel eum ad veſtram præſentiam convocetis, & ſi venerit, audiatis, quæ fuerint proponenda, & ap. ces. [z] finem imponatis negotio competentem; quod ſi vocatus [aa] venire contempſerit, vos nihilominus (bb) cauſam, utpote lite, quæ ingeritur, conteſtata, diffinitiva ſententia [cc] terminetis, vel ſaltem præſenti adjudicetis poſſeſſionem, ſervata dumtaxat quæſtione proprietatis abſenti.

## TITULUS XI.

## DE EO, QUI MITTITUR IN POSSESSIONEM CAUSA REI SERVANDÆ.

### CAPUT I.

*Alexander III. Priori, & fratribus de Giſeb.* (dd)

De eo, qui mitt. c. 1.

COnſtitutis in præſentia noſtra dilecto filio noſtro [ee] R. canonico veſtro (ff), & reſponſalibus dilecti filii noſtri G. (gg) præpoſiti eccleſiæ Belacenſis (hh) ſuper poſſeſſione eccleſiæ de Latin [ii], in qua (kk) de mandato (ll), & auctoritate noſtra per judices delegatos, videlicet [mm] Exon. (nn) Epiſcopum, & priorem de * Chinelwi. (oo) cauſa ſervandæ rei * fueratis inducti (pp); hinc inde fuit coram nobis aliquandiu (qq) diſputatum. Tan-

* *Kinelvad* Cujac. * *fuiſſetis*, Cujac.

dem

a *Urgente* Raim. & Cont. *niſi maxima ingruente neceſſitate*, concil. *ingruente*, unus ex veter. Gregor.

b Sic etiam in concil. *taliter* pro *ita* Raim. & Cont.

c Hæc uſque ad illa, *mand. quat.* Raim. & Cont. omittunt: *neque inter eos* &c. concil.

d *Conveniat*, additur in veteri Tarrac. e *Niſi quod*, in concil. *ut*, in vet. Tarrac. non eſt.

f *Juſtitiæ ſtare*. concil. g *F. T.* &c. *quatenus*, concil. non ſine mendo; *mandamus quatenus*, Raim. & Cont. ex his notis *F. V.* apparet cum Epiſcopis actum eſſe non cum Abbate, & Priore, ut in concil. *f. t.* vetus Tarrac. *pr.* in altero deſideratur.

h Pro his verbis Raim. & Cont. habent, *ſi eſt ita*: ſed in concil. eſt, *partes ante præſentiam veſtram convocetis, & rei veritatem diligenter inquiratis. Partes ante vos convocetis*, unus Tarracon.

i *Et ſi vobis conſtiterit*, concil. k *Quod memorati fratres præfatam eccleſiam canonice fuerint adepti; eoſdem fratres ipſam eccleſiam ab interdicto ſolutam, ſub ap. re. pacifice poſſidere faciatis, & adverſæ parti ſilentium imponatis*, concil. *revocato in irritum, ſi quid inveneritis poſt appellationem hujuſmodi attentatum, in cauſa juxta priorum tenorem litterarum procedatis*, Raim. & Cont. pro *tenorem* in uno ex veteribus Gregor. eſt *continentiam*. Mira eſt horum differentia, & nihil habent cum Papienſi noſtro commune; *lata fuerit* pro *lata fuit*, duo Tarr. ſcribunt.

l *Eis*, pro *ei* Barcin. aptius, & unus Tarrac. m *Et de Nigerunt. Abbatibus*, vetus liber Gregor. Contius & alii, ut editum eſt; ſed in marg. Cont. *fratribus de Giſeber. Idem* tantum Barcin. *de Vigere Prioribus* unus Tarrac. vide infra de parochiis cap. ult. in hac collectione. n *Innotuiſti* pro *adnotaſti* Barcin. *Prout nobis, & infra*, Raim. *Prout nobis ( litteris veſtris annotatis*, &c. ) & infra, Cont. *Prout nobis ex litteris veſtris adnotaſtis*, vetus Tarrac. vox *ex* in altero non erat.

o *Deceſſit*, Barcin. *receſſerat*, Raim. & Cont. *ante præſentiam veſtram*, vetus Tarrac. omiſſa voce *receſſit*.

p *Coram vobis*, Raim. & Cont. q Hæc Raim. & Cont. omittunt.

r *Sub prætextu*, Barcin. s Pro his verbis uſque ad illa, *ſicque variis*, Raim. & Cont. habent: *Tandem actore inſtante reſpondit, quod XL. annis decimas, de quibus erat contentio, percepiſſet.*

t *In quibus*, Barcin. u *Decem pro XL.* Barcin. *LX.* vet. Tarr. x *Variiſque poſtmodum*, Raim. & Cont.

y *Mandamus, quatenus*, Raim. ceteris omiſſis: *vobis mandando præcipimus*, vetus Tarrac. *vobis man. qua.* alter Tarrac. z *Sunt* pro *fuerint* Barcin. omnia Raim. & Cont. omittunt.

aa Raim. & Cont. verbum *vocatus* omittunt. bb Hæc etiam ab eiſdem omiſſa ſunt.

cc Unus ex veteribus Gregor. *per diffinitivam ſententiam.*

dd *De Giſebis*, Barcin. *de Giſeber*, unus Tarrac. & vetus Gregor. *de Giſep*, alter minus vet. *de Guiſeburch*. Cont. & alii; *canonicis de Giſeleburn.* in concil. parte 3. cap. 4. ſed & cap. 2. hujus tituli canonicorum de *Giſebur* mentio fit, & in concil. appellantur *de Giſeleburn.* ee Hæc Raim. & Cont. omittunt, ſunt in concil.

ff Sic etiam Raim. & Cont. vox *veſtro* deſideratur in concil. gg Hæc omittunt Raim. & Cont ſunt autem in concil. hh *Benelacenſis*, Barcin. *Bevellacen.* in concil. *præpoſiti de Bel.* veteres Gregor. *de Beril.* Cont. & alii: ſcribo, *Præpoſiti eccleſiæ Belvacenſis*, ut eſt in vet. Tarrac. ſed *Benlacen.* eſt in altero Tarrac.

ii *De Lamento*, Raim. & Cont. *de Levintri*, in concil. ſed *Levinter* in marg. quod nomen etiam eſt cap. proximo; *de Triumverctum*, Barcin. *de Belamento*, unus ex veter. Gregor. *de Later.* vetus Tarrac. *de Leverintun.* alter Tarrac. kk Sic etiam in concil. *in quam*, Raim. & Cont. aptius, & unus Tarrac.

ll Hæc uſque ad illa, *cauſa ſervandæ*, Raimund. & Cont. omittunt, ſunt in concil.

mm *Scilicet*, vetus Tarrac. nn *Exonien.* conc. oo *De Archimelwi.* Barcin. *de Knieleunede*, conc. *de Clinelwi*, vet. Tarrac. *de Chemelwirclit*, alter Tarrac. pp Sic etiam Raim. & Cont. *introducti*, concil.

qq Sic etiam Raim. & Cont. *coram te aliquantulum*, concil. mendoſe; *coram nobis fuit aliquamdiu*, vetus Tarr.

UNED

dem vero poſt rationes (a), & allegationes utrimque (b) productas, ex utriuſque partis aſſertione tenuimus, quod licet, cauſa ſervandæ rei tantum, in ejuſdem eccleſiæ poſſeſſionem fueratis inducti (c), infra annum (d) tamen altera pars non præſtitit cautionem ſuper eadem cauſa vobiſcum judicio ſtandi [e], licet voluntatem habuerit (f) ipſam cautionem (g) præſtandi, & vos fuiſſetis parati eam recipere. Inde eſt utique (h) quod nos de communi fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica decernimus, ut vos amodo (i) poſſeſſionem præſcriptæ eccleſiæ, ſalvo jure, quod idem præpoſitus in petenda eccleſia (k) habere dignoſcitur, libere, & [l] abſque contradictione qualibet (m) habeatis; nec præfatus [n] præpoſitus ſuper eadem (o) poſſeſſione vos audeat aliquatenus de cetero (p) vexationibus fatigare (q). Ut autem noſtræ (r) diffinitionis ſententia futuris temporibus (s) inviolabiliter obſervetur (t), eam Apoſtolico duximus patrocinio roborandam; ſtatuentes, ut nulli [u] omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ diffinitionis infringere. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Apoſtolorum (x) Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum.

## CAPUT II.

*Idem.*

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 3. cap. 3.

CAuſam, quæ inter dilectos filios noſtros canonicos de Giſebur (y), & canonicos de Thorin (z) ſuper eccleſia de Levinter (aa), & capella de Jar. (bb) & ſuper (cc) quadam tranſactione, quæ exinde poſt appellationem facta fuiſſe dicitur (dd), diutius eſt agitata; ad ſuggeſtionem * cujuſdam canonici de Thorin [ee], experientiæ veſtræ ſub certa forma commiſimus terminandam. Verum (ff) quidam canonicorum de Giſb. (gg) ad noſtram poſtmodum præſentiam accedentes dilectorum filiorum noſtrorum Cardinalium tunc Sed. Ap. legatorum (hh) litteras pertulerunt, in quibus continebatur, quod cum de mandato noſtro cauſam ſuſcepiſſent definiendam, canonicos de Giſebi (ii) in poſſeſſionem præſcriptæ capellæ (kk) induxerunt. Unde quia [ll] prædicti Cardinales tantæ honeſtatis, circumſpectionis, & maturitatis habentur, quod eis fidem omnimodam adhibemus, & eos credimus rectum, & juſtum judicium pertuliſſe [mm]: d. u. per A. s. pr. m. qua. [nn] ſi infra annum memorati canonici de Thorin (oo) cauſam poſſeſſionis (pp) ſecundum formam juris non intraverunt [qq]: canonicos de Giſebi [rr] poſſeſſionem ſibi (ſſ) a Cardinalibus adjudicatam, quiete faciatis, pacificeque (tt) poſſidere, non obſtantibus litteris, quas canonicus de Thorin [uu], ſententia Cardinalium tacita, noſcitur reportaſſe. Ita quidem [xx], quod ſi canonici de Thorin (yy) de proprietate agere voluerint, cauſam ipſam uſque ad diffinitivam ſententiam, re. ap. ob. (zz) audiatis, & fine debito terminetis. Si qua vero partium duxerit appellandum, depoſitiones juratorum teſtium, & alias rationes utriuſque partis, ſub veſtris ſigillis clauſas nobis mittatis, terminum utrique parti congruum præfigentes, quo debeant cum ipſis atteſtationibus, & rationibus Apoſtolico ſe conſpectui præſentare.

* *Ad ſuggeſtionem canonici.*

TI-

*a Et tantundem poſt rationes* &c. concil. ſed ſcribendum, *tandem* pro *tantundem*; vox *vero* in veteri Tarr. non eſt. Raim. & Cont. pro his verbis uſque ad illa, *ex utriuſque* habent tantum eam vocem *tandem*.
*b Utriuſque* unus Tarr. aliquando. *c Fuiſſetis inducti*, concil. *inducti fueritis*, Raim. & Cont.
*d* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *intra* pro *infra* Contius & alii aptius.
*e Eccleſia* pro *cauſa* in concil. non male: cetera ut edita ſunt: *ſtandi juri non præſtitit cautionem*, Raim. & Cont. qui alia omittunt. *f Habuit*, duo Tarrac. *g* Hæc Raim. & Cont. omittunt; ſunt in concil.
*h* Pro his verbis uſque ad verbum *decernimus*, Raim. & Cont. habent, *Ideoque*; ſunt autem in concil. *itaque* pro *utique*, Barcin. *i* Sic etiam in concil. *vos*, omittunt Raimund. & Contius.
*k* Sic etiam concil. & Raim. & Cont. *in eadem eccleſia*, vetus Gregor. *in petenda dicta eccleſia*, alter minus vetus.
*l* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *m Aliqua*, Barcin. ceteri, ut editum eſt.
*n* Hæc uſque ad illa, *Ut autem*, Raimund. & Cont. omittunt: ſunt in concil.
*o* Vox *eadem* in concil. non eſt. *p* Vox hæc in vetus Tarracon. non eſt.
*q Fatigationibus vexare* Barcin. *fatigare*, concil. altero verbo omiſſo: *vexationibus conturbare*, vetus Tarracon.
*r* Hæc ad finem omiſſa ſunt in concil. *hæc* pro *noſtræ* Barcin. ut editum eſt, Raim. & Cont.
*s* Hæc a Raim. & Cont. ſunt omiſſa. *t Obſervaretur*, unus Tarr. *obſervetur inviolabiliter*, alter antiquior Tarracon. *u* Hæc ad finem uſque ab eiſdem omittuntur. *x Et beatorum Apoſtolorum*, Barcin. eadem verba ſupra retulimus. *y De Giſeleburn.* concil. omiſſa voce *canonicos*, vide cap. 1. *de Giſeber*, duo Tarracon. & in altero antiquiore vox *canonicos* omiſſa quoque eſt. *z* Hæc vox in concil. deſideratur, ſed ex aliis verbis ejuſdem reſcripti addi poteſt. *Thorim*, vetus Tarrac. *aa De Leventri*, in concil. *de Bever*, Barcin. vide cap. 1. *de Later*, vetus Tarrac. *de Leverint*, alter Tarrac. *bb De Chorun.* concil. *de Jare*, Vetus Tarracon. *de Javin*, alter. *cc Et jure decimarum*, *ſuper*, concil. *dd Facta dignoſcitur*, vetus Tarrac.
*ee De Chorun.* concil. *de Thorim*, vetus Tarrac. *de Thorum*, alter. *ff Unde*, vetus Tarrac.
*gg De Giſelebuc.* concil. *de Giſebur*, initio hujus capitis; *de Giſeber*, duo Tarracon.
*hh* Hæc vox in conc. deſideratur, & in veteri Tarrac. *ii De Giſeleburc.* conc. magna inconſtantia; *de Giſeber*, duo Tarrac. iterum. *kk Eccleſiæ*, Barcin. & concil. *prædictæ capellæ*, unus Tarrac.
*ll Verum quia*, concil. *mm Protuliſſe*, concil. aptius, & unus Tarrac. *judicium judicaſſe*, vel *pertuliſſe*, alter antiquior.
*nn D. V.* &c. *quatenus*, concil. *oo De Thorum*, concil. *de Thorim*, vetus Tarracon.
*pp* Scribendum *cauſæ* pro *cauſam*, ut in concil. eſt. *qq Non intraverint*, concil.
*rr De Giſeleborn.* concil. magna varietate, *de Giſeber*, duo Tarrac. tertio. *ſſ* Vox *ſibi* in concil. non eſt.
*tt Et pacifice*, concil. *uu De Torun*, concil. non ſine reprehendenda varietate; *de Thor.* vetus Tarrac.
*xx Ita quoque* in concil. mendoſe. *yy De Thorun*, concil. *de Tor.* vetus Tarrac. non recte.
*zz Remota appellatione*, concil. *re. ob. ap.* unus Tarrac.

UNED

## TITULUS XII.
## DE PROBATIONIBUS.
### CAPUT I.

*Gregorius Racaredo Regi Wiſigot.* [a]

De probat. cap. 1. EX epiſtulæ verbis &c. & infra [b]. Veſtra excellentia mihi mandare curaverat (c), ut Imperatori ſcriberem (d), quatenus pacta in cartophylacio [e] requireret, quæ dudum inter piæ memoriæ (f) Juſtinianum Principem, & jura regni veſtri (g) fuerunt emiſſa (h), ut ex his colligeret, quid vobis ſervare debuiſſet (i): ſed ad hoc faciendum, hoc mihi vehementer obſtitit [k], quia nulli dicendum eſt: ea, quæ contra te ſunt, apud temetipſum debes documenta requirere, atque hæc in medium proferre (l).

### CAPUT II.

*Lucius III. Elien. Epiſcopo (m).*

c. 3. eod. t. EX litteris veſtræ diſcretionis (n) intelleximus te, & Archiadiaconum confines habere præbendas in villis, quas ſinguli ſingulas poſſidetis, & prætextu terminorum inter vos controverſiam verti (o), eo quod dicas eum antiquos fines (p) egreſſum, partem tui fundi [q] occupaſſe. Ille contra aſſerit (r) ſe eandem partem fundi xl. annis inconcuſſe poſſediſſe (s): tu autem ad tuam quietem per idem tempus præbendam pertinuiſſe affirmas (t): qua in re quæris (u), utrum incumbat (x) probatio petitori, an poſſeſſori. Ad quod ſcire [y] debes, quod judicium finium regundorum tale eſt, ut in eo utraque perſona vices duorum (z) habeat, agentis ſcilicet (aa), & ejus, cum quo agitur. Unde hinc inde teſtes recte (bb) produci poſſunt ad cognitionem judicis inſtruendam, quibus examinatis judex, quos præcellere (cc) intellexerit, ad fidem ſibi faciendam admittet [dd]. Quod ſi forte (ee) ambarum partium teſtes æque idonei ſint (ff), poſſeſſoris recipientur [gg]; cum promptiora [hh] ſint jura [ii] ad abſolvendum [kk], quam ad condemnandum, extra quam in [ll] liberali cauſa, in qua ſi utriuſque partis teſtes forte [mm] æquales fuerint, pro libertate tamen ſemper pronuntiabitur [nn]: nam poſſeſſori (oo) probationem aliquando dari (pp), juris manifeſti eſt, cum ſacris canonibus ita cautum ſit (qq), quod qui objecerit (rr) præſcriptionem longiſſimi tempo-

a *Ricardo Regi Wig.* Barcin. *Tantando Regi Wien.* vetus Gregor. *Tancredo Regi Wiſen.* alter minus vetus. *Tancredo Regi Vinceſtriæ*, Cont. & alii; & in marg. *Taucredo Greg.* forte *VII.* *Recaredo Regi Wiſogot.* unus Tarrac. ſed ſcribendum eſt, *Recaredo Regi Wiſigothorum* ex lib. 7. epiſt. 122. ſive 126. regiſtri B. Gregorii.

b Sic etiam Raim. & Cont. *Explere*, olim vetus Tarrac. recte, mendoſe ceteri omnes. Integra clauſula hæc eſt: *Explere verbis Excellentiſſime fili non valeo; quantum tuo opere, tua vita delector. Audita quippe novi diebus noſtris virtute miraculi, quod per Excellentiam tuam cuncta Gothorum gens ab errore Arrianæ hæreſeos in fidei rectæ ſoliditate tranſlata eſt, exclamare cum propheta libet;* HÆC EST IMMUTATIO DEXTERÆ EXCELSI, &c. Videnda ſynodus Toletana tertia. c *Nobis* pro *mihi* Barcin. *Tua excellentia poſtulavit*, Raim. & Cont. *Item in anagnoſtico. Ante longum tempus dulciſſima mihi veſtra Excellentia Neapolitano quodam juvene veniente mandare curaverat*, regiſtr. Hæc verba miniata leguntur in veteri libro; ſuſpicor fuiſſe ſine anagnoſta, ſive librario, ab ipſo beatiſſimo Pontifice ſcripta: itaque muto pro *in anagnoſtico*, *ſine anagnoſta*, niſi aliud doctioribus videatur.

d Sic etiam Raim. & Cont. *ſcriberemus*, Barcin. *ut piiſſimo Imperatori ſcriberem*, regiſtr.

e Sic in regiſtr. ſed veteres Gregor. *gazophylacio* mendoſe; ſic etiam vetus Tarrac.

f Hæc a Raimund. & Cont. omiſſa ſunt; at in regiſtro ſunt.

g Sic etiam regiſtr. *& prædeceſſores tuos*, Raim. & Cont. apertius: *& jura veſtri regni*, unus Tarrac.

h *Fuerant emiſſa*, regiſtr. & vet. Gregor. Cont. & alii, ut editum eſt.

i Sic etiam regiſtr. *quid tibi ſervare deberet*, Raimund. & Contius.

k *Hoc mihi*, Raim. & Cont. omittunt: plura Papienſ. omiſit: nam in regiſtro hæc ſunt: *duæ res mihi vehementer obſtiterunt; una, quia chartophylacium prædicti piæ memoriæ Juſtiniani Principis tempore, ita ſubripiente ſubito flamma incenſum eſt; ut omnino ex ejus temporibus pene nulla charta remanoret: alia autem* &c. ſic in veteri libro eſt: at in aliis *remearet* pro *remaneret*. l *In mediumque proferre*, Raim. & Cont. *atque hæc pro me in medium proferre*, regiſtr. In fine hæc omiſſa ſunt: *Ex qua re hortor, ut veſtra Excellentia ſuis moribus congrua diſponat, & quæque ad pacem pertinent, ſtudioſe peragat: ut regni veſtri tempora per longa ſint annorum curricula in magna laude memoranda*, &c. pro *longa* in veteri libro eſt *multa*.

m *Lucius Epiſcopus Ciſtren. Epiſcopo* Barcin. *Lucius III.* Raim. addit Cont. *Ciſtren. Epiſcopo. Alex. III. Ciſtren. Decano*: parte 38. cap. 2. poſt concil. Later. Scribendum cenſeo: *Lucius III. Ciſtren. Decano. Lucius III. Ciſtr.* unus Tarrac. n *Ex litteris tuæ dubitationis*, concil. mendoſe. *Ex litteris tuis*, Raim. & Cont. aptius. *Ex litteris veſtræ dilectionis*, vetus Tarrac. o Sic etiam in concil. *agitari* pro *verti*, Raim. & Cont.

p *Terminos* pro *fines* Barcin. ceteri ut editum eſt. q *Partemque tui fundi* Raim. & Cont. *partem fundi tui*, conc. r *E contra* pro *contra*, conc. *illo in contrarium aſſerente*, Raimund. & Contius. s *Poſſidere* vetus Tarrac. *poſſediſſe inconcuſſe*, concil. *poſſediſſe XL. annorum ſpatio inconcuſſo*, Raim. & Cont. cur ea mutaverit Raim. non video. t Scribendum eſt *quiete* non *quietem*, ut in uno Tarrac. *Ad tuam præbendam quiete per idem tempus perſtitiſſe affirmas*, concil. *quod per idem tempus quiete illam poſſederis aſſeveras*, Raim. & Cont.

u Sic in concil. *quare utrum incumbat petitori vel poſſeſſori probatio, quæſiviſti*, Raim. & Cont.

x *Cui incumbit*, concil. y *Ad quod ſane ſcire*, concil. ut editum eſt, Raim. & Cont.

z Sic etiam Raim. & Cont. *pars* pro *perſona* concil. non male; *duarum* quoque malim, quam *duorum*, ut in duobus Tarracon. aa Sic etiam concil. *videlicet actoris, & rei*, Raimund. & Cont.

bb *Rite teſtes*, concil. *teſtes* Raim. altera voce omiſſa. cc Sic etiam Raim. & Cont. *quos præcedere*, concil. non recte. dd Sic etiam in concil. *admittat*, Raim. & Cont.

ee Vox *forte* eſt in conc. omiſſa eſt a Raim. & Contio. ff *Sunt* concil. & duo Tarrac. *ſint æque idonei*, veteres Gregor. *ſunt* Cont. & alii. gg Sic etiam conc. ſed in priori editione concil. *reciperentur: poſſeſſoris præferentur*, vetus Gregor. *poſſeſſoris teſtes præferentur*, Cont. & alii. hh *Proniora*, unus Tarrac.

ii Sic etiam Raim. & Cont. *ſunt* pro *ſint* conc. kk Sic concil. & veteres Gregor. *ad ſolvendum*, Cont. & nonnulli alii mendoſe. ll *Excepta*, conc. *præter quam in*, Raim. & Cont. mm *Teſtes forſan*, conc. *teſtes* Raim. altera voce omiſſa. nn Sic etiam in conc. *ſententia proferetur*, Raim. & Cont. *ſententia ſemper proferetur*, unus ex veteribus Greg. oo *Namque* pro *nam* unus ex vet. Greg. pp Additur in Barc. *vel incumbere*, quæ ceteri non habent. qq *Cum in ſacris canonibus cautum ſit ita*, concil. *cum jure cautum ſit*, Raim. & Cont.

rr Sic etiam Raim. & Cont. *quod*, in Barcin. & in uno Tarrac. deſideratur. *Si quis objecerit*, concil.

poris (*a*), & eam probaverit [*b*], reportet poſſeſſionem, quam nemo (*c*) recte obiicit [*d*], niſi qui poſſidet.

## TITULUS XIII.
## DE TESTIBUS, ET ATTESTATIONIBUS (*e*).

### CAPUT I.

*Ex concilio Triburienſi* (*f*).

Non ponitur. TEſtimonium laici adverſus clericum [*g*], nemo ſuſcipiat (*h*).

### CAPUT II.

*Hieronymus ſuper Matthæum* (*i*).

Non ponitur. JUſtificata eſt ſapientia ab operibus ſuis (*k*). Sapientia quippe non vocis (*l*), ſed operis teſtimonium quærit.

### CAPUT III.

*Gregorius Joanni defenſori eunti in Hiſpaniam* [*m*].

IN nomine domini &c. & infra [*n*]. Quod autem dicit idem Epiſcopus (*o*), quia ſe (*p*) abſente aliqui viliſſimi (*q*) ſunt teſtes (*r*) exhibiti [*s*], nullius etiam eſſe momenti (*t*), lege noſcendum eſt [*u*]: conſtitutione novella (*x*), quæ de teſtibus loquitur c. xvi. (*y*) & ne poſtea obiiciatur eis (*z*), quia per unam partem De teſtib. cap. 2.

*a* Sic etiam Raim. & Cont. *longi temporis*, concil. *b Quam nemo recte obiicit, niſi qui poſſidet; & eam probaverit, in cauſa debeat obtinere*, Raim. & Cont. ut editum eſt, in concil. *& eam probaverit poſt*, vetus Tarrac.

*c Quoniam* pro *quam* in concil. non recte. *d* Sic etiam in concil. *recte obiicere poteſt*, Barcin.

*e Et de teſtationibus* unus Tarrac. *f* Ego verba hujus capitis inveni in epilogo ſynodi Romanæ ſub Silveſtro, & apud Hadrianum in epiſt. ad Epiſcopum Mediomatricis cap. 68. *Ex conc. Meſi.* vetus Tarrac.

*g* Sic in concil. utrobique; ſed cap. 14. ejuſdem ſynodi Romanæ ſub Silveſtro ſcriptum eſt; *Teſtimonium clerici adverſus laicum*, in tribus editionibus non ſine mendo: itidem erratum eſt apud Damaſum in vita ejuſdem Silveſtri, & in conſtit. Ludovici Imp. 12. tit. 51. de teſtibus libro 2. legum Longob. & apud Grat. 11. q. 1. cap. 9. & Anſelm. Lucenſ. lib. 3. cap. 23. & 88. & Iv. Carnotenſ. lib. 4. tit. 8. cap. 6. Panormiæ.

*h* Sic Hadr. Ivo, & Anſelm. ceteri ſcribunt, *nemo recipiat*: unus ex veteribus Grat. libris, *nemo accipiat*. Vide cap. 8. infra hoc tit. *i* Adde *cap. XI.* *k A filiis ſuis*, tam Græci, quam Latini libri apud Matthæum. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς. Hieronymi autem verba plenius referemus: *Ergo quia vos noluiſtis utramque recipere diſciplinam*, JUSTIFICATA EST SAPIENTIA A FILIIS SUIS; *ideſt Dei diſpenſatio, atque doctrina. Et ego, qui ſum Dei virtus & ſapientia Dei, juſte feciſſe ab Apoſtolis meis filiis comprobatus ſum: quibus revelavit pater, quæ a ſapientibus abſconderat, & prudentibus apud ſemetipſos.* In quibuſdam evangeliis legitur: *Juſtificata eſt ſapientia ab operibus ſuis.* *l Non quærit vocis teſtimonium, ſed operum*, Hieron. I. *non tantum vocis*, ſchol. Tarrac. *m* Sic etiam veteres Raim. libri. Contius, & alii *Gregorius IX.* mendoſe, ut apparet ex lib. XI. regiſtri B. Gregorii: *defenſori in Hiſpania*, unus Tarrac.

*n* Hoc initium eſt cujuſdam formulæ datæ Joanni prædicto, ſententiæ adverſus eos, qui Januarium Malacitanum Epiſcopum depoſuerant. Integrum initium ejus formulæ hoc eſt: *In nomine domini, Imperatore illo, die illa, indictione illa. Cui officium cognitoris injungitur, ita ſe pura, atque intemerata conſcientia debet in omnibus exhibere; ut ex his, quæ in aliis judicat, ipſe ultionem æterni examinis non incurrat. Dum igitur ex deputatione beatiſſimi domini mei Papæ Gregorii ego Joannes Defenſor inter Januarium Epiſcopum civitatis Malacitanæ, atque inter illum, & illum Epiſcopos cognitor reſediſſem* &c. Sic in veteri libro regiſtri epiſt. 51. ſive 53. cap. 53. eſt: in aliis pro *Imp. illo*, eſt *ipſe ill.* mendoſe, & pro *deputatione*, *diſpoſitione*, ſive *deputatione, & juſſione*, & pro *beatiſſimi* eſt in uno *beatiſſimi atque Apoſtolici*, & in eod. vox *Papæ* omittitur; & pro *Januarium* non recte eſt in editis *Joannem*; ut editum hic eſt, Raim. & Cont. Sed hujus formulæ mentio nihil habet commune cum verbis a Bern. Papienſ. & a Raim. relatis. Sumuntur enim ea verba ex epiſt. 52. ſive 54. cap. 54. cujus initium eſt: *De perſona presbyteri hoc attendendum eſt*, ut apud Grat. 11. q. 1. cap. 39. ſic etiam eſt in veteri regiſtro, ſed in aliis *De cauſa*, in aliis *De perſona* editum eſt: aut fortaſſe ejus initium fuit: *In primis requirendum eſt de perſona presbyteri dilectiſſimi fratris, & coepiſcopi noſtri Januarii*, ut epiſt. 48. ſive 50. cap. 50. & apud Grat. 2. q. 1. cap. 7. & apud Anſelm. lib. 3. cap. 89. & 90. cujus hæc verba ſunt: *Greg. Commonitorium Joanni Defenſori eunti in Hiſpaniam. In primis requirendum* &c. & apud eundem poſt finem 48. epiſtulæ ſequitur initium 52. *De perſona presbyteri hoc advertendum eſt, quia ſiquam cauſam habuit* &c. Sed & in veteri regiſtro eſt: *Menſe Aug. indict. VI. Capitulare obſervandum a Joanne Defenſore*, cap. XLVII. *Gregorius Joanni &c. In nomine domini. In primis requirendum* &c. Ex his verbis conjecturam capio hæc verba *In nomine domini* &c. non eſſe ex formula ſententiæ, de qua ſupra, ſed ex hoc capite, cujus initium eſt in aliis libris, *In primis* &c. *pars cap.* IN PRIMIS, 11. q. 1. eſt in uno Tarracon. in ſcholiis.

*o Iſdem* pro *idem* regiſtr. & vetus Grat. quæ ſcriptura frequens eſt in eo regiſtro; ut editum eſt, Anſelm. & Grat. vox *idem* a Raim. omiſſa eſt: intelligitur autem de Stephano, non de Januario: *iſdem* pro *idem* vetus Tarrac. *idem Epiſcopus dicit*, alter Tarrac. *p* Vox *quia* in regiſtro deſiderabatur, eſt in veteribus libris & apud Anſelm. Gratian. & Raim. *q* Sic regiſtr. Anſelm. & Grat. *etiam viliſſimi* Raim. & Cont.

*r* Sic regiſtr. & Anſelm. *ſint teſtes*, Grat. & vetus Gregor. *ſunt* Cont. & alii: eadem varietas eſt in veteribus libris Grat. *s Adhibiti*, unus ex veteribus Grat. *t Hoc ſi verum eſt, nullius eſſe momenti*, regiſtr. eſt pro *eſſe* Anſelm. & Grat. cetera, ut regiſtr. *nullius momenti*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis: *nullius eſſe momenti*, unus ex veteribus Raim. libris, & unus Tarrac. vox *eſſe* in altero deſideratur.

*u* Sic etiam regiſtr. & Raimundus: omittunt Anſelm. & Grat. *legis*, Barcinon.

*x Novellæ*, unus Tarrac. & Barcin. & unus ex veter. Raim. libris; *novellis*, alter antiquior, mendoſe utrumque: *conſtitutionis novellæ*, Cont. & alii: *conſtitutio novella*, regiſtr.

*y* Sic in regiſtr. in hæc verba, Raim. & Cont. qui in marg. ſcribit, *collatione XVI.* ſed vere id caput non eſt in collat. XVI. ſed in collat. VII. neque eſt nobis cap. XVI. ſed VIII. apud Julianum, IX. in aliis libris. Novell. XC. Juſtiniani; forte *XC. cap. VI.* ſcribendum.

*z* Ante hæc verba alia ſunt in regiſtro ex eadem Novella: *Hoc quoque ſæpius agnovimus, quoniam quidam aut apud locorum defenſores, aut apud clariſſimos provinciarum judices, aut etiam ut aſſolet, hic apud clariſſimum Magiſtrum cenſus ingredientes, & querentes tamquam ab alio paſſi aliquid contra leges, aut aliter injuſtitiam ſuſtinentes, aut damnificati teſtes volunt producere.* Græca Juſtiniani verba ſunt hæc: καὶ τοῦτο δὲ πολλάκις πραττόμενον ἴσμεν, ὥς τινες ἢ παρὰ τοῖς τῶν τόπων ἐκδίκοις, ἢ παρὰ τοῖς λαμπροτάτοις τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχουσιν, ἢ καὶ ὡς εἰκὸς ἐνταῦθα παρὰ τῷ λαμπροτάτῳ μαγίστρῳ τῶν κήνσων εἰσιόντες καὶ μεμφόμενοι, ὡς παρὰ τοῦ δε πεπονθότες τι παράνομον, ἢ ἄλλως ἠδικημένοι ἢ ἐζημιωμένοι μάρτυρας βούλονται παραστήσασθαι. Quos provinciarum judices Gregor. alii præſides appellant, ego magiſtratus ſcriberem: τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχουσιν:

Ju-

tem geſta confecta ſunt (*a*), oportet, ut illo in ipſa civitate conſtituto, teſtimonia dentur (*b*), admonitus a judice, aut defenſore venire, & audire teſtes (*c*). Si vero noluerit venire (*d*), & non inevitabili quadam neceſſitate venire non poſſit [*e*]: ſancimus hujuſmodi teſtimonia valere [*f*], tamquam ſi non ex una parte conſiſterent (*g*), ſed etiam ipſo præſente fuiſſent facta (*h*). Ecce admonendus (*i*) eſt ſemper adverſarius, ut ad audiendos teſtes adveniat (*k*): quia, quod hic (*l*) obmiſſum eſt, neceſſe eſt, quod (*m*) contra legem (*n*) actum eſt (*o*), non habeat firmitatem.

*Tom. IV.* N

CAPUT IV.

*Idem Sabino defenſori Sardiniæ* (*p*).

QUoniam aliqua (*q*) nobis de perſona Epipha- c. 3. eod. t.

Julianus judices dixit: *Teſtium*, inquit, *productio apud judicem, vel defenſorem, vel Magiſtrum cenſus non aliter valeat*, &c. Apud Raim. *Ne poſtea obiiciatur eis.* Cont. addit, & ante *Ne*, cetera, quæ ex regiſtro deſcripſimus, omittunt: καὶ ἵνα μὴ ὕστερον ἀντιπεθείη αὐτοῖς. Juſtin.

*a* Sic regiſtr. *quod* pro *quia* Raim. vox *confecta* in veteribus Raim. libris non eſt; *geſta, & confecta ſunt*, Cont. & alii mendoſe. ὡς κατὰ μίαν μοῖραν τὰ πεπραγμένα συνέστη. Hæc poſtea verbo proprio μαρτυρίας μονομερεῖς appellat: *quæ* pro *quia* unus ex veteribus Raim. libris, & vetus Tarrac.

*b Oportet & illum in ipſa civitate conſtitutum, ubi teſtimonia dantur*, regiſtr. vetus; in aliis *&* deſideratur: *oportet, ut teſtimonia dentur*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis. δεῖ κἀκεῖνον ἐν αὐτῇ τῇ πόλει καθεστῶτα, ἔνθα αἱ μαρτυρίαι δίδονται. Nov.

*c Aut a defenſore*, Barcin. *admonitum ad judicem, aut defenſorem advenire, & audire teſtes*, regiſtr. vetus; in editis multa mendoſa ſunt; *illo admonito*, Raimund. & Contius pro *admonitus*; cetera, ut edita ſunt. ὑπομνησθέντα παρὰ τοῦ ἄρχοντος, ἢ τοῦ ἐκδίκου παραγενέσθαι καὶ ἀκοῦσαι τῶν μαρτυριῶν. Nov. *ut veniat, & audiat teſtimonia*, malim. *d Advenire*, regiſtr. *venire*, Raim. & Cont. εἰδὲ μὴ βουληθείη παραγενέσθαι. Nov. *e Niſi* pro *non* unus ex veter. Raim. libris: *ex inevitabili*, regiſtr. & vetus Tarracon. & Barcin. & Raim. & Cont. ſed in regiſtr. & in Nov. hæc verba non hoc loco ſcripta ſunt, ſed poſt verba poſtrema *fuiſſent facta* & alia a Gregorio relata. Hujus loci hæc ſunt: *ſed contempſerit, ut ex una parte teſtimonia adverſus eum inutilia ſint.* ἀλλὰ διαπτύσειεν, ὥστε ἐκ τοῦ κατὰ μίαν μοῖραν δίδοσθαι τὰς μαρτυρίας, κατ' αὐτὸ τοῦτο ἀχρήστους εἶναι. obſcurius videntur hæc dicta, niſi poſt *Ut* addideris *quaſi*, & illa verba, *ex una parte*, ſignificant *abſente altera parte*: apertius igitur diceretur, *ut quaſi altera parte abſente teſtimonia audita adverſus eum, inutilia ſint.* *f* Scribe, *ita valere*, ut in Barcin. & in duobus Tarracon. & in regiſtro, & apud Raim. & Cont. θεσπίζομεν τὰς τοιαύτας μαρτυρίας οὕτω κρατεῖν. Nov.

*g* Sic etiam regiſtr. & Raim. ὡς ἂν εἰ μὴ μονομερεῖς ἐτύγχανον οὖσαι. Nov. *conficeretur* pro *conſiſterent*, vetus Tarrac. ſed ſcribendum, *conficerentur*. *h* Sic etiam regiſtr. *ſed tunc ipſo præſente facta fuiſſent*, vetus Raim. liber: *ſeu* pro *ſed* in altero, cetera, ut edita ſunt. Cont. & alii, ut editum eſt, præter *facta fuiſſent.* ἀλλ' ὡς καὶ αὐτοῦ παρόντος ἐγεγόνεισαν. Nov. In quibuſdam libris ἀλλὰ pro ἀλλ' ὡς mendoſe.

Poſt hæc verba in regiſtro ita ſcriptum eſt: *Si enim repudiaverit, & venire noluerit, & audire, quæ deponuntur, cum utique in publico ſit, & non ex inevitabili quadam neceſſitate venire non poſſit, æqualiter erunt, tamquam ſi adveniſſent; & nulla utilitas ex contemptu ſuo ei adhibeatur; ſed videbuntur quidem ex utriuſque præſentia facta:* ſic in veteri libro excepto verbo, *adhibeatur*, pro quo eſt *adhibuerint* mendoſe; in alio *adhibebatur*, & in editis eſt pro *repudiaverit*, *repudiavit*, & pro *noluerit*, *noluit*, & *æqualiter enim*, & *veniſſent* pro *adveniſſent*. εἰ γὰρ παραιτήσοιτο, καὶ ἐλθεῖν μὴ βουληθείη, καὶ ἀκοῦσαι τῶν κατατιθεμένων, καὶ δημοσιεύωνται †, καὶ οὐκ ἐξ ἀπαραιτήτου τινὸς ἀνάγκης ἀφικέσθαι μὴ δυνάμενος: ἐν ἴσῳ τοῖς παραγενομένοις ἔσται, καὶ οὐδὲν ὄφελος ἐκ τῆς αὐτοῦ προπετείας αὐτῷ γενήσεται, ἀλλὰ δοκείτωσαν μὲν συστάδην γεγονέναι. Nov. alii pro καὶ δημοσιεύωνται ſcribunt καίτοι δημοσιευόντε aptius, & pro γεγονέναι ſcribunt γεγονυῖαι non male.

Præter hæc ſunt alia in Græca conſtitutione a B. Gregorio omiſſa non minus neceſſaria, quam ſuperiora. ὅσα δὲ ἂν ἁρμόσειεν αὐτῷ παραγράφεσθαι περὶ αὐτῶν, ἐξεῖναι τούτοις χρῆσθαι, μόνου τοῦ δοκεῖν αὐτὰς εἶναι μονομερεῖς, διὰ τὴν αὐτοῦ προπέτειαν οἷα δὴ κατ' αὐθάδειαν μὴ παραγενομένου, ταῖς μαρτυρίαις ἀντιτίθεσθαι μὴ δυναμένου. *Quæcumque vero*, inquit, *exceptiones in ea competere poſſent, uti ei liceat, ſed ea exceptione ſola in teſtimonia uti nequeant, quod* μονομερῶς *teſtes depoſuerint* (hoc eſt, altera parte abſente); *quippe cum propter ejus calliditatem, & contumaciam præſens non fuerit.* At Julianus: *Teſtium productio* &c. *non aliter valeat, niſi præſente quoque adverſaria parte, vel contumaciter non veniente, ſcilicet ut & hic ſalva præſcriptio ei competat, quam opponendam exiſtimaverit. Contumaciter autem non videtur abeſſe, qui ex neceſſitate abfuit, forte enim intra ſepta ſanctorum fuerat.*

Addam ad extremum, mirari me, cur B. Gregorius utatur adverſus Hiſpanos Græca Juſtiniani conſtitutione, in quos nullum ejus imperium fuerat. *i* Greg. hæc verba ſunt: *Ecce autem monendus*, vet. Raim. liber; ſed regiſtr. Cont. & alii, ut editum eſt. *Ecce monendus*, unus Tarrac.

*k* Sic etiam in regiſtro; *veniat* pro *adveniat* veteres Raim. libri; *ut audiendos teſtes veniat*, Cont. & quidam alii; *ad* in vet. Tarrac. non eſt. *l* Scribe *quod quia hic*, ut in regiſtr. & apud Raim. & Cont. & in uno Tarrac.

*m Eſt, ut quod*, regiſtr. & Raim. apertius: *ut quia* pro *quod* unus ex veter. Raim. libris.

*n* Sic etiam Raim. & Cont. *contra leges*, regiſtr. aptius.

*o* Vox *eſt* deſideratur in veteri Raim. libro; habent alii, & regiſtr. In fine hujus capitis addi debuit, quod eſt in regiſtro: *Quales autem teſtes, vel cujus opinionis ad teſtimonium admittendi ſunt, plurimæ leges oſtendunt, quæ pene nulli habentur incognitæ; quæ etiam ſanciunt, ut viliſſimis teſtibus ſine corporali diſcuſſione credi non debeat*, ſic in veteri regiſtro; ſed in uno edito eſt *operationis* pro *opinionis*; ſed *opinionis* habent Anſelm. & Grat. qui poſt illa, *quæ etiam*, addunt, *illud ſanciunt.* Apud ſolum Grat. *Teſtes autem quales*, ſcriptum eſt pro, *Quales autem teſtes*: ſed in veteribus libris, ut in regiſtr. præter *admittendi ſunt*; in quibuſdam enim eſt *ſint*; & in fine *non debet* pro *non debeat* in uno tantum legi. *p Anthemio ſubdiacono, & Januario Epiſcopo*, ex regiſtro lib. 2. epiſt. 36. Indict. 11. cap. 75. *de* pro *&* vetus liber aptius; & unus ex editis addit, *& de Epiphanio presbytero. De Epiphanio accuſato per calumniam* exſtat lib. 3. epiſt. 24. ex qua eſt apud Grat. 5. q. 6. cap. 4. Ut editum eſt, Raim. & Cont. *Salomoni* pro *Sabino*, unus Tarrac. *q* Ante hæc verba ſcribi potuit *Pars cap.* QUÆDAM AD AURES, ex regiſtro. *Præterea quoniam aliqua*, regiſtr. ut editum eſt, Raimund.

phanii presbyteri nuntiata ſunt (a), neceſſe eſt, ut cuncta diligentius perſcruteris, & ſeu mulieres, cum quibus peregiſſe [b] dicitur, ſeu alios, quos de cauſa eadem (c) ſcire aliquid ſenſeris, huc pariter [d] feſtines adducere, quatenus eccleſiaſticæ diſcretioni (e) liquide poſſint (1) aperiri (f), quæ vera ſunt.

CAPUT V.

*Paſchalis Papa.*

cap. 4. eod. IN omni negotio, principalis perſona (g) dicens veritatem rei ſibi notæ (h) rectiſſime habenda eſt pro teſte. Cum quidem (i) adhibito uno efficiuntur duo teſtes; adhibitis duobus efficiuntur tres. Quod patenter [k] oſtendit Dominus, cum dicit: *Si peccaverit in te f. t. (l) c. e. i. t. & i. ſ. quod ſi te non audierit: adhibe unum, vel duos (m): ut in ore d. (n) vel trium t. ſtet o. v.* & alibi affirmat dicens, *non unus (o) ſtet contra alium (p), ſed in o. d. (q) vel trium t. ſ. o. v.* Item alibi; *ego ſum (r), qui teſtimonium perhibeo de me ipſo, & teſtimonium perhibet de me pater [s]: nam in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt [t].*

CAPUT VI.

*Alexander III. Epiſcopo Papienſi.*

Non ponit. CUM A. de Plano (u), & G. de Betolio (x) &c. & infra (y). Ideoque f. tuæ per A. ſ. pr. m. qua. cum exinde requiſitus fueris, utramque partem ante tuam præſentiam convoces, & rationibus hinc inde plenius auditis, & cognitis, eandem cauſam ſecundum atteſtationes, quas dilectus f. (z) noſter P. titulo Sanctæ Suſannæ presbyter Cardinalis ſigillo ſuo munivit, & aliorum teſtium, ſi qui idonei producti fuerint, ſi atteſtationes ipſæ [aa], non ſunt publicatæ (bb), infra xxx. dies poſt harum ſuſceptionem litterarum [cc] re. ap. ob. concordia, vel juſtitia mediante decidas.

CAPUT VII.

*Idem Belvac. Epiſcopo (dd).*

SIcut nobis eſt ex parte tua ſignificatum [ee], quidam parochiani tui (ff) accepta pecunia de parentela inter virum, & uxorem exhibent juramenta (gg), per quæ inter ipſos divortii ſententia promulgatur: poſtea vero privatim nullam inter eos conſanguinitatis lineam aſſerentes, ſe corruptos muneribus dicunt, & (hh) perhibuiſſe teſtimonium falſitati [ii]. c. 9. eod. t. Super quo taliter reſpondemus, quod ſi vir, & uxor, aut alter eorum ad ſecunda vota tranſiſſent (kk), nullum aliud remedium ſupereſſe vi-

(1) Alii, *aliquid de his poſſit.*

*a Facinora nuntiata ſunt*, Barcin. & Raim. & regiſtr. & unus Tarrac. *b Periſſe*, regiſtr. non recte.

*c* Vox *eadem* a Raim. & Contio eſt omiſſa; eſt in regiſtro. *d* Itidem *pariter* ab eiſdem omittitur, eſt in regiſtro.

*e Diſtrictioni*, vetus Raim. liber, & unus Tarrac. aptius & regiſtr. *eccleſiaſtica diſtrictione*, Cont. & alii.

*f* Sic etiam editus regiſtri liber; *apparere* pro *aperiri* vetus liber. Poſt hæc verba ſequitur, *quæ vera ſunt. Hæc vero omnia* &c. ut in regiſtro. *g Principalis cauſæ perſona*, Barcin. quod nondum probavi.

*h De re ſibi nota*, Raim. & Cont. aptius & unus Tarrac. *i* Malo *Cui* pro *Cum*, ut apud Raim. eſt: ſed vox *quidem* ab eod. & Contio eſt omiſſa. *Cui quidem*, duo Tarracon. habent. *k Pariter*, vetus Tarrac.

*l* Omnia dilucide ſcribi debuerunt; *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolum.* ἐαν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σȣ ὕπαγε, ϗ ἔλεγξον αὐτον μεταξύ σȣ ϗαὶ αὐτȣ̃ μόνȣ. Matth. 18. uno autem verbo ὕπαγε, quod *vade* ſignificat, Græca pleniora ſunt. Brevius apud Lucam, cap. 17. ἐαν δέ ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σȣ, ἐπιτίμησον αὐτῷ. *corrige* pro *corripe*, unus ex veter. Gregor.

*m Adhibe tecum unum, vel duos teſtes*, Raim. & Cont. Ante omnia verba, alia omittuntur. ἐαν σȣ ἀκȣ́σῃ, ἐκέρδησας τον ἀδελφόν σȣ. Matth. *Si te audierit, lucratus es fratrem tuum.* ἐαν δὲ μὴ ἀκȣ́σῃ, παράλαβε μετὰ σȣ ἔτι ἕνα ἢ δύο: *Si vero non audierit, accipe tecum adhuc unum vel duos.* Addit his Barcin. *vel tres*, quod reiicio.

*n Ut in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum*, veteres Gregor. *ſit* pro *ſtet* unus Tarracon. vox *teſtium* apud Cont. & alios deſideratur. ἵνα ἐπὶ ςόματ☉ δύο μαρτύρων ἢ τριῶν ςαθῇ πᾶν ῥῆμα.

*o* Hæc omittunt Barcin. & Raim. & Cont. ſunt autem verba Deuteron. cap. 19.

*p Non ſtabit teſtis unus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit.* Deut. ȣ̓κ ἐμμενεῖ μάρτυς εἷς μαρτυρῆσαι κατὰ ἀνθρώπȣ κατὰ πᾶσαν ἀδικίαν, ϗαὶ κατὰ πᾶν ἁμάρτημα, ϗ κατὰ πᾶσαν ἁμαρτίαν, ἣν ἂν ἁμάρτῃ. LXX. hoc eſt: *non unus teſtis adverſus aliquem exiſtet, quodcumque injuſtum, ſive crimen ſive delictum commiſerit.* *q Sed in ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum.* Deut. *ſtet omne verbum*, unus Tarr. ἐπὶ ςόματ☉ δύο μαρτύρων ϗαὶ ἐπὶ ςόματ☉ τριῶν μαρτύρων ςαθήσεται πᾶν ῥῆμα. LXX. Paulus quoque in poſteriore ad Corinthios cap. 13. ἐπὶ ςόματ☉ δύο μαρτύρων ϗαὶ τριῶν ςαθήσεται πᾶν ῥῆμα.

*r Item alibi affirmat dicens*: EGO SUM &c. veteres Gregor. *Idem* pro *Item* Cont. & alii. *& alibi*, vet. Tarr.

*s* Totidem verbis Raim. & Cont. ἐγὼ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτȣ̃, ϗαὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμȣ̃ ὁ πέμψας με πατήρ. Joann. cap. 8. *Ego enim ſum* &c. *qui miſit me pater*, unus Tarrac. vox *enim* non eſt in Græcis relatis, cetera ſunt. *t* Vox *veſtra* in Barcin. non eſt, ut editum eſt, veteres Greg. ſed Cont. & alii *quod*, pro *quia*. In ſacris libris hæc ſententia prior eſt illis verbis, *Ego ſum* &c. in hunc modum. ϗ ἐν τῷ νόμῳ δε τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐςίν, ἐγώ εἰμι &c. Locus autem ex veteri lege ſumptus his verbis exſtat Deuter. cap. 17. *In ore duorum, aut trium teſtium peribit, qui interficietur. Nemo occidatur uno contra ſe dicente teſtimonium.* ἐπὶ δυσὶ μάρτυσιν ἢ τρισὶ μάρτυσι ἀποθανεῖται. ὁ ἀποθνήσκων ȣ̓κ ἀποθανεῖται ἐφ' ἑνὶ μάρτυρι. LXX.

*u De Complano*, Barcin. & unus Tarrac. *x De Edolio*, Barcin. *de Bedolio*, duo Tarrac.

*y* Quid poſtea ſequeretur, invenire nequivimus. *z Filius*, vetus Tarracon.

*aa Si primæ atteſtationes*, vetus Tarrac. *bb Fuerint* pro *ſunt* Barcin. *cc* In duobus Tarrac. deſideratur.

*dd Belvacen. Epiſcopo*, vet. Gregor. *Belva. Epiſcopo*, Cont. & alii. *Belvant.* vetus Tarracon.

*ee Sicut nobis eſt intimatum*, Raim. *Sicut vobis eſt intimatum*, Cont. mendoſe. *Sicut nobis* &c. *ſignificatum eſt*, unus Tarr. *ff* Hæc omittunt Raim. & Cont. *gg* Sic etiam Raim. & Cont. *exhibuerunt juramenta*, Barc. aptius.

*hh Corruptos dicunt*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis. *ii Falſitatis*, vetus Tarrac.

*kk Tranſiſſet*, unus Tarr. *vota tranſmigraſſet*, Barc. *vota tranſivit*, Raim. & Cont. *tranſiverit*, unus ex veteribus Greg.

videretur, niſi ut (*a*) teſtibus de perjurio, & adulterio [*b*], uno, pluribusve, quibus cauſam dederunt (*c*), pœnitentia indicatur. Si vero ad ſecunda vota idem vir, & uxor non migraverint (*d*), diligenter inquirendi ſunt, coram quibus corruptio interceſſit (*e*); & ſi tales exhibeantur, per quos poſſit prædictæ corruptionis veritas comprobari, recepto eorum teſtimonio, debet ſententia revocari (*f*): non enim teſtium (1) (*g*) prædictorum cum perjuri ſint, aliquatenus in hoc eſt admittendum [*h*].

## CAPUT VIII.

*Idem Papienſi electo (i), pars c. Ad audientiam (k).*

Non ponit. Infra qui matr. acc. poſſ. c. 4.

AD hæc quoniam conſuetudo eſt, ut dicitur eccleſiæ Papienſis, ut ſi de propinquitate illorum, qui (*l*) ſunt matrimonio copulandi, mentio aliqua fiat, presbyteri per eccleſias publice dicant, ut qui novit [*m*] aliquid, infra terminum, qui præfigitur, exeat, & dicat: tua duxit diſcretio inquirendum (*n*), an illi debeant, qui poſterius veniunt, ad accuſationem, vel teſtificationem admitti: tuæ itaque prudentiæ litteris præſentibus innoteſcat, quod ſi ſuſpicione carent poſterius venientes, ab accuſatione, vel teſtificatione repelli non debent. Ceterum ſi commoniti a presbyteris tacent, & poſtmodum accuſare, vel teſtificari voluerint, tamquam ſuſpecti merito repellentur (*o*).

## CAPUT IX.

*Idem Attinenſi Archiepiſcopo (p).*

VEniens ad nos cum litteris tuis [*q*] L. presbyter tuus ſupplici nobis [*r*] relatione c. 10. de teſtib.
monſtravit, & hoc idem litteræ continebant (*s*), quod cum in eccleſia de Oven. inſtitutus fuiſſet, ei fuit objectum [*t*], quod in eccleſiam ipſam non canonicum habuiſſet ingreſſum (*u*): videlicet, quod prius (*x*) promiſiſſet, quod unicuique parochianorum bariles vini remitteret (*y*), qui ſacerdoti (*z*) ejuſdem eccleſiæ, qui pro tempore ibi ſerviret (*aa*), conſueverant (*bb*) pro beneficio dari. Verum quia duo (*cc*) apparuiſſent, qui jurati depoſuerunt prædictum presbyterum (*dd*) talem promiſſionem feciſſe, & cum altero illorum pactum illud indecenter factum fuiſſe (*ee*): tu de presbytero [*ff*], prout decuit, & ordo (*gg*) rationis exigit, judicaſti, & nos (*hh*) ſententiam tuam, prout dignum eſt (*ii*), commendamus; eo quod ille, qui eodem erat infectus crimine, non poſſet inde contra eum teſtificari (*kk*), & nulli [*ll*] de ſe confeſſo adverſus alium in eodem crimine ſit credendum, & unius teſtimonium non ſufficiat ad condemnationem (*mm*).

## CAPUT X.

*Idem Caprario ✝ Epiſcopo (nn), & Abbati Sanctæ Luciæ, & Priori Sanctæ Crucis (oo).*

CAuſam, quæ inter N. & O. (*pp*) monachos ſuper electione de utroque facta in monaſterio diutius eſt (*qq*) agitata; experien- c. 11. eod.



(1) Forte *teſtimonium*.

*a* Hæc a Raim. & Contio ſunt omiſſa; *videtur* pro *videretur* duo Tarracon.
*b* Sic etiam Raim. & Cont. *& de adulterio* Barcin. *c Dederint* vetus Gregor. *dederunt*, Cont. & alii.
*d Non migraverint*, Barcin. *e Interceſſerit*, unus Tarrac. *f Eſt ſententia revocanda*, Raim. & Cont.
*g Teſtimonium*, duo Tarracon. & Barcin. & Raimund. & Contius verius.
*h Eſt in hoc aliquatenus admittendum*, veteres Gregor. *eſt in hoc caſu aliq. adm.* Contius & alii; *aliquatenus eſt admittendum*, unus Tarrac. *i Idem L. Papien. electo*, infra lib. 4. tit. 19. cap. ult.
*k* Forte eſt cap. 1. de ſponſal. hujus collectionis. *l Eorum qui*, unus Tarrac.
*m Qui noverit*, duo Tarrac. *n Requirendum*, d. tit. 19. & unus Tarrac.
*o Merito repellantur*, Barcinon. d. tit. 19. *p Cantuarien. Archiepiſcopo*, in concil. poſt concil. Later. Alex. 3. parte 50. cap. 47. *Atthen. Archiepiſcopo*, vetus Gregor. [*Idem Atinenſi Epiſcopo*] Cont. *Idem*, ſolum alii; forte *Athenien. Archiepiſcopo* ſcribendum. *Januar. Archiepiſcopo*, alias *Januen.* prior editio concil.
*q* Hæc Raim. & Cont. omittunt, quæ ſunt in concil. *r* Sic etiam in concil. *tuus* omiſſum eſt in Barcin. *ſua*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis. *s* Hæc etiam ab eiſdem omiſſa ſunt: *tuæ litteræ*, concil. cetera, ut edita ſunt. *t* Sic etiam in concil. *de Cuen.* pro *de Oven.* Barcin. *Quod ei objectum fuit, quod in eccleſia de Onon.* vetus Gregor. *de Oven.* Cont. & alii. *u In eccleſia ipſa*, Barcin. cetera, ut edita ſunt; *quod in eccleſia ipſa non canonice habuiſſet ingreſſum*, concil. *non habuiſſet canonicum ingreſſum*, vetus Gregor. *canonicum non habuiſſet ingreſſum*, Contius & alii; *quod ingreſſum in eccleſiam* &c. unus Tarracon.
*x* Sic etiam in concil. *quia* Raim. & Cont. ceteris omiſſis. *y Barillos novem* pro *bariles vini* Barcin. *unicuique parochianorum barile vini remittere*, concil. *barillos* pro *barile*, vetus Gregor. cetera, ut concil. *quinque barillos*, Contius, & alii. *z* Sic etiam Raimund. & Cont. *quod* pro *qui* concil.
*aa* Sic etiam in concil. *ibi pro tempore ſervienti*, Raim. & Cont. qui in marg. ſcribit, *alias moranti*.
*bb* Sic etiam Raim. & Cont. *conſueverat*, concil. *conſueverunt*, vetus Tarracon.
*cc Cum duo*, concil. & Raim. *dd* Sic etiam Raim. & Cont. vox *prædictum* in concil. non eſt.
*ee Dicerent factum fuiſſe*, concil. *factum fuiſſe*, Raimund. & Cont. alio verbo omiſſo; *indecenter fuiſſet factum*, unus Tarrac. *ff* Malo *pro* quam *de*, eſtque *pro* in concil. & in veteri Gregor. *de*, Cont. & alii.
*gg Ut decuit, & rationis exigit ordo*, concil. *prout ordo rationis exigit*, Raim. & Cont.
*hh* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *nos* Cont. & alii. *ii* Hæc Raim. & Cont. omittunt; ſunt in concil.
*kk Non poſſet contra alium teſtificari*, concil. *inde contra eum teſtificari non poſſet*, Raimund. vox *inde* in veter. Tarracon. non eſt. *ll Nullique*, Raimund. & Contius: *cum etiam nulli*, concil.
*mm Nec unius teſtimonium ad condemnationem ſufficiat alicujus*, Raim. & Cont. *& unus teſtis non ſufficiat ad cujuſlibet rei probationem*, concil. Poſt hujus capitis verba alia multa in concil. ſequuntur, quæ ad titulos de ſimonia, & de purgatione canonica, pertinent. *nn Capitulario Epiſcopo*, Barcin. & vetus Tarrac. *Capuano Epiſcopo*, in concil. parte 8. cap. 2. ſub titulo de teſtibus cogendis vel non; forte *Capuano Archiepiſcopo* ſcribendum: hæ omittunt Raim. & Cont. *Capellano Epiſcopo*, unus Tarracon. non recte.
*oo* Sic etiam in concil. *Idem Abbati S. L. & Priori S. C.* Raim. & Cont. obſcure.
*pp G.* pro *N.* Barcin. ut editum eſt, in concil. *Cauſam, quæ & infra*, Raim. *Cauſam, quæ* (*V. & E.*) Cont. mendoſe. *qq* Sic etiam in concil. *in monaſterio Debere eſt diutius*, Cont. forte *de Ber.*

tiæ veſtræ committimus audiendam, & ap. re. fine debito terminandam: ideo. d. u. per A. ſ. pr. m. qua. [a] partes ante veſtram convocetis præſentiam, & (b) ſuſceptis atteſtationibus utriuſque partis, quæ ab aliis judicibus ſunt receptæ, teſtes alios (c), ſi qui idonei producti ſunt (d), admittentes, niſi atteſtationes ipſæ ſint publicatæ, & rationibus hinc inde diligenter auditis, & cognitis, cauſam ipſam ſub. ap. re. (e) fine debito terminetis.

CAPUT XI.

*Idem R. Cant. Archiepiſcopo, & R. Wig. Epiſcopo (f).*

c. 12. eod. t. CUM nuntius canonicorum de Plutino, & nuntius Nicel. militis &c. & infra. Præterea (g) non lateat prudentiam veſtram, quod prædicti canonici (h) non ſunt a ferendo teſtimonio ſuper proprio [i] negotio eccleſiæ ſuæ repellendi; niſi alia rationabilis cauſa impediat.

CAPUT XII.

*Idem Terracon. Archiepiſc. (k) pars c. Significaſti (l).*

c. 13. eod. SUper eo vero, quod quæſiſti (m) a nobis [n], utrum teſtes illi (o) ſint reprobandi (p) in cauſa criminali, vel civili, quibus ab adverſa parte crimina opponuntur; tuæ prudentiæ [q] reſpondemus, quod ſi etiam ante non ſint (r) convicti, vel confeſſi de criminibus (s) illis, dummodo inde convincantur (t), ad teſtimonium (u) non debent admitti.

CAPUT XIII.

*Idem Winton. Epiſcopo (x).*

QUamvis ſimus, & infra (y). Porro, ſi aliquis (z) crimen obiicit teſti, qui contra ipſum (aa) producitur, ut eum in civilibus cauſis (bb) eo modo poſſit a ferendo teſtimonio removere [cc], audiendus eſt, & ſi crimen civiliter probare poterit, quod ſibi obiicit (dd), ad teſtimonium ferendum contra ipſum non eſt aliquatenus audiendus, ſed propter hoc non debet puniri. Quemlibet autem (ee) ad perhibendum teſtimonium veritati (ff), Romana eccleſia minime cogere [gg] conſuevit. Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 8. c. 6.

CAPUT XIV.

*Idem Salernitano Archiepiſcopo (hh), pars. c. Licet præter ſo. (ii)*

DE cetero laicos in accuſatione vel teſtimonio [kk] contra clericum in criminali (ll) cauſa non eſſe [mm] aliquatenus admittendos cenſura ſacrorum canonum manifeſtius edocet, niſi forte ſuam, vel ſuorum injuriam perſequerentur (nn), nec tunc etiam ad teſtimonium, ſed ad accuſationem poſſunt admitti. c. 14. eod. t.

CAPUT XV.

*Idem eidem in eadem [oo].*

IN cauſis eccleſiaſticis, vel civilibus (pp) ultra tertiam productionem non debent teſtes produci, niſi adhibita quadam ſollemnitate, quæ in legibus invenitur expreſſa, & ſuper dictis teſtium, cum fuerint publicata, poteſt publice diſputari. cap. 15. eod.

CA-

a *Ideoque dilectioni veſtræ* &c. *quatenus*, concil. (*Ideoque*) *dis. u. mandamus, quatenus*, Cont. alii libri omnia præter *Ideoque* ut Cont. *ideo. dis. u.* &c. vetus Tarrac. b *Partes ante præſentiam veſtram convocetis*, &, concil. hæc omittunt Raim. & Cont. c Hæc etiam iidem omittunt uſque ad illa, *cauſam ipſam*; ſunt in concil.

d Vox *producti* in concil. deſideratur. e *Sublato appellationis remedio*, concil. hæc etiam a Raim. & Contio ſunt omiſſa; *ſublato ap. re.* duo Tarracon. f *Wigoren. Epiſcopo*, concil. d. parte 8. cap. 3. cetera, ut edita ſunt. *Idem Cant. Archiepiſcopo, & Wigorn. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Vigorñienſi Epiſcopo*, alter minus vetus. *Vig. Epiſcopo*, Contius, & alii. *Wigornienſi Epiſcopo*, magis placet. R. pro *R.* bis vetus Tarrac.

g *Plotern.* pro *Plutino*, & *Joelis* pro *Nicel.* Barcin. *Plinteim* pro *Plutino*, & *Joelis* pro *Nicel.* concil. *Cum nuntius, & infra*, Raim. addit Contius *canonicorum de Plut. & nuntius M. militis*, &c. *& infra. Præterea Plut. & nuntius Ucell.* unus Tarracon. Quid poſt vocem *militis* ſequeretur, nondum inveni.

h Sic etiam in concil. *quod clerici* Raim. & Cont. ſed mihi vox *canonici* magis placet.

i Vox *proprio* ab eiſdem omiſſa eſt; exſtat in concil. k *Tarracon.* d. parte 8. cap. 4. aptius. *Cantuar. Archiepiſcopo*, Raimund. & Cont. *Terancenſi*, vetus Tarrac. *Cacen.* alter Tarracon.

l Sic etiam Cont. *Signific.* unus Tarrac. hæc omittuntur in concil. & apud Raim. Integram clauſulam nondum inveni. m *Vero* in veteri Gregor. non eſt, cetera ſunt. *Super eo quod quæſiviſti*, Contius & alii. Item in concil. n Hæc ſunt in concil. omittunt Raim. & Cont. o Sic etiam in concil. vox *illi* omiſſa eſt a Raim. & Contio. p *Fuerint* pro *ſint* vetus Tarrac. q Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa.

r *Sunt*, Raim. & Cont. ſed in veteri Gregor. *etiam non ſint*, omiſſa voce *ante: etiam aut non ſunt*, concil. ut editum eſt, alter ex veter. Greg. s Sic etiam Raim. & Cont. *aut confeſſi de criminalibus*, concil. mendoſe.

t Vox *inde* in uno Tarr. non eſt, ſed eſt, *convincantur ante.* u *In*, pro *ad*, Raim. & Cont. hæc omnia in concil. non ſunt. x Scribe *Wintonienſi Epiſcopo*, ex conc. d. parte 8. cap. 6. *Wito.* unus Tarrac. non recte.

y *Pars cap.* QUAMVIS SIMUS, Barcin. *In cap.* SUGGESTUM, concil. non ſine mendo. Credo eſſe initium integrum cap. 7. de officio, & poteſtate judicis delegati in hac collectione; *&c. & infra* eſt in uno Tarrac.

z *Si quis*, concil. aa Sic etiam conc. *contra eum*, Barcin. bb *Quibuſlibet* pro *civilibus*, unus Tarrac. *in civilibus cauſis ipſum*, alter Tarrac. olim. cc *Repellere*, in concil. cetera ſunt mendoſa.

dd Hæc in concil. non ſunt. ee Hæc eadem verba ſunt ſub tit. 14. de teſtibus cogendis cap. 1. in hac collectione. ff Sic etiam d. cap. 1. & in concil. in poſteriori editione, ſed in priori eſt *veritatis* non ineptiſſime.

gg *Præciſe*, addebatur olim in veteri Tarracon. ex ſcholio, ut opinor.

hh Sic etiam in concil. parte 8. cap. 8. & Raim. *Solent. Archiepiſcopo*, Barcin. mendoſe.

ii LICET PATER, in concil. *P. cap.* LICET, Cont. *Pars cap.* LICET PRÆTER SOLI, cap. 10. de accuſationibus in hac collectione. Integra clauſula exſtat, ut opinor, in concil. parte 6. cap. 8. ex qua eſt cap. 3. de ſponſa duorum in hac collect. & in Gregoriana: ſcribendum igitur *ſolitum* pro *ſo.* quod eſt apertius in duobus Tarrac.

kk *In accuſationem, vel teſtimonium*, Barcin. & d. cap. 10. & concil. & Raim. & duo Tarracon.

ll *Maxime in criminali*, Barc. ceteri, ut editum eſt. mm Vox *eſſe* d. cap. 10. deſideratur: ceteri eam habent.

nn *Injuriam perſequentur*, concil. *injuriam proſequatur*, Raim. & Cont. *cauſam proſequantur*, d. cap. 10. *injuriam perſequantur*, vetus Tarracon. *proſequeretur*, alter Tarrac. Poſt hujus capitis verba ſequuntur verba cap. 6. de judiciis, ubi etiam dicitur, *pars cap.* LICET PRÆTER, in hac collectione.

oo *Epiſtola*, additur in Barcin. & in concil. parte 8. cap. 9. *Idem eidem* Raim. & Cont. *Idem eidemmet Epiſcopo*, vetus Tarrac. pp *Vel cujuslibet*, olim vetus Tarrac. mendoſe; *vel quibuſlibet*, cap. 13.

## CAPUT XVI.

*Idem Præpoſito & canonicis Brunden. eccleſiæ* (*a*).

cap.16.eod. CUM tu fili Præpoſite (*b*) cum quibuſdam canonicis tuis, & venerabilis frater Archiepiſcopus veſter (*c*) pro cauſa, quæ inter vos, & ipſum vertebatur (*d*), eſſetis in noſtra præſentia conſtituti; Archiepiſcopo aſſerente [*e*], quod vos ante appellationem excommunicaſſet, & poſtulante [*f*] ſententiam ſuam confirmari: e contra propoſuiſti (*g*) quod poſt appellationem in vos ſententiam excommunicationis protuliſſet, & ob hoc dixiſti eam (*h*) nullius momenti fuiſſe [*i*]. Objeciſti etiam [*k*] tam tu, quam altera pars, quod teſtes fuerunt hinc inde producti, & atteſtationes eorum receptæ. Nos vero (*l*) auditis, & cognitis rationibus, & allegationibus (*m*) utriuſque partis, & atteſtationibus inſpectis diligenter, cum conſtet [*n*], teſtes veſtros juraſſe, quod poſt appellationem ſententiam tulerit (*o*), & Archiepiſcopi teſtes ſimiliter juraſſe [*p*], quod ante appellationem [*q*], dicta (*r*) teſtium benigne interpretari [*s*], ac providere [*t*] volentes, ne de perjurii (*u*) reatu notentur, quia utrumque eſſe (*x*) potuit, & quod (*y*) poſt primam appellationem ſententiam tulerit [*z*], & ante ſecundam ſententia lata fuerit; de communi conſilio fratrum (*aa*) eandem ſententiam denuntiamus, & (*bb*) decernimus non tenere.

## CAPUT XVII.

*Idem Placentino Epiſcopo.*

UT autem hæc noſtræ diffinitionis &c. & infra (*cc*). † Fraternitatis tuæ litteris nos c.17.eod. †
conſuluiſti (*dd*); utrum novi teſtes (*ee*) ſuper quæſtione judicata, in qua teſtibus renuntratum fore ex utraque parte conſtat (*ff*), ſint recipiendi, & utrum [*gg*] teſtibus in prima cauſa receptis, propter cauſam [*hh*] appellationis, liceat ſuper quæſtionibus judicatis aliquid novi proponere. Licet igitur [*ii*] nobis ex his non plene innotuit (*kk*), utrum teſtes ſuper eiſdem, vel novis capitulis a partibus deſiderentur (*ll*) induci: quia tamen cum prudentium juris copiam habeas (*mm*), nos ſuper hoc conſulere voluiſti, tibi duximus (*nn*) reſpondendum, quod in prædicta cauſa, ſi nova (*oo*) contigerit emergere capitula, ſuper quibus aliqua partium (*pp*) voluerit novos teſtes inducere, vel per jam receptos aliquid comprobare (*qq*), eos credimus ſuper novis duntaxat capitulis fraternitatem tuam poſſe recipere (*rr*), receptis prius ab ipſis ſecundum formam recipiendorum teſtium juramentis.

## CAPUT XVIII.

*Idem Exonen. Epiſcopo* [*ſſ*], *& Abbati Sancti Albani* (*tt*).

INtimavit nobis R. [*uu*] quod Wul. (*xx*) cle- c. 18. eod.
ricus

*a Ebrundenſis eccleſiæ*, Barcin. & vetus Tarracon. *Embrud. eccleſiæ*, vetus Gregor. *Embrudin. eccleſiæ*, Cont. alii *Embruden.* quod etiam eſt in uno ex veteribus Gregor. *Eburdinen. eccleſiæ*, concil. d. parte 8. cap. 10.

*b* Sic etiam concil. & Raimund. *canonice* pro *Præpoſite* Barcinon.

*c Et venerabilis frater noſter Archiepiſcopus*, Barcin. *& frater noſter venerabilis Archiepiſcopus*, concil. *& Archiepiſcopus veſter*, Raim. & Cont. *f. n.* pro *frater*, unus Tarrac. *d* Hæc a Raim. & Contio ſunt omiſſa, ſint licet in concil. *e* Recte Contius addidit hæc a Raim. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil.

*f* Sic etiam in concil. *& poſtulans* Cont. non recte. *g Propoſuiſtis*, unus Tarrac. & Cont. aptius: ut editum eſt, in concil. *h Dixiſſetis*, *eam* Cont. *duxiſti*, concil. omiſſa voce *eam*, non ſine mendo; *dixiſtis eam*, unus Tarrac. aptius. *i* Sic etiam concil. *eſſe*, Cont. *k Adjeciſtis etiam*, Cont. *adjeciſti etiam*, concil. aptius.

*l* Sic etiam Cont. *Nos autem*, concil. *m* Hæc in vetus Tarracon. deſiderantur.

*n* Sic etiam Raim. & Cont. *cum conſtaret*, concil. *o Excommunionis ſententiam tulerit*, veteres Gregor. *excommunicationis*, Cont. & alii: *in vos lata fuit ſententia*, Barcin. *ſententia in vos lata fuiſſet*, concil. *ſententiam tulit*, vetus Tarrac. *p* Vox *teſtes* in veteri Gregor. deſideratur: ut editum eſt, Cont. & alii; *& alios teſtes juraſſe*, Barcinon. *& teſtes Archiepiſcopi juramento confirmaſſent*, concil.

*q* Sic etiam Raim. & Cont. additur in concil. *ſententiam in vos tulerit*; & in Barcin. vox *ſententiam* exſtat mendoſe.

*r* Sic etiam in concil. *nos dicta*, Raim. & Cont. *s Interpretati*, vetus Tarracon. altera voce omiſſa.

*t* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *ac proinde*, duo Tarracon.

*u* Sic etiam in concil. *de* omittitur ab eiſdem Raim. & Contio. *x* Sic etiam Raim. & Cont. *utrumque verum eſſe*, concil. *y Et*, non eſt in concil. habent ceteri. *z* Hæc neque in conciliis ſunt, neque in duobus Tarrac. neque habent ea Raimund. & Contius; ſunt quidem certe ſupervacanea.

*aa* Hæc etiam Raim. & Cont. omittunt: ſunt in conc. *bb* Hæc quoque ſunt in concil. non ſunt in Gregorianis. Poſt verbum *tenere* eſt in concil. *Ut autem hic noſtræ definitioni* &c. quæ verba in multis Apoſtolicæ ſedis reſcriptis addi ſolent; finge deſiderari *tenor omnibus innoteſcat: hanc paginam conſcribi, & ad vos mitti juſſimus*; ſed quia hæc verba ut cap. 17. initium edita ſunt, non recte; & *hæc* pro *hic* ſcribatur non tenor, ſed ſententia addi debuit: *Ut autem hujus noſtræ diffin.* &c. unus Tarrac. *cc* Hæc verba erant ſcribenda in fine capitis 16. ut in concil. cap. 10. & cap. 12. d. partis 8. & in uno Tarrac. ſed in duobus erant hoc loco.

*dd* Sic in conc. d. cap. 12. *nos conſuluiſtis*, Barcin. *nos conſulere voluiſti*, Raim. & Cont.

*ee* Sic etiam in concil. *utrum recipiendi ſint novi teſtes*, Raim. *ff* Sic etiam in concil. *ab* pro *ex* Barcin. *renuntiatum conſtat utrimque*, vetus Gregor. *conſtet*, Cont. & alii, & unus Tarracon. qui cetera, ut edita ſunt, habet.

*gg* Sic etiam in conc. *& an*, Raim. *hh* Sic etiam Raim. & Cont. *præter cauſam*, concil. quod non diſplicet.

*ii* Hæc Raim. omiſit, addidit Contius: ſunt in concil. *kk* Sic etiam Contius; *innotuerit*, concil.

*ll Deſiderantur*, conc. ut editum eſt, Cont. *mm* Sic etiam Cont. *juris prudentium copiam habebant*, concil. quod nondum probavi; *viris* pro *juris* Barcin. mendoſe ſcribo, *cum juris prudentium copiam habeas.*

*nn* Sic etiam vetus Gregor. *duximus tibi*, Cont. & alii; *nos tibi duximus*, concil.

*oo In appellationis cauſa ſi nova*, Raim. & Cont. *ſi in prædicta cauſa*, concil.

*pp Aliqua etiam partium*, unus Tarr. *qq Probare*, vetus Gregor. Cont. & alii, ut editum eſt, & concil.

*rr* Sic etiam in concil. *poſſe recipi ſuper novis dumtaxat capitulis*, Raim. & Cont.

*ſſ Exon. Epiſcopo*, duo Tarrac. Raim. & Cont. *Exonien. Epiſcopo*, d. parte 8. cap. 13. aptius.

*tt Albini*, in concil. omnia Raim. omiſit, & Contius: edita ſunt in uno ex veteribus Gregor.

*uu N.* pro *R.* Barcin. vox *nobis* omiſſa eſt a Raim. & Contio. *Innotuit nobis R.* concil. non ſine mendo.

*xx Quod Wis.* duo Tarrac. *quod Vu.* concil. *quod W.* vetus Gregor. *quod V.* Cont. & alii. A Germanis, ut audio, barbara hæc ſcriptura orta eſt; illis enim, niſi geminetur *V.* conſonans, *F.* ſonum efficit.

UNED

ricus capellanum ejus, & alios quamplures de teſtibus ſuis juramento aſtrinxit (*a*), quod nec teſtimonium (*b*), vel conſilium, vel auxilium eidem R. contra ipſum præberent; ideo præſentium auctoritate vobis injungimus [*c*], ut ſi teſtimonium illorum (*d*) publicatum non eſt, & non eſt (*e*) abrenuntiatum teſtibus, eos, qui ſunt juramento aſtricti, & alios, ſi neceſſe fuerit, idoneos, quos ipſe in teſtimonium perduxerit [*f*], recipere non poſtponatis (*g*).

## CAPUT XIX.

*Idem Abbati, & fratribus Sancti Michaelis de Martura* (*h*).

c.19. eod.t. CAuſam, quæ vertitur inter vos, & dilectos filios noſtros (*i*) Plebanum, & clericos Sanctæ Mariæ (*k*) de Martura (*l*), jampridem filiis (*m*) noſtris Archipresbytero Vulterano (*n*), & Abbati de Spongia commiſimus ap. re. fine debito terminandam; cumque utraque pars propter hoc [*o*] in eorum præſentia eſſet conſtituta, & teſtes eſſent (*p*) hinc inde recepti, & eis ab utraque parte renuntiatum, & atteſtationes utriuſque partis [*q*] publicatæ, quoddam privilegium nuper a nobis impetratum in medium protuliſtis, aſſerentes vos [*r*], quædam alia munimenta a nobis impetraſſe, quæ rationes ſupradictæ plebis obſcuraſſe [*s*], & impedire videntur, quare cauſa (*t*) ipſa non potuit (*u*) terminari. Quia vero ſollicitudini noſtræ incumbit utrique eccleſiæ jura ſua conſervare (*x*) integra, ac litibus, & contentionibus finem imponere: judicibus ipſis præcipiendo mandamus (*y*), ut partes ipſas ante ſuam præſentiam convocent (*z*), & ſuper aliis capitulis, ſi qua alia fuerint (*aa*) ab iis, ſuper quibus teſtes ſunt recepti, & eorum atteſtationes publicatæ, rationes hinc inde diligenter audiant, & [*bb*] teſtes, ſi qui idonei producti fuerint [*cc*], recipiant, & nullis (*dd*) capitulis per nuntios veſtros a nobis (*ee*) impetratis, quæ contineantur in privilegiis veſtris [*ff*], vel in aliis litteris, quas vobis indulſimus, poſtquam cauſam ipſam [*gg*] eiſdem commiſimus, prædictæ cauſæ (*hh*) impedimentum præſtantibus, concordia, vel juſtitia mediante decidant, & quia venerabilis frater noſter Julius (*ii*) Florentinus Epiſcopus per ſuas nobis litteras (*kk*) intimavit, quædam capitula privilegio noſtro [*ll*], quod monaſterio veſtro nuper indulſimus (*mm*), eſſe inſerta, quæ obvia rationi videntur: per præſentia (*nn*) ſcripta vobis præcipiendo mandamus (*oo*), quatenus privilegium illud, ſicut gratiam beati Petri (*pp*), & noſtram caram habetis, cum nuntio veſtro, qui ad nos ſecure cum eodem veniat, dilatione, & oc. ces. nobis mittatis. (*qq*).

## CAPUT XX.

*Eugenius III.* (*rr*)

QUotiens aliqui ſeparantur propter cognationem propinquitatis [*ſſ*], vel conſanguinitatis [*tt*], duobus, vel tribus (*uu*) adhibitis c. 5. eod. t.

*a Adſtrinxit*, concil. *conſtrinxit* Raim. & Cont. *b* Sic etiam in concil. *quod teſtimonium, conſilium, vel auxilium contra ipſum non præberent eidem*, veteres Gregor. *Et* pro *vel* Cont. & alii.

*c Publica* pro *præſentium* concil. mendoſe; cetera, ut edita ſunt; *ideoque injungimus*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis. *d* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *eorum* pro *illorum* Cont. & alii.

*e* Sic etiam in concil. *nec eſt*, Raim. & Cont. melius; *& ſi non eſt*, Barcin. non male.

*f Produxerit* concil. apertius: cetera, ut edita ſunt: pro his omnibus *in teſtimonium* Raim. & Cont. ediderunt.

*g* Sic etiam in concil. *non poſtponas*, Raim. & Cont. *h Monaſterii S. Michaelis de Matura*, d. parte 8. cap. 15. *de Martura*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis; ſed parte 11. cap. 1. & 2. *Abbas, & fratres Maturienſis monaſterii*, & ſupra de mutuis petitionibus cap. 2. & 3. *Maturenſis monaſterii.*

*i* Hæc omittunt Raim. & Cont. *k* Sic etiam Raim. & Cont. *clericos plebis S. Mariæ*, Barcin. & vetus Tarr. & concil. non male. *l De Mart.* ſive *de Martu.* Raim. & Cont. *de Matura*, ſive *de Martura*, concil. *Maturien.* d. parte 11. cap. 1. & 2. *Maturenſes* d. cap. 2. de mut. petit. *Mart.* d. cap. 3. eod.

*m* Pro his uſque ad illa, *cumque utraque* eſt in veteri Greg. *delegatis judicibus commiſimus terminandam. Commiſimus judicibus terminandam*, Cont. & alii: edita ſunt in concil. *n Volterano Archiepiſcopo* in concil. mendoſe; vide, quæ diximus d. cap. 2. & 3. de mut. petit. *Vullano*, vetus Tarracon. non recte.

*o* Sic etiam in concil. hæc omiſſa ſunt a Raim. & Contio. *p* Vox *eſſent* in uno ex veter. Gregor. deſideratur.

*q* Sic etiam in concil. *atteſtationes etiam*, veteres Gregor. *& atteſtationes etiam*, Cont. & alii.

*r* Recte Contius addidit hæc a Raimund. omiſſa: ſunt autem in concil.

*s* Sic etiam Cont. *prædictæ plebis obſcurare*, concil. *t* Sic etiam Cont. *quod cauſa*, concil. non recte.

*u Nondum potuit*, vetus Tarracon. & Barcin. & concil. & Cont. *x* Sic in concil. *ſua ſervare*, Barc. & Cont.

*y* Hoc quoque in concil. eſt; *mandavimus* Raimund. & Cont. altera voce omiſſa.

*z* Hæc omittunt Raim. & Cont. vox *ipſas* in concil. non eſt, cetera ſunt.

*aa* Sic etiam Raim. & Cont. *alia ſint*, concil. *bb* Hæc etiam Raim. & Cont. omiſerunt: ſunt in conc.

*cc* Sic etiam Raim. & Cont. vox *producti* in conc. non eſt. *dd* Sic etiam Raim. & Cont. *& in illis*, concil. quod nondum probavi. *ee* Vox *noviter* eſt in vet. Tarrac. ante hæc verba: *nuper*, in concil. *noviter a nobis per veſtros nuntios*, Raim. & Cont. *ff Privilegio veſtro*, vetus Tarrac. & Barcin. *quæ continentur in privilegio veſtro*, vet. Gregor. ſed Cont. & alii, ut in Barcin. *quæ continentur in privilegio noſtro*, concil. *quæ contineantur in privilegio noſtro*, alter ex veter. Gregor.

*gg* Vox *ipſam* in Barcin. deſideratur, ceteri habent. *hh* Sic etiam in conc. & in veteri Gregor. *plebi* pro *cauſæ* Cont. & alii, qui addunt, *in hac cauſa.* *ii J.* unus Tarrac. *Jo.* pro *Julius* Barcin. eas voces concil. non habent; pro his omnibus Raim. & Cont. ſcribunt, *Quia vero.* *kk* Hæc etiam ab eiſdem omiſſa ſunt: ſunt in conc. *nobis ſuis litteris*, unus ex veteribus Greg. in marg. *ll* Sic etiam in conc. *eidem privilegio*, Raim. & Cont. *mm* Hæc etiam a Raim. & Contio ſunt omiſſa; exſtant in concil. totidem verbis.

*nn* Pro his verbis in Gregoriana hæc ſunt: *illud ad noſtram præſentiam cum veſtro nuntio tranſmittatis.*

*oo Præcipimus mandantes*, concil. *pr. m. qua.* vetus Tarrac. *pp Sancti Petri*, concil.

*qq Nobis remittatis*, conc. & duo Tarrac. *tranſmittatis*, Raim. & Cont. *rr* Recte factum eſt a Raim. cum Eugenii reſcripta ante Alexandri III. collocavit, rationem temporum ſecutus; male in concil. & in hac collectione. *ſſ* Sic etiam d. parte 8. cap. 17. *Quotiens aliqui propter cognationem propinquitatis ſeparari petuntur*, Raim. & Cont. *tt* Hæc Raim. & Cont. omittunt; exſtant in concil. *uu* Sic etiam Raim. & Cont. *tribus* in

tis teſtibus [a], affirmari debet (b), qui de eadem conſanguinitate ſuperſint (c), vel a duobus vel a tribus teſtibus [d] ſenioribus & melioribus ejuſdem loci probari debet (e), probatio autem teſtium debet fieri duplici juramento. Teſtes autem debent jurare ſe (f) neque privato odio, neque amicitia (g), neque pro aliquo commodo [h], quod habuerint (i), vel habent (k), vel habituri ſunt (l), hoc ad jurandum (m) eſſe inductos [n]. Poſtea debent jurare [o], ſicut ipſi (p) dicunt, rei veritatem (q) accepiſſe a majoribus ſuis, & ita eſſe (r).

CAPUT XXI.

*Idem Priori, & fratribus Sanctæ Trinitatis Lundon.* (s)

cap. 6. eod. INſuper etiam auctoritate noſtra [t] ſtatuimus, ut liceat vobis in cauſis eccleſiæ (u) teſtimonium ferre, dummodo unus, vel duo ex vobis ad agendum, & reſpondendum [x] inſtituantur; quorum teſtimonium in cauſis, in quibus actores reſponſales [y] ſunt inſtituti, non debent admitti [z].

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 8. c. 19.

CAPUT XXII.

*Idem Exonen. Wigor. Epiſcopo* (aa).

AD hæc quia (bb) præfati clerici ſcripta authentica non habent, quibus muniri poſſint, præſentium vobis ſignificatione (cc) mandamus, ut omnes illos clericos, ſive laicos, quos iſti clerici nominaverint (dd), moneatis, ut rei veritatem, quam ſuper ipſa cauſa noverint (ee), coram vobis aperiant; nec eam (ff) gratia, vel timore alicujus, vel odio, in ſuæ ſalutis periculum reticere præſumant [gg].

CAPUT XXIII.

*Idem R. Berforden. Epiſcopo, Bal. Abbati S. Aid.* [hh]

EX parte Adæ presbyteri (ii) ad nos eſt querela perlata, quod cum ipſe eccleſiam de Culmido (kk) canonice fuiſſet adeptus, & eam [ll] xxx. annis (mm), & amplius pacifice poſſediſſet (nn), miles quidam H. nomine ipſum exinde (oo) gravibus moleſtiis, & injuriis laceſſit [pp]; & tandem tacito, quod laicus eſſet (qq), ad Berforden. (rr) Epiſcopum, & Abbatem de Favereſen. [ſſ] noſtras litteras impetravit (tt), quod ſi prædictus presbyter (uu) filius eſſet illius, qui proximo in eadem eccleſia miniſtravit (xx), & jure hereditario eam tenet (yy) vel quod (zz) publice fornicariam (aaa) haberet, a prædicta eccleſia prorſus amoveretur (bbb). cap. 7. eod.

Tan-

in concil. ceteris omiſſis. *a* Vox *teſtibus* in vet. Tarrac. non eſt. *b* Sic etiam in concil. hæc omittunt Raim. & Cont. *c* Sic Raim. & Cont. *ſuperſunt*, concil. *d A.* poſterius in concil. omittitur; *vel totidem*, Raim. & Cont. vox *teſtibus* non eſt in vet. Tarrac. *e* Sic etiam in concil. *legitime debet comprobari*, vetus Gregor. *id debet legitime comprobari*, Cont. & alii. *f Enim* pro *autem* concil. *ut jurent ſe*, Raim. & Cont.

*g Vel amicitia*, concil. *neque pro privato odio, neque pro amicitia*, Barcin. *non privato* &c. ut edita ſunt, Raim. & Cont. *h* Sic etiam Raim. & Cont. *alio* pro *aliquo* unus ex veter. Gregor. *neque pro auro, neque pro aliquo commercio*, concil. *i* Sic etiam in concil. *habuerunt*, vetus Gregor. *habuerint*, Cont. & alii.

*k* Sic etiam veteres Gregor. *vel quod habent*, Cont. & alii. Omnia deſiderantur in conciliis.

*l* Sic etiam vetus Gregor. *ſint* pro *ſunt* concil. & Contius & alii.

*m Ad hoc jurandum*, Barcin. & Raimund. & Cont. aptius; *ad hoc juramentum*, concil.

*n* Vox *eſſe* a Raim. & Contio eſt omiſſa, exſtat in concil. *o* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa; leguntur in concil. *p* Sic etiam in concil. *& ſicut ipſi*, Raim. & Cont. *q* Sic etiam Raim. & Cont. *ſic ſe rei veritatem*, concil. *r* Sic etiam concil. *& credere ita eſſe*, Raim. & Cont. *feciſſe videri* & judices, & teſtes apud veteres Romanos dicebant. *s Lunden.* adde ex uno Tarracon. *Lund.* Barcin. & alter Tarrac. *Lunden.* in concil. parte 8. cap. 18. id verbum non eſt in Gregorianis. *t* Hæc Raim. & Cont. omittunt: ſunt autem in concil. *u* Additur *veſtræ* in Barcin. & concil. & apud Raim. & Cont.

*x* Sic in concil. & in veteribus Gregor. *vel* pro *&* Barcinon. & Contius, & alii.

*y Actores, vel reſponſales*, ſcribendum, ut vetus Tarrac. Barcin. concil. & Raim.

*z Non debet admitti*, vetus Tarrac. & Raim. & Cont. aptius: *debet admitti* concil. non ſine mendo.

*aa Exon. & Wigor.* Barc. *Exonienſi, & Vuigoren. Epiſcopis*, concil. ſcribo *Exunien. & Wigornien. Epiſcopis* ut cap. 24. *Exon. & Wigor. Epiſcopis*, vetus Tarrac. *bb Quod* pro *quia* Barcin. *Ad hoc quod*, in concil.

*cc* Sic etiam in conc. *auctoritate*, Barcin. *dd Nominaverunt*, conc. *ee Et quæ ſuper ipſa cauſa noverunt*, concil. *ſuper ipſam cauſam*, vetus Tarrac. *ff Non etiam*, concil. quod non æque placet.

*gg* Sic etiam in poſtrema conciliorum editione; *recidere præſumant*, in alia editione.

*hh Hereforden.* in Barcin. pro *Berforden.* & *Abbati de Ford.* pro *S. Aid. Idem Hereforden. Epiſcopo, & Abbati de Forde.* ı. parte 8. cap. 22. *Idem R. Herfod. Epiſcopo, & Abbati Sard.* vetus Greg. *Idem R. Hereford. Epiſcopo & Abbati Fard.* alter minus vetus liber: *Herforden. Epiſcopo, Bal. Abbati Sard.* vetus Tarrac. *Herforden.* Cont. & alii: cetera ut in eod. Gregoriano: mihi ſcribendum videtur: *Idem R. Herforden. Epiſcopo, & Bal. Abbati de Ford.* ſimilis inſcriptio paucis exceptis cap. 9. de jure patronatus, in hac collectione. Illud non omitto, in conciliis hoc eſſe Lucii tertii, non Eugenii reſcriptum. *ii A.* pro *Adæ* Raim. & Cont. *Ex parte A. clerici*, in concil. *kk De Calumprun.* concil. *Culmidonum*, vetus Tarrac. *cum eccleſiam de Clerivod.* vetus Greg. *de Clunod.* Contius & alii; *de Culmod.* alter ex veter. Gregor. *ll* Sic etiam in concil. vox *eam*, in veteri Gregor. non eſt. Cont. & alii habent; in altero veteri addita eſt. *mm* Sic etiam Raim. & Cont. *XXV. annis*, concil. *nn* Vox *pacifice* in concil. deſideratur, eſt apud Raim. & Cont.

*oo* Hæc uſque ad illa, *tacito quod*, Raim. & Cont. omittunt: ſint licet in concil.

*pp Laceſſivit* Barcin. & conc. aptius, & vetus Tarracon. *qq* Sic etiam Raim. & Cont. *erat* pro *eſſet*, conc.

*rr* Pro his uſque ad illa, *litteras impetravit*, Raim. & Cont. habent, *ad judices. Ad quoſdam judices*, unus ex veter. Gregor. *ad Herefordenſem*, Barcinon. & vetus Tarracc. *ad Toſenſem* concil. forte *ad Roſenſem*, ſcribendum, ſi enim idem eſſet Epiſcopus, additum eſſet, *ad te, ſive ad præd. tuum frater Epiſcope Toſenſem* ignoro *Roſenſem* in Britannia inſula eſſe, notum eſt. *ſſ De Ferversban*, concil. *de Favereshanb.* Barcin. *de Feversban*, prior Editio concil. *de Favereſena*, unus Tarracon. *de Fareſem*, alter Tarrac.

*tt* Sic etiam Raim. & Cont. *apportavit*, concil. *uu Prædictus A.* concil. *dictus presbyter*, Raim. & Cont.

*xx* Sic etiam in conc. *miniſtravat*, Raim. & Cont. *yy Teneret*, conc. aptius: omnia Raim. omiſit, & Cont.

*zz* Sic etiam in conc. vox *quod* ab eis omiſſa eſt. *aaa Focariam*, veteres Gregor. non male; conc. & Contius, & alii *fornicariam*: a fornicibus hoc, illud a foco, cujus prætextum quærunt.

*bbb* Sic etiam in concil. *ipſum a prædicta eccleſia amoverent*, Raimund. & Contius.

UNED

Tandem vero, cum idem (*a*) miles per interpoſitam perſonam præfatum A. presbyterum coram prædictis (*b*) judicibus traxiſſet in cauſam, quoſdam laicos infames, & notabiles produxiſſe dicitur (*c*) ad teſtimonium perhibendum, quod videlicet memoratus (*d*) presbyter filius ſacerdotis illius fuiſſet, qui proximo [*e*] in ipſa eccleſia miniſtraverat. Licet autem prædictus A. presbyter [*f*] aſſereret, illos teſtes (*g*) non eſſe recipiendos, pro eo quod quidam eorum latrones, & raptores manifeſti (*h*); quidam vero in cauſa alia fuerant (*i*) convicti de perjurio, & ſe conſtanter diceret hoc [*k*] probaturum, nihilominus tamen præfati (*l*) judices, talibus teſtibus adverſæ partis (*m*) receptis, eidem presbytero (*n*), etiam poſt ap. [*o*] quam ſuper hoc ſe interpoſuiſſe proponit, & eo abſente (*p*) præſcriptam abjudicaverunt eccleſiam, quam nunc præſcripti militis dapiferi [*q*] filius detinet occupatam. Quoniam igitur (*r*) de vobis ſatis plene confidimus; cauſam ipſam d. u. duximus committendam, præſentium vobis auctoritate præcipiendo (*s*) mandantes, qua. [*t*] partibus coram vobis (*u*) convocatis, ſuper hoc rei veritatem diligenter inquiratis, & ſi vobis conſtiterit, quod prædictus presbyter (*x*) non fuerit legitime per teſtes idoneos præſcripta eccleſia [*y*] ſpoliatus, eorundem ſententia judicis [*z*], litteris etiam confirmationis, ſi quæ ſunt, ſuper eadem eccleſia (*aa*) impetratæ, non obſtantibus, eccleſiam illam [*bb*] prænominato (*cc*) presbytero A. dilatione (*dd*), contra. & ap. ces. reſtituatis; ipſumque de cetero (*ee*) non permittatis exinde a ſupradicto [*ff*] milite, vel ab eo, qui (*gg*) ipſam (*hh*) tenet, moleſtari. Si vero res aliter ſe habet [*ii*], nihilominus (*kk*) cauſam audiatis, & fine debito terminetis. Teſtes autem, ſi quos idem A. in ſuæ aſſertionis teſtimonium (*ll*) invocaverit, monere curetis, & diligenter inducere, divino intuitu, & amore juſtitiæ [*mm*], ut coram vobis ſuper his perhibeant teſtimonium veritati; nec quicquam [*nn*] exinde in ſuæ ſalutis periculum reticere præſumant.

## CAPUT XXIV.

*Idem Exonen. Epiſcopo (oo).*

SI qui teſtium valitudinarii ſunt, & ſenio [*pp*], vel debilitate confecti, aut paupertate deprehenſi (*qq*), & non poterit eos idem [*rr*] ad veſtram (*ſſ*) præſentiam ducere (*tt*), ad ipſos recipiendos perſonas idoneas, & diſcretas (*uu*) mittatis. c. 8. eod. t.

## CAPUT XXV.

*Urbanus III. de Rufort, & de Oſtren. (xx) Abbatib. & prioribus de Torguan. (yy)*

CUM veniſſet ad Apoſtolicam ſedem dilectus filius noſter (*zz*) magiſter Martinus (*aaa*), propoſita nobis conqueſtione monſtravit (*bbb*), quod felicis me (*ccc*). Lucius Papa præ- c. 25. eod.

*a* Sic in concil. *Tandem cum*, Raim. & Cont. ceteris omiſſis. *b* Sic in concil. *eum coram præfatis*, Raim. & Cont. *c* Pro his verbis uſque ad illa, *Licet autem*, Raim. & Cont. ſcribunt, *ad teſtimonium dicitur produxiſſe* in Barcin. eſt *perduxiſſe* pro voce *produxiſſe*: in concil. ut editum eſt. *d* *Præfatus*, unus Tarrac.
*e* *Qui in proximo*, vetus Tarrac. *f* *Etiam* pro *autem* concil. *Licet autem presbyter*, Raim. & Cont.
*g* Sic in concil. vox *teſtes* a Raimund. & Contio eſt omiſſa.
*h* *Raptores eſſent manifeſti*, Barcin. *erant* pro *eſſent* concil. *raptores manifeſti eſſent*, Raim. & Cont.
*i* *Illa* pro *alia* unus Tarrac. *in alia cauſa fuerant*, concil. *in cauſa alia fuiſſent*, vetus Gregor. *in alia cauſa fuiſſet*, Cont. & alii; *jam in cauſa alia*, alter minus vetus Gregor. *k* Sic etiam in concil. *hoc dicebat*, vetus Greg. *hoc diceret*, Raim. & Cont. vox *conſtanter*, in Gregorianis non eſt. *l* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in conc.
*m* Itidem hæc ab eiſdem omittuntur, ſint licet in concil. *n* Pro his verbis uſque ad verbum *præſcriptam* ita ſcribunt Raim. & Cont. *eidem abſenti poſt appellationem;* ut editum eſt in concil.
*o* *Poſt appellationem*, duo Tarrac. *p* *Reo abſente*, concil. *q* *Præfati militis dapiferi*, concil. *militis dapiferi*, Raim. & Cont. alia voce omiſſa; *præſcripti dapiferi militis S. filius*, vetus Tarrac. olim.
*r* Pro his omnibus uſque ad illa, *ſi vobis conſtiterit*, Raim. & Cont. habent, *& infra mandamus*, *quatenus*; in concil. ut editum eſt. *s* *Pr. vobis auct. præ.* unus Tarrac. *t* Sic etiam in concil. *mandamus quat.* Barcin. & Raim. & unus Tarrac. *u* *Ante vos*, concil. *x* Vox *prædictus* olim deſiderabatur.
*y* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *prædicta eccleſia*, Contius & alii.
*z* Scribe *judicum*, ut eſt in duobus Tarrac. & in concil. *caſſata eorum ſententia judicum*, Barcin. *eorundem judicum caſſata ſententia*, Raim. & Cont. *eorundem judicum ſententia caſſata*, unus Tarrac.
*aa* *Super eandem eccleſiam*, unus Tarr. *bb* Sic etiam in concil. & in veteribus Gregor. Vox *illam* deſideratur in Contiano, & in aliis. *cc* *Presbytero reſtituatis eidem*, Raim. & Cont. ut editum eſt, in concil. vox *presbytero* in uno ex veteribus Gregor. non eſt. *dd* Hæc vox in concil non eſt.
*ee* Sic etiam in conc. omittitur a Raim. & Contio. *ff* Hæc uſque ad verbum *moleſtari*, Raim. & Cont. omiſerunt, ſunt in concil. *gg* *Vel qui*, vetus Tarrac. olim. *hh* *Eccleſiam* additur in concil.
*ii* Sic etiam in concil. *Si vero aliter res ſe haberet*, vetus Gregor. *res aliter*, Cont. & alii.
*kk* Hæc Raim. omiſit; ſunt in concil. *ll* *Teſtimonio*, Barcin. ceteri, ut editum eſt.
*mm* Hæc a Raim. & Cont. ſunt omiſſa, in conc. tamen ſunt. *nn* Hæc etiam ab eiſdem omiſſa ſunt, & in conc. leguntur. *oo* *Exonen. & Wig. Epiſcopis*, Barcin. *Exon. & Wigorn. Epiſcopis*, unus Tarrac. & vetus Gregor. *Exonen. & Wigornien. Epiſcopis*, minus vetus. *Exon. & Vigor. Epiſcopis*, Cont. & alii; ſcribo, *Exonien. & Wigornien. Epiſcopis*, ut cap. 22. Sententia hujus capitis ſimilis eſt d. parte 8. cap. 20. cujus inſcriptio eſt, *Idem Cant. Arch. & Ciſtren. Epiſcopo*; ſimilis inſcriptio cap. ult. tit. prox. ſed Alexandri III. illud eſt, hoc Eugenii. *pp* Sic etiam d. c. 20. *& ſenes*, Raim. & Cont. *qq* *Depreſſi*, Raim. & Cont. aptius, & duo Tarracon. *rr* *Ita quod non poſſint*, Raim. & Cont. *ut non poſſit eos idem*, unus Tarrac.
*ſſ* *Ad noſtram*, vetus Tarrac. quod non placet. *tt* *Adduci*, Raimund. & Cont.
*uu* Sic etiam Raimund. & Cont. *aliquos prudentes viros*, *& honeſtos*, d. cap. 20.
*xx* *Croſteno*, pro *Oſtren.* Barcin. omnia Raim. & Cont. omiſerunt; *de Virfort*, *& de Troſtun.* vetus Tarrac. *de Urforen*, *& de Conſteren*, alter Tarrac. *yy* *Priori de Torgorumguanum*, vetus Tarrac. *priori de Torguerano*, alter Tarr. *zz* Hæc etiam Raim. & Cont. omittunt. *aaa* *Magiſter M.* Raim. & Cont. & unus Tarrac. vox *magiſter* in Barc. deſideratur. *bbb* *Nobis expoſuit*, Raim. & Cont. *ccc* *Memoriæ*, unus Tarrac. hæc etiam omittunt Raim. & Cont.

prædeceſſor noſter cauſam, quæ inter ipſum, & dilectum filium noſtrum (*a*) Abbatem de Crovand. (*b*) & Wi. clericum (*c*) ejus diutius dignoſcitur agitata, dilectis fil. noſtris de Vellebec, & Oſelveſton (*d*) Abbatibus fine commiſit debito terminandam &c. & infra: d. u. per A. s. [*e*] m. (*f*) qua. partibus convocatis (*g*), ſi ſententiam illorum noveritis canonice promulgatam, eam auctoritate noſtra (*h*) confirmetis, & faciatis executioni mandari [*i*]. Neque appellatio illa impediat [*k*], quæ interpoſita (*l*) dicitur occaſione mortis prædeceſſoris noſtri; cum poſtea, & egerit (*m*), & reſponderit, & teſtes etiam produxerit [*n*]: quæſtiones quoque illæ (*o*), ſuper quibus atteſtationes fuere productæ [*p*], quibus publicatis [*q*] abrenuntiatum fuit hinc inde (*r*), nullis aliis ab alterutra parte receptis [*s*], ſecundum tenorem ipſarum, mediante juſtitia fine ap. ob. [*t*] terminetis. Si qua vero fuerint (*u*), ſuper quibus vel teſtes non fuere (*x*) producti, vel abrenuntiatum atteſtationibus (*y*), audiatis, ſi qua hinc inde [*z*] propoſita fuerint, & ap. ces. (*aa*) finem illis debitum imponatis (*bb*).

## TITULUS XIV.
## DE TESTIBUS COGENDIS VEL NON.
### CAPUT I.

*Alexander III. (cc) * pars cap. Quamvis ſimus (dd).*

* *Alexand. III. Wintonienſi Epiſc.* Cujac. Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 8. c. 6.

Quemlibet autem (*ee*) ad perhibendum teſtimonium veritati Rom. eccleſia minime cogere conſuevit.

### CAPUT II.

*Idem Papa † electo † (ff).*

De teſtibus cog. cap. 1.

Cauſam matrimonii, quæ inter neptem Em. de Siderio [*gg*], & filium R. Canis [*hh*] vertitur, ab examine [*ii*] tuo ad audientiam noſtram appellatione perlatam, venerabilibus fratribus noſtris Terdonen. & Aſten. Epiſcopis commiſimus terminandam (*kk*). II. de eſt, quod f. t. per A. s. (*ll*) m. qua. teſtes ab alterutra (*mm*) partium in ſuæ aſſertionis teſtimonium invocatos, ne veritatem occultent, moneas diligentius, & inducas. Si autem videris, quod (*nn*) odio, vel amore, aut timore (*oo*) ſe ſubtrahant, ne veritas occultetur (*pp*), eos ad ferendum teſtimonium coram prædictis Epiſcopis (*qq*), vel nuntio (*rr*), quem ad hoc miſerint, eccleſiaſtica diſtrictione [*ſſ*] compellas.

### CAPUT III.

*Idem presbyteris Pontii & Aſilii (tt).*

c. 2. eod. t.

Cum ſuper cauſa, quæ vertitur inter venerabilem fratrem noſtrum [*uu*] Præneſtinum Epiſcopum, & dilectum filium (*xx*) Sublacen. (*yy*) Abbatem, ſit teſtimonium veſtrum neceſſarium [*zz*], ne contrarium veritati contingat [*aaa*], præſentium auctoritate vobis præcipimus (*bbb*), quatenus quarta feria pro-



*a* Hæc ſunt etiam in præteritis ab eiſdem numeranda.

*b De Croilandun.* Barcin. *de Sicolun.* Raim. & Cont. *de Citolan.* unus ex veter. Greg. *de Trolaud*, vetus Tarrac. *de Cicorlans*, alter Tarrac. *c* Pro his verbis uſque ad illa *fine commiſit*, Raim. & Cont. ſcribunt; *vertebatur*; *commiſit judicibus V.* pro *Wi.* unus Tarrac. *W.* alter. *d* Vide ſcripta ſupra de officio, & poteſtate judicis delegati cap. ult. *De Vellebet*, & *O. Selveſteon*, vetus Tarrac. *de Vellebet*, & *Oſel. Veſtona*. alter.

*e* Recte addidit Cont. hæc a Raim. prætermiſſa. *f S. pr. m.* unus Tarracon.

*g* Hæc Raim. & Cont. omiſerunt. *h Apoſtolica* pro *noſtra* Raimund. & Cont.

*i* Hæc etiam ab eiſdem omiſſa ſunt. *k* Sic etiam veteres Gregor. *illam* pro *illa* Cont. & alii apertius.

*l* Sic etiam iidem veteres Gregor. *quæ hic interpoſita*, Cont. & alii. *m Et* omittunt Raim. & Cont. & unus Tarrac. *n Et teſtes duxerit producendos*, veteres Gregor. *teſteſque duxerit producendos*, Cont. & alii. Alia narrantur d. cap. ult. de off. deleg. *o Illas* ſcribe, ut in Barcin. & in duobus Tarrac. *alias* Raim. & Cont. *illas*, unus ex veter. Gregor.

*p Teſtes fuere producti*, Raim. & Cont. *q Et publicatæ depoſitiones eorum*, Raim.

*r Vel renuntiatum fuerit teſtibus hinc & inde*, veteres Gregor. *fuit* pro *fuerit* Cont. & alii: in uno ex veter. *ſi* poſt vocem *vel* additum fuit, quod olim non erat; *fuerit* pro *fuit*, vetus Tarracon.

*s Parte ſuper eodem receptis*, Raim. & Cont. *t* Hæc Raim. & Cont. omittunt.

*u* In veteri libro hoc ultimum thema deſideratur: *Si quæ vero fuerint quæſtiones*, Barcin. & Raim. & Cont. *Si quæ vero fuerint*, unus Tarrac. *x Non fuerint*, Raimund. *non fuerunt*, unus Tarracon.

*y Vel renuntiatum eiſdem*, Raim. & Cont. *z Quaſi* pro *ſi qua* Cont. & quidam alii mendoſe; *hinc vel inde* duo Tarrac. non optime. *aa* Hæc Raim. & Cont. omiſerunt. *bb Imponentes*, Raim. & Cont. additur in Barcin. poſt verbum *imponatis Dat. Veron.* *cc* Adde *Wintonienſi Epiſcopo*, ut ſupra cap. 13. de teſtibus & atteſtationibus, & d. parte 8. cap. 6. ſub hoc ipſo titulo de teſtibus cogendis, vel non.

*dd Sumus* in Barcin. Vide integram clauſulam ſupra de officio, & poteſtate judicis delegati cap. 7.

*ee* Vide ſcripta d. cap 13. & infra cap. 4. *ff Papinienſi electo*, Barcin. Scribendum *Papienſi electo*, ut in Gregorianis. *Papienſi Epiſcopo*, unus ex veteribus Gregor. & alter Tarracon.

*gg* E. pro *Em.* Barcin. *M. mulierem*, Raim. & Cont. forte *de deſiderio* pro *de Siderio* ſcribendum.

*hh R. Carnis*, Barcin. quod non æque placet. Canes autem quoſdam Veronenſes appellatos fuiſſe ſcimus. Raim. & Cont. *R.* tantum ſcripſerunt. *ii* Hæc uſque ad verbum *commiſimus* Raim. & Cont. omiſerunt.

*kk Commiſimus judicibus terminandam*, Raim. & Cont. *ll Ideoque* Raim. & Cont. pro his omnibus; *per A. ſ. pr. m.* unus Tarrac. *mm Ab altera*, unus Tarrac. *nn* Hæc etiam ab eiſdem omittuntur.

*oo Vel gratia*, *vel timore*, Raim. & Cont. *vel* prius omiſſum eſt in uno ex veter. Gregor.

*pp* Hæc non erant omittenda ab eiſdem. *qq Coram præfatis judicibus* Raimund. & Contius.

*rr* Sic etiam veteres Gregor. *vel eorum nuntio*, Cont. & alii. *ſſ Cenſura* pro *diſtrictione* Barcin. ut editum eſt, Raim. & Cont. *tt Pontiæ* pro *Pontii*, Raim. & *Aſilii*, omiſit. *Ponti*, (& *Aſilii*) Cont. *Pontiæ*, & *Aſſiſſii*, exiſtimo ſcribendum. *Idem Alexander*, d. parte 8. cap. 1. *uu* Hæc Raim. & Cont. omittunt: mendoſe in conciliis, *venerabiles fratres noſtros.* *xx Noſtrum* additur in conc. N. in marg. in priori editione: omnia Raim. & Cont. prætermittunt. *yy Subjacent*, Barcin. mendoſe. *Subl.* Raim. deſideratur hæc vox in concil. *Sublan.* in uno ex veter. Gregor. *Sublacent*, vetus Tarrac. *zz Si teſtim. veſt. neceſſarium ſit*, unus Tarrac.

*aaa* Hæc a Raim. & Cont. ſunt omiſſa uſque ad illa, *præcipimus*, *quatenus. Et veritati contingat*, concil. non ſine mendo. *bbb* Sic etiam in conc. *mandamus*, Raimund. & Cont.

proxime ſequentis hebdomadæ (*a*) perhibituri teſtimonium veritati (*b*), omni oc. & ap. ces. (*c*) Apoſtolico vos conſpectui præſentetis. Si vero tunc (*d*) non veneritis, ſciatis ab officio (*e*), & beneficio eccleſiaſtico (*f*) vos Apoſtolica auctoritate ſuſpenſos, & ſi nec ſic (*g*) veneritis excommunicationis, & depoſitionis ſententiam (*h*) poteritis formidare.

## CAPUT IV.

*Idem Genuenſi Epiſcopo* [*i*], *pars c. Nos inter alios* (*k*).

c. 3. eod. SUper eo vero (*l*), quod certificari deſideras, an cum aliquis (*m*) de aliquo facto manifeſto ante judicem convenitur [*n*], ii, qui facto interfuerunt (*o*), cogendi ſint (*p*) ad ferendum teſtimonium veritati: pru. t. volumus innoteſcere [*q*], quod ſi factum eſt manifeſtum (*r*), non eget teſtium depoſitionibus declarari: cum manifeſta (*s*), ſicut tua non ignorat diſcretio (*t*), probationem, vel ordinem judiciarium non requirant (*u*). Verum ſi (*x*) manifeſtum non eſt (*y*), & is, qui convenitur, factum negaverit, teſtes, qui interfuerunt (*z*) facto, de conſuetudine Rom. eccleſiæ (*aa*) monendi ſunt, non cogendi ad teſtimonium ferendum veritati, niſi forte timore adverſæ partis conſtaret (*bb*) judici, a ferendo (*cc*) teſtimonio revocari, licet de rigore (*dd*) humani juris, ad hoc forte paſſim (*ee*) poſſint [*ff*] compelli.

## CAPUT V.

*Idem Carnotenſi Epiſcopo* (*gg*).

SAne & infra (*hh*). De teſtibus (*ii*) non habemus in ſacris canonibus, quod cogendi ſint, ſed admonendi: cum cælare veritatem, ſicut dicere falſum, mortale reputetur (*kk*) ſæpe delictum. Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 7. c. 20.

## CAPUT VI.

*Idem Exon. & Wigor. Epiſcopis* [*ll*].

TEſtes, quos Radul. (*mm*) clericus clericos (*nn*) * ut laicos (*oo*) vobis nominaverit (*pp*), moneatis, & ſi opus fuerit, auctoritate Ap. compellatis ad perhibendum teſtimonium veritati. Non ponit. p. 8. c. 16. ubi ſupra. * *vel laicos.*

## TITULUS XV.
## DE FIDE INSTRUMENTORUM.

## CAPUT I.

*Gregorius* (*qq*).

SI authenticam ſcripturam (*rr*) non videmus, ad exemplaria [*ſſ*] nihil facere poſſumus (*tt*). De fide inſtrum. c. 1.

## CAPUT II.

*Alexander III.* (*uu*)

SCripta vero authentica, ſi teſtes inſcripti de- c. 2. eod.

*a* Hæc ab eiſdem omittuntur; vox *ſequentis* tantum in conc. non eſt. *b Veritatis*, Barc. *veritati*, alii omnes.
*c* Hæc itidem a Raim. & Contio ſunt omiſſa; *omni occaſione*, *& excuſatione ceſſante*, concil. *h.* pro *oc.* vetus Tarrac. non ſine mendo. *d* Sic etiam in concil. vox *tunc* in veteri Tarrac. & in Gregorianis deſideratur.
*e Sciatis vos a beneficio*, *& ab officio eccleſiaſtico*, unus Tarrac. *f* Sic Raimund. & Cont. vox *eccleſiaſtico* in concil. omittitur. *g Non ſic*, in concil. *nec ſic*, Raimund. & Cont. aptius.
*h Excommunionis ſententiam*, *& depoſitionis*, vet. Greg. *excommunicationis ſententiam*, *& depoſitionis*, Cont. & alii; *excommunicationis ſententia*, concil. aliis omiſſis; *excommunionis*, *& depoſitionis ſententiam*, alter vetus Gregor. & unus Tarrac. in quo additur, *non inmerito.* *i Januenſi Archiepiſcopo*, Raim. & Cont. *Januſi Epiſcopo*, unus Tarracon. *Jenuenſi*, alter. *Bononienſi Epiſcopo* d. parte 8. cap. 7. *Genuenſi Archiepiſcopo*, eſt in quibuſdam Gregor. *k P.* C. Nos INTER, Cont. Vide, quæ ſcripſimus ſupra de foro competenti cap. ult. *ali.* pro *alios*, vetus Tarrac. omnia in altero deſiderantur. *l* Recte Cont. addidit a Raim. prætermiſſa; ſunt autem eadem in concil. *eos* pro *eo* eſt in quibuſdam Gregor. mendoſe; vox *vero* neque in concil. eſt, neque apud Cont. neque in vet. Tarrac. eſt in aliis duobus. *m* Sic etiam Cont. *an ſi aliquis*, concil.
*n* Sic etiam Cont. *conveniatur*, concil. *o Interfuerint*, concil. & Contius. *p Sunt*, unus Tarrac.
*q* Sic etiam concil. *Conſ. t. t. reſpondemus*, Raim. & Cont. *prudentiæ tuæ* &c. unus Tarrac.
*r* Sic etiam in concil. *eſt notorium*, Raim. & Cont. *s* Sic etiam in concil. *cum talia*, Raim. & Cont.
*t* Hæc a Raim. & Cont. ſunt omiſſa, levi quidem certe jactura. *u Non requirunt*, fuerat in priori editione concil. & in duobus Tarracon. *x Unde ſi*, in concil. ut editum eſt, Raim. & Cont.
*y* Sic etiam in concil. *non eſt notorium*, Raim. & Cont. *z Qui interfuerint*, unus ex veter. Greg. ſolus.
*aa* Sic etiam in concil. hæc a Raim. prætermiſſa ſunt, ut caput I. in quo ejuſdem conſuetudinis fit mentio.
*bb Conſtiterit*, Raim. & Cont. *conſtaret*, in conc. *cc* Sic etiam in concil. *eos a ferendo* Raim. & Cont.
*dd Licet ad hoc paſſim poſſint de juris humani rigore compelli*, Raim. & Cont. *poſſunt juris*, unus ex veter. Greg. ut editum eſt, in concil. *ee Non paſſim*, unus olim Tarrac. *ff Poſſunt*, vetus Tarrac. Poſt verba hujus capitis ſequitur in conciliis, *Si vero presbyter* &c. ut d. cap. ult. de foro competenti.
*gg Archiepiſcopo*, Barcin. non recte, ut editum eſt in concil. *Cant. Archiepiſcopo*, unus Tarrac.
*hh Pars cap.* SANE Barcin. Integra clauſula exſtat in concil. parte 7. cap. 20. & ſupra de officio, & poteſtate judicis delegati cap. 16. *ii* Additur in conc. *autem.* *kk Reputatur*, Barcin. & duo Tarrac. *deputatur*, concil. Poſt verba hujus capitis in concil. eſt: *Quæſtioni vero*, *quam facis* &c. ut cap. 31. de appellationibus in hac collectione. *ll Idem Exonien. & Wigoren. Epiſcopis*, in concil. ſcribo *Exonien. & Wigornien.* ut alibi.
*mm Quos Indul.* Barc. *quos R.* concil. & unus Tarrac. *nn* Vox *clericus* neque in Barcin. eſt neque in conc.
*oo Et* pro *ut*, Barcin. *vel*, conc. aptius, & duo Tarrac. *pp Nominavit*, vetus Tarrac. *nominabit*, malo.
*qq* Adde, *Joanni Abbati*, ex lib. 2. epiſt. 3. cap. 42. regiſtri B. Gregorii; ut editum eſt, Raim. & Cont.
*rr* Ante hæc verba addi potuit: *Pars cap.* PETIIT DILECTIO TUA: eſt autem integra clauſula his verbis: *Petiit dilectio tua*, *ut frater Bonifacius in monaſterio tuo a te debeat ordinari Præpoſitus*, *quod ego valde miratus ſum*, *quia ante factum non eſt*, &c. Et in extrema epiſtula: *De ſex vero unciis domus*, *ſi authenticam chartulam* &c. *Si ſcripturam authenticam*, Raim. & Cont. *ſſ Aut* pro *ad*, editus regiſtri liber; *ad*, vetus, & Raim. & Cont. *aut* vero non diſplicet, ſed *Camerinam* movere religio eſt. *tt* Sic etiam Raim. & Cont. *nil poſſumus facere*, regiſtr. Poſt hæc verba eſt in eod. regiſtro: *Sed Florentino Dei famulo præceptum tranſmiſi*; *ut ſi ei veritas conſtiterit*, *eaſdem ſex uncias vobis reſtituat*; *quibus reſtitutis reliquas ſex uncias aut in emphyteuſim damus*, *aut redditus commutamus.* In his verbis in veteri libro hæc varietas eſt: *De Fano* pro *De Famulo*; & pro *reliquas ſex uncias aut* eſt illic: *reliquas vobis aut ſex uncias.* Sex autem unciæ domus appellantur pars dimidia domus, quæ communis erat cum B. Gregorio: poſſidebatur autem a Florentino altera pars, quæ ad monachos pertinebat.
*uu Vuigoren. Epiſcopo*, additur in concil. d. parte 8. cap. 5. ſcribo, *Wigornien. Epiſcopo. Pars cap.* SI ALIQUIS PAROCHIANUS, Barcin. *P. C.* SI QUIS, Cont. forte eſt pars cap. ult. de divortiis in hac collectione: quod illic

deceſſerint (*a*), niſi forte (*b*) per manum publicam facta fuerint [*c*], ita quod publica appareat (*d*), aut ſigillum authenticum habuerint (*e*), per quæ [*f*] poſſint (*g*) probari, non videntur nobis alicujus firmitatis robur habere.

CAPUT III.

*Idem Wigor. Epiſcopo* (*h*).

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 41. c. 5. *al. p.* 14. *c.* 5.

SOllicite & infra (*i*). Sicut ex litteris tuis, frater Epiſcope, evidenter accepimus, H. adverſarius N. clerici propoſuit eum N. clerico (*k*) reſpondere non teneri (*l*), eo quod filum erat fractum (*m*), quo bulla noſtra dependebat (*n*). Verum licet litteræ ipſæ [*o*] a nobis fuerint impetratæ (*p*), & in cancellaria noſtra compoſitæ: circunſpectionem tamen [*q*] prudentiæ tuæ, frater Epiſcope [*r*], non immerito commendamus, qui hac [*s*] occaſione in cauſa procedere diſtuliſti, in qua non decuit aliter, quam feceris proceſſiſſe, cum non fuerit [*t*] mirum (*u*), ſi præfatus H. [*x*] aſſerebat ſe non teneri prædicto N. [*y*] reſpondere, ex quo filum noſtræ bullæ fractum cernebat [*z*].

TITULUS XVI.

DE PRÆSUMPTIONIBUS.

CAPUT I.

*Salomon in parabolis* (*aa*).

De præſumpt. c. 1.

SIcut noxius eſt, qui mittit lanceas, & ſagittas in mortem (*bb*): ita vir, qui fraudulenter nocet amico ſuo [*cc*], & cum fuerit deprehenſus, dicet *ludens feci* (*dd*).

CAPUT II.

*Idem in judicio duarum mulierum* [*ee*].

AFferte mihi gladium (*ff*): cumque attuliſſent, ait (*gg*): *Dividite infantem vivum, & date dimidiam partem uni, & dimidiam alteri* (*hh*). Dixit autem mulier, cujus filius vivus erat, ad Regem [*ii*], commota ſunt quippe omnia viſcera ejus ſuper filio c. 2. eod. t.



lic eſt *Urbani III. Wigor. Epiſcopo. Si aliquis parochianorum tuorum* &c. ſed adſcribitur: *Pars cap.* MEMINIMUS; at in concil. parte 12. cap. 1. *Idem* [*Alex. III.*] *Wigoren. Epiſcopo. Si quis parochianorum tuorum*, &c. vide etiam cap. 6. qui clerici vel voventes, in hac collectione; ut editum eſt, Raim. *Alex.* unus Tarrac. aliis omiſſis.

*a* Sic etiam concil. & Raim. & Cont. *deceſſerunt* Barcin. *b* Sic etiam in concil. vox *forte* omiſſa eſt a Raim. & Contio. *c Fuerit*, vetus Tarrac. ſic poſtea ſingulari numero alia; ſuſpicor *Scriptura* pro *Scripta* habuiſſe aliquando veteres. *d Appareant*, Barcin. concil. Raim. Cont. & duo Tarrac.

*e Habuerit*, duo Tarrac. *f Per quod*, Barcin. & alii omnes. *g Poſſit*, unus Tarrac.

*h Vuigorn. Epiſcopo*, in concil. *i* Hæc in concil. non ſunt, neque in Barcin. vide integram clauſulam ſupra de reſtitutione ſpoliatorum cap. 1. in hac collectione. *Solvite* pro *Sollicite* vetus Tarrac. non ſine mendo.

*k Adverſarius H. clerici propoſuit N. clerico*, Barc. *advocatum H. clericus eum propoſuit H. clerico*, conc. mendoſe: forte *advocatus H. clerici propoſuit eum N. clerico.* Edita defendi poſſunt, quæ apertiora forent, ſi ita ſcriberentur. *Hugo Adverſarius Nicolai clerici propoſuerit*, *eum Nicolao clerico*; *eum H. clerico*, duo Tarrac. cetera ut Barcin.

*l Non debere reſpondere*, concil. *m Fractum eſſet*, concil. *n Noſtra bulla pendebat*, concil.

*o Ut cum litteræ illæ*, concil. mendoſe. *p Impetratæ fuiſſent*, concil.

*q* Hæc vox in concil. deſideratur. *r* Hæc etiam in concil. non ſunt. *s Quod hac*, concil.

*t* Hæc ultima clauſula in concil. non eſt. *u Ineptum*, Barcin. *x Si pars præfati H.* Barc. & duo Tarr.

*y H.* unus Tarrac. *z Cernebatur*, unus Tarrac. *aa* Adde cap. 26.

*bb* Sic etiam Hieron. *ſagittas*, *& lanceas*, Compluten. ſunt qui addant *ſcintillas* ὥσπερ οἱ ἰώμενοι προβάλλουσι λόγους εἰς ἀνθρώπους. *Sicut qui curant, proiiciunt ſermones in homines.* Sic edunt Compluten. ὥσπερ οἱ πειρώμενοι &c. *Sicut qui temptantes* &c. alii; forte λόγχας pro λόγους ſcriptum aliquando fuit: aut ἰώμενοι non *qui curant*, ſed *qui jaculantur*, interpretemur: ut editum eſt, Raim. & Cont. *alterius*, addit unus ex veteribus Gregor. *cc* Sic Hieron. & Compl. & Raim. ὁ δὲ ἀπαντήσας τῷ λόγῳ πρῶτος, ὑποσκελισθήσεται: οὕτως πάντες οἱ ἐνεδρεύοντες τοὺς ἑαυτῶν φίλους: *at qui occurrit ſermoni primus, ſupplantabitur; ſic omnes, qui inſidiantur ſuis amicis.* Complut. alii ſcribunt ὑποσκελιασθήσεται, & ἀνδρεύοντες mendoſe: pro τῷ λόγῳ ſcriptum olim fuit τῇ λόγχῃ. *dd* Sic Complut. *dicit* pro *dicet* Hieron. & Raim. & unus Tarr. ὅταν δὲ φωραθῶσι, λέγουσιν, ὅτι παίζων ἔπραξα: *cum autem deprehenſi fuerint, dicunt, quod ludens feci.* Compluten. ὅταν δὲ ὁραθῶσι &c. *cum autem viſi fuerint*, alii, quod non æque placet: vidi, qui *inſanos ſe eſſe ſimulantes*, interpretarentur; *deprehenſus fuerit*, unus ex veter. Gregor. Hujus capitis non magnam video utilitatem in hoc tractatu de præſumptionibus. *ee Idem*, Raim. ceteris omiſſis, quæ Cont. in marg. ſcripſit. Sunt autem non ex eodem libro ſumpta, ſed ex libro III. cap. III. Regum. Scriptoris nomen ignoratur.

*ff* Altius repeti hiſtoria potuit, niſi eſſet notiſſima: *Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem, ſteteruntque coram eo*, &c. τότε ὤφθησαν δύο γυναῖκες πόρναι τῷ βασιλεῖ, καὶ ἔστησαν ἐνώπιον αὐτοῦ, Et poſt alia: *Tunc Rex ait, Hæc dicit: filius meus vivit, & filius tuus mortuus eſt: & iſta reſpondit: non, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem vivit. Dixit ergo Rex: Afferte* &c. καὶ εἶπεν αὐταῖς ὁ βασιλεύς. σὺ λέγεις, οὗτος ὁ υἱός μου ὁ ζῶν, καὶ ὁ υἱὸς ταύτης ὁ τεθνηκώς. καὶ σὺ λέγεις οὐχί, ἀλλὰ ὁ υἱός μου ὁ δὲ υἱὸς ταύτης ὁ τεθνηκώς. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς. λάβετέ μοι μάχαιραν. ſic Complut. in aliis poſt σὺ λέγεις, additur ὅτι bis, & ἀλλ' ἢ pro ἀλλά, & pro ὁ δὲ υἱὸς &c. καὶ ὁ υἱός σου ὁ τεθνηκώς. In Græcis verbis pro *Hæc dicit*, eſt, *Tu dicis*, & pro *filius*, *hic filius*, & pro *filius tuus*, *filius iſtius*, & pro *& iſta reſpondit*, *& tu dicis*, & pro *ſed filius tuus* &c. ordine mutato, *ſed filius meus vivit*, *filius vero iſtius mortuus eſt*: pro *ergo* eſt *Et*, ac pro *Afferte* eſt *Tollite* ſive *Accipite*; ſed aptius eſt, *Afferte*. *gg* Sic etiam Raim. & Cont. *que*, in uno ex veter Gregor. deſideratur: *gladium* eſt in Barcin. ante *ait*. *Cumque attuliſſent gladium coram Rege, Dividite inquit* &c. Compluten. καὶ προσήνεγκαν τὴν μάχαιραν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς. *& attulerunt gladium coram Rege: & ait Rex.* *hh* Sic unus ex veter. Gregor. *Dividite inquit* &c. unus Tarrac. *dimidiam partem alteri*, Barcin. & vetus Tarrac. & Raim. & Cont. *Dividite inquit infantem vivum in duas partes, & date dimidiam partem uni, & dimidiam partem alteri*, Compluten. διέλετε τὸ παιδίον τὸ ζῶν εἰς δύο, καὶ δότε τὸ ἥμισυ αὐτοῦ ταύτῃ καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ ταύτῃ; hoc eſt: *Dividite infantem vivum in duos, & date dimidium ejus huic, & dimidium ejus huic.* In aliis eſt pro τὸ παιδίον τὸ ζῶν, τὸ παιδάριον τὸ θηλάζον,

*ii* Sic etiam vetus Gregor. *erat vivus*, duo Tarrac. & Cont. & alii, & Complut. καὶ ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ

ἧς

lio ſuo (*a*). *Obſecro d. date illi infantem vivum, & nolite interficere eum* [*b*]: e contrario illa dicebat [*c*]: *nec mihi, nec tibi ſit, ſed dividatur* [*d*]. Reſpondit Rex, & ait: *Date huic infantem vivum, & non occidatur: hæc eſt enim mater ejus* (*e*).

## CAPUT III.

*Bonifacius Papa* (*f*).

Non ponitur. DIlectione ſola (*g*) diſcernitur (*h*) quis, ex quo genitus (*i*) approbetur, dicente Joanne: *In hoc manifeſti ſunt filii Dei, & filii Diaboli* [*k*].

## CAPUT IV.

*Hieronymus ſuper parabolas* (*l*).

EX ſtudiis ſuis intelligitur puer (*m*). Quem- c. 3. eod.
cumque enim virtutibus ſtudere (*n*) cum modeſtia (*o*) continentiæ auditioni ſapientium, obſervantiæ (*p*) mandatorum Dei, & maxime ſimplicitati, & humilitati (*q*) videris (*r*), hujus munda [*s*], & recta opera intellige: ſi autem his contrarium [*t*], corrige, aut ſi hoc (*u*) non potes, devita, ne ab eo corrumparis.

## CAPUT V.

*Bonifac. Papa Epiſcopis Galliæ* (*x*).

NUllus dubitat [*y*], quod ita judicium no- c. 4. eod.
cens

ἧς ἦν ὑὸς ὁ ζῶν, ϗ εἶπε πρὸς τὸν βασιλέα. *& reſpondit mulier, cujus erat filius vivus, & dixit ad Regem.* ἦν in aliis non eſt. *a* Vox *omnia* in Barcin. non eſt, neque in duobus Tarrac. neque apud Raim. & Cont. neque in Complut. ὅτι ἐταράχθη ἡ μήτηρ αὐτῆς ἐπὶ τῷ ὑῷ αὐτῆς. *quoniam turbata eſt matrix ipſius ob filium ſuum*: vox *quippe* in uno Tarracon. aliquando deſiderabatur. *b Et non occidatur*, Raim. & Cont. ut editum eſt, Complutenſ. excepto *d.* pro quo eſt *domine*, ut in duobus Tarrac. & in aliis. ϗ εἶπεν, ἐν ἐμοὶ κύριε, δότε αὐτῇ τὸ παιδίον, ϗ θανάτῳ μὴ θανατώσητε αὐτό. *Atque ait: in me domine* (hæc ſcilicet eveniant) *date illi infantem, & morte ne afficiatis eum.* *c* Sic etiam veteres Gregor. & Complut. *alia* pro *illa* Barcin. & Cont. & alii. ϗ ἡ ἑτέρα εἶπεν. *& altera ait*; in aliis eſt, αὕτη pro ἡ ἑτέρα.

*d* Sic etiam Complut. & vetus Gregor. *nec tibi, nec mihi ſit*, alter vetus: *ſit* vox non eſt in Barcin. neque in vet. Tarrac. neque apud Cont. & alios. μήτε ἐμοὶ μήτε αὐτῇ ἔστω, διέλετε αὐτό. *neque mihi, neque illi ſit, dividite eum.* ταύτῃ pro αὐτῇ alii non male, αὐτὸ iidem omittunt.

*e* Sic Complutenſ. *ei* pro *huic* vet. Gregor. ſed Cont. & alii, ut editum eſt. ϗ ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς ϗ εἶπε. δότε τὸ παιδίον τὸ ζῶν τῇ γυναικὶ τῇ εἰπούσῃ, δότε αὐτὸ αὐτῇ καὶ θανάτῳ μὴ θανατώσητε αὐτό: ὅτι αὕτη ἡ μήτηρ αὐτοῦ. hoc eſt: *& reſpondit Rex, & ait: Date infantem vivum mulieri, quæ dixit, date eum illi, & morte ne afficiatis eum: quoniam hæc eſt mater ejus*; in aliis eſt; δότε αὐτῇ αὐτό. & omittunt ὅτι. Sic apparet Græca verba fuiſſe Latinis apertiora.

*f Ex decretis Bonifacii Papæ*, Burch. lib. 1. cap. 131. Ivo Carn. parte 5. cap. 231. decreti. *Epiſcopi* pro *Papæ* in veteri Burch. *g* Apte hoc caput ſuperiori connectitur. Apud Burch. & Ivonem plura verba ſunt, & in fragm. in conciliis poſitis poſt Bonifacii reſcripta: *Sicut omnis, qui diligit fratrem ſuum, ex Deo eſt; ita omnis qui odit proximum, ex diabolo eſt. Dilectione enim ſola* &c. ſic Burch. *odit proximum ſuum*, Ivo; *ex Deo natus eſt*, concil. cetera, ut Burch. vox *natus* etiam eſt in veteri Burch. libro.

*h* Sic Burch. & Ivo: *diſcernimur*, concil. & vetus Burch.

*i Ex quo ſit genitus*, unus Tarr. *k* Ἐν τούτῳ φανερά ἐστι τὰ τέκνα τοῦ θεοῦ, ϗ τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου. Joann. epiſt. 1. cap. 3. Plura verba addunt alii ex ead. epiſt. *Omnis, qui non facit juſtitiam, ex Deo non eſt, & non diligit fratrem ſuum: quoniam hæc eſt annuntiatio, quam ab initio audiſtis, ut diligatis alterutrum*, &c. ſic Burchard. ſed Ivo pro illis verbis, *ex Deo non eſt* &c. ita ſcribit, *& non diligit fratrem ſuum, non eſt ex Deo.* In concil. *& qui non diligit fratrem ſuum, non eſt ex Deo*; & pro *diligatis*, ſcriptum eſt, *diligamus.* πᾶς ὁ μὴ ποιῶν δικαιοσύνην, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ, ϗ ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία. ἣν ἠκούσατε ἀπ᾽ ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους. Græca verba pro Burchardo ſtant; excepto *ex Deo non eſt* & *non diligit* &c. nam ſignificant, *non eſt ex Deo*, & *qui non diligit* &c. quæ verba ſunt in veteri Burch. libro. Non poſſum tacere, quod apud B Hieronym. in epiſt. ad Galatas refertur, ipſum Joannem, cum admodum ſenuiſſet, hæc eadem verba identidem dicere ſolitum, *diligite vos filii*; & cum rogaretur, cur eadem ſæpius diceret: reſpondit, *quod ita accepi a Domino, ut ſi id ſolum fiat, ſatis ſit.*

*l* Sic etiam veteres Gregor. *Salomon in Parabolis*, Contius & alii non recte; quod editum eſt, in marg. Contius; adde cap. 20. non 26. ut Cont. in marg. Sunt autem, qui negent Hieronymi hæc eſſe ſcripta, ſed Bedæ, aut alterius poſterioris. *m* Hæc ſunt Salomonis verba: additurque in ſacris libris, *ſi munda, & recta ſint opera ejus*, Complutenſ. & Hieronym. ut editum eſt, Raim. ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτοῦ συμποδισθήσεται νεανίσκος μετὰ ὁσίου, ϗ εὐθεῖα ἡ ὁδὸς αὐτοῦ. *In ſtudiis ſuis impedietur adoleſcens cum ſancto, & recta via ejus*, Complut. ὑποσκελισθήσεται alii pro συμποδισθήσεται. *Juvenis, qui cum juſto eſt, directa erit via illius*; veteres interpretes Hieronymo teſte: pro *qui*, videretur ſcribi debuiſſe *Si*: Hæc videntur eſſe apertiora ſuperioribus. Sunt, qui pro *intelligitur, occultatur* interpretentur; quod via juvenis in adoleſcentia ſit ignota, ut cap. 30. dicitur, ſi Latinos, & Græcos interpretes ſequamur. Alii de adulteræ via interpretantur.

*n* Sic etiam Hieron. & veteres Gregor. *Quicumque enim virtutibus ſtudet*, Barcin. & Cont. & alii.

*o* Sic etiam Raim. & Cont. *modeſtiæ*, Hieron. *p* Sic etiam Raim. & Cont. *& obſervantiæ*, Hieron.

*q Et* prius omittunt unus Tarrac. & Raim. & Cont. *maximeque humilitati, ac ſimplicitati*, Hieron.

*r* Sic omnes, præter Cont. in marg. *in divinis.* *s* Sic etiam Raim. & Cont. *eſſe*, addit Hieron. ſunt autem hæc verba Salomonis. *t* Hæc omittunt Raim. & Cont. pro his Hieron. habet: *Quem vero his contrarium iter tenere deprehendis, hunc velut immundi, ac diſtorti cordis hominem, aut corrigere, & caſtigare, aut ſi hoc non vales, vitare, ac declinare, ne ab eo ipſe corrumparis, curato.* *u* Sic etiam Hieron. *ſi autem hoc*, Barcin.

*x* Sic etiam Raim. & Cont. & Burch. lib. 1. cap. 161. & Ivo lib. 4. tit. 10. cap. 1. Panorm. *epiſt.* 2. additur ab eodem Ivone parte 5. cap. 271. decreti, & in concil. Integra epiſtula cum eorum Epiſcoporum nominibus exſtat apud eoſdem Burch. & Ivonem & in concil.

*y* Addi poſſet: *Pars cap.* VALENTINÆ NOS CLERICI CIVITATIS ADIERUNT &c. ex concil. & Burch. & Ivone. Obiiciebantur plurima crimina adverſus Maximum quendam a Valentinis clericis; ille ſæpius vocatus tergiverſabatur, & omnes ſynodos, & judices iniquos putabat: *Conventus*, inquit, *etiam dicitur evitaſſe, & adeſſe minime voluiſſe, & nullus dubitat* &c. eadem verba leguntur in epiſt. Julii Papæ ad orientales, referuntur ab Ivone d. tit.

cens ſubterfugit, quemadmodum, ut abſolvatur, qui eſt innocens quærit [a], ſed aſtuta (b) cavillatio eorum, qui verſutis agendum credunt eſſe conſiliis, nunquam innocentiæ nomen accipiet (c). Confitetur enim de omnibus, quiſquis ſe (d) ſubterfugere judicium dilationis putat (e).

CAPUT VI.

*Gregorius in Homiliæ* [f].

c. 5. eod. t. NOnne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes (g)? Reſpondit Jeſus: ego dæmonium non habeo (h). Duo quippe ei illata fuerant (i), unum negavit, & alterum [k] tacendo conceſſit (l).

CAPUT VII. (m)

*Idem Maximo Epiſcopo.*

cap. 6. eod. MAndata cæleſtia efficacius gerimus, ſi noſtra cum fratribus onera partiamur: deinde, ſuper cunctas Siciliæ eccleſias te fratrem & coepiſcopum meum vicem ſedis Apoſtolicæ miniſtrare decernimus, quas s. vices non loco, ſed perſonæ tribuimus; quia ex tranſacta in te vita didicimus, quid de ſubſequenti tua converſatione præſumamus.

CAPUT VIII.

*Idem Italicæ Patriciæ, & d. Ven.* (n)

QUoſdam &c. & infra [o]. Africa vero (p) qualiter mortalibus (1) languoribus [q] vaſtetur; quanto viciniores eſtis, credo (r), quod ſubtilius (s) cognoviſtis. cap. 7. eod.

CAPUT IX.

*Idem Victori Epiſcopo* [t].

QUanto &c. & infra (u). Latere te in vicinio (x) non potuit, quod ad nos in longinquo pervenit. cap. 8. eod.

CAPUT X.

*Hieronymus ſuper Oſee* [y].

SCribam eis multiplices leges meas [z]. Ex prius cap. 9. eod.

(1) Alii, *mortalitate, & languore.*

d. tit. 10. cap. ult. In decretis Julii Papæ cap. II. *Julius Romanæ eccleſiæ Præſul Epiſcopis omnibus. Nullus dubitat* &c. ſed in conciliis integra Julii epiſtula exſtat ad Orientales Epiſcopos, cujus initium eſt: *Decuerat vos adverſus ſanctam Eccleſiam* &c. & poſt alia: *Decuerat ergo, ut ad regularem veniretis convocationem, qualiter de his, & aliis veſtris præſumptionibus veram redderetis rationem: quoniam occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret, & nullus dubitat* &c. pro *evitaſſe*, quod etiam Ivo in decreto retinet, *vitaſſe* habent Burch. & Ivo in Panorm. *a* Sic etiam concil. Burch. Ivon. & Raim. *qui eſt innocens, ut abſolvatur, requirit*, Julius in concil. *illud innocens, ut abſolvatur, requirit*, Panorm. *b* Hæc Raim. & Cont. omittunt uſque ad verbum *confitetur*, habent alii præter Julium.

*c* Sic etiam concil. & Burchard. & Ivo in decret. *nomen accipit*, Panorm.

*d* Vox *ſe* in Panorm. non eſt, ceteri habent. *e* Scribe *dilationibus putat*, ut in Barcin. & in uno Tarrac. & in concil. & apud Burch. & Ivonem in decr. & Raim. & Cont. *dilationibus putatur*, Ivo in Panorm. Hoc caput ſub titulo de dilationibus aut de dolo & contumacia collocari aptius poſſet, & plura ſumi ex integra epiſtula, cujus partem poſtremam mendoſe refert Gratian. 3. q. 9. cap. 10.

*f* Sic etiam Raimund. & Contius: ego addo numerum 18.

*g Joann. cap.* 8. *Nos* omittunt vetus Tarrac. & Raimund. & Cont. *nos, quod*, unus ex veter. Raim. libris. ἀπεκρίθησαν ὖν ἰουδαῖοι καὶ εἶπον αὐτῷ. ὖ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι σαμαρείτης εἶ σύ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις; ut editum eſt, Gregorius. *h* Sic etiam Raim. & Cont. ἀπεκρίθη Ἰησῦς ἐγὼ δαιμόνιον ὖκ ἔχω. Ante hæc verba B. Gregorius addit: *Accepta autem tanta contumelia, quid dominus reſpondeat, audiamus: Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem, & vos inhonoraſtis me.* ἀλλὰ τιμῶ τὸν πατέρα μυ, καὶ ὑμεῖς ἠτιμάσατέ με. *i Duo ei quippe illata fuerunt*, vetus Raim. liber; *quippe ei*, Cont. & alii, cetera, ut vetus; ut editum eſt, alter vetus liber; *fuerunt* pro *fuerant*, unus Tarrac. Ante hæc verba multis B. Gregorius eſt uſus; *Quia enim Samaritanus interpretatur cuſtos, & ipſe veraciter cuſtos eſt, de quo pſalmiſta ait: Niſi dominus cuſtodierit civitatem, in vano vigilant, qui cuſtodiunt eam, & cui per Eſaiam dicitur: cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte? reſpondere noluit dominus; Samaritanus non ſum, ſed ego dæmonium non habeo, duo enim ei illata fuerunt &c.*

*k Et* omittunt unus Tarrac. & Raim. & Cont. *aliud*, Gregor. & omiſſo. Poſtea addit idem Gregor. *Cuſtos namque humani generis venerat, & ſi Samaritanum ſe non eſſe diceret, eſſe ſe cuſtodem negaret; ſed tacuit, quod recognovit; & patienter repellit, quod dictum fallaciter audivit*, &c. Mihi alia ratio tacendi aptior addi poſſe videtur; quod res erat aperta, eum non eſſe Samaritanum, ſed Judæum.

*l Conſenſit*, unus Tarrac. *m* Totidem verbis ſupra lib. 1. tit. 20. de officio vicarii cap. 1. ubi vide a nobis addita. *n Et Dec. Un.* unus Tarrac. *& de cauſa Venit.* alter *& Con. Ve.* tertius Tarrac. *& Dono V. Venanti.* Barcin. *Idem*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *Gregorius Italicæ Patriciæ, & domino Venantio*; vetus liber regiſtri B. Gregor. lib. 7. epiſt. 123. ſive 127. *Italiæ Patriciæ, & Venantio*, liber editus. *Italiæ* pro *Italicæ* vetus Tarracon. *o Quoſdam & infra*, Raim. & Cont. Integra clauſula ex regiſtro hæc eſt: *Quoſdam de Sicilia venientes, affectu, quo debui, de ſoſpitate veſtræ Excellentiæ requirere curavi; ſed de aſſiduitate ægritudinum mihi triſtia reſponderunt*, &c. Narrat poſt hæc ſuas quoque ægritudines, & cleri, & populi urbis. Mox addit: *De vicinis autem urbibus ſtrages nobis cotidie mortalitatis nuntiantur. Africa &c.*

*p* Sic etiam Raim. & Cont. *autem* pro *vero* regiſtr. *q Mortalitate, & languoribus*, regiſtr. & Raimund. & Cont. & duo Tarrac. *r Eſtis, tanto credo*, regiſtr. ut editum eſt Raimund. & Cont.

*s Facilius*, unus ex veter. Raim. libris non male. Poſt hujus capitis verba additur in regiſto: *De oriente vero qui veniunt, graviores deſolationes nuntiant*, &c. Ad extremum addit conſolationis pia verba.

*t* Sic etiam Raim. & Cont. & in regiſtr. lib. 10. epiſt. 34. ſed ex epiſt. 33. apparet hunc fuiſſe Numidiæ Primatem. *u Quanto, & infra*, Raim. & Cont. Integra clauſula, & quæ hic deſiderantur, hæc ſunt; *Quanto lætitiæ nobis eſt, fratres noſtros cognoſcere erga filios ſuos paterna charitate decenter eſſe ſollicitos; tanto triſtitiæ deputamus, quando eos ab illicitis, nec aliorum fratrum reverentia, nec ſacerdotii prævalet conſideratio, temperare. Quam igitur gravis, & aſpera adverſus fratrem noſtrum Paulinum Thegeſis civitatis Epiſcopum, clericorum ejus, vel eorum, qui in ſacro ſunt ordine poſiti, querella ſit, fraternitati tuæ liquere non dubium eſt; quia latere* &c. ſic in veteri libro; in edito vox *decenter* non eſt, & pro *Thegeſis* eſt *Tegeſis*, ut etiam epiſt. 33.

*x* Sic etiam in edito regiſtro: *in vicino*, Raim. & Cont. & in veteri regiſtro, & in uno Tarracon. Adduntur poſt verba hujus capitis alia ad judicium de Paulino peragendum pertinentia.

*y* Adde *cap.* 8. illic enim ſunt verba prophetæ relata; ut editum eſt, Raim. & Cont. *ſuper Oſee*, in duobus Tarrac. deſiderantur. *z* Sic etiam Raim. & Cont. *meas* in uno Tarrac. & in Barcin. non eſt. *Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ ſunt.* Complutenſ. *reputatæ ſunt.* Hieron. cetera, ut Complut.

ſed

prius datis neglectis apparet, quod has negligent (*a*).

CAPUT XI.

*Alexander III. Decano Caſſi* [*b*].

c. 10. eod. t. Quia veri ſimilitudinem non habet (*c*), quod prædictus E. (*d*) perſonatum prælibatæ eccleſiæ (*e*) capellano prænominati R. ceſſerit [*f*], & * ab eo ipſius eccleſiæ (*g*) vicariam acciperet (*h*); prævideas (1) attentius, ne [*i*] memorati V. (*k*) ſuper hoc probationem recipies (*l*), niſi hoc communis fama habeat loci [*m*], vel tales perſonæ appareant, de quibus veriſimile non ſit [*n*], quod debeant dejerare, quoniam ſæpe contingit, quod teſtes corrupti pretio (*o*) facile inducantur [*p*] ad falſum teſtimonium proferendum.

* *ut ab eo.*

TITULUS XVII.

DE JUREJURANDO.

CAPUT I.

*Urbanus Papa* (*q*).

De jurejur. cap. 5. Nullus Epiſcopus clericos ſuos, niſi forte quibus eccleſiaſticarum rerum commiſſa fuerit diſpenſatio, ſibi jurare compellat.

CAPUT II.

*Alexander III. Vigilen. Epiſcopo* [*r*].

Debitores autem (*s*) ad ſolvendas uſuras, in quibus (*t*) ſe obligaverant, cogi non debent, niſi eas juramento ſolvere teneantur (*u*). Si vero de ipſarum ſolutione juramentum fecerint (*x*), cogendi ſunt domino reddere juramentum (*y*), ut creditoribus ſolvantur (*z*), & cum uſuræ [*aa*] ſolutæ fuerint, creditores ad eas reſtituendas (*bb*) cogendi ſunt [*cc*] eccleſiaſtica, ſi neceſſe fuerit, ſeveritate. c. 6. eod.

CAPUT III.

*Idem Rotomagen.* (*dd*) *Archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis* (*ee*).

Ad noſtram noveritis [*ff*] audientiam perveniſſe; quod cum Petrus de Neaſdem (*gg*) tempore guerre (*hh*), quæ fuit inter Kariſſimum filium noſtrum H. (*ii*) Illuſtrem Regem Anglorum, & filios ejus, quibuſdam hominibus * pro tuitione (*kk*) Regni Francorum certam ſummam pecuniæ mutuaſſet (*ll*), ab eis quaſdam poſſeſſiones, & redditus cepit in pignus (*mm*), ipſos etiam ſub juramenti religione c. 7. eod.

* *hominibus provinciæ*, Cujac.

[1] *Provideas*, forte.

ſed in commentario: *Scribam, inquit, eis rurſus leges, quas prius dederam per Moyſen*, γράψω αὐτῷ πλῆθος, τὰ νόμιμα αὐτοῦ εἰς ἀλλότρια ἐλογίσθησαν θυσιαστήρια τὰ ἠγαπημένα. Complut. *Scribam ejus multitudinem, legitima ejus in aliena reputata ſunt altaria dilecta.* Ibid. *Scribam eis multitudinem, legitima ejus in aliena reputata ſunt altaria.* LXX. apud Hieron. καταγράψω αὐτῷ πλῆθος, καὶ τὰ νόμιμα αὐτοῦ εἰς ἀλλότρια ἐλογίσθησαν θυσιαστήρια. ſic alii ediderunt: ſunt, qui cum interrogatione, vel ironia hæc legant.

*a Datis, & neglectis*, Barcin. duo Tarrac. Raim. & Cont. *ſed quid prodeſt ultra alias ſcribere, cum contempſerit eas, quas ante ſuſcepit?* Hieron. *In his, quas jam dedi, ideſt ex prius datis, & neglectis apparet, quod & has negligerent.* Incert. quam gloſſam inter lineas poſitam appellant; *quod & has negligent*, aptius videtur; *negligerent* tamen eſt in uno ex veter. Gregor. *b* Sic etiam vetus Gregor. *Caſſien.* Cont. & alii. *Ciceſtren.* parte 8. cap. 14. poſt concil. Later. *Cant.* Contius in marg. *Gaſilen.* alter vetus Gregor. C. unus Tarrac.

*c* Ante hæc verba addi debet. *Pars cap.* Litteras nam in concil. ita eſt: *Litteras Exonien. Epiſcopi ſuſcepimus continentes, quod cum Vu. clericus ad præſentiam Vuillelmi nobilis viri acceſſiſſet, orans, & ſupplicans, ut eum in perſonam ejuſdem eccleſiæ admitteret: quidam clericus E. nomine in eadem inventus eſt miniſtrare, dicens ſe a bonæ memoriæ R. prædeceſſore ſuo legitime inſtitutum. Vu. vero obiiciebat, etiam ſi facta fuit inſtitutio, prædictum E. non poſſe inniti; quia capellano domini perſonatum renuntiavit, & ſub annua penſione ab illo, tamquam a perſona, vicarium recepit, & ſic poſt obitum illius eccleſiam vacare aſſeveravit. Sed quia veriſimilitudinem non habet* &c. *Quia veriſimile non eſt*, Raimund. & Contius.

*d* Sic etiam concil. *W.* pro E. Barcin. non recte, *quod H.* veteres Gregor. *quod H. presbyter*, Cont. & alii; vox *quod* in vet. Tarracon. aliquando deſiderabatur. *e Eccleſiæ prælibatæ*, concil. vox *prælibatæ* a Raimund. & Contio eſt omiſſa. *f* Sic etiam in concil. *R. capellano conceſſerit*, Raim. & Cont. *R.* autem non eſt capellani nomen, ſed Epiſcopi. *g* Sic etiam concil. *ejuſdem eccleſiæ*, Raimund. & Cont.

*h. Acceperit*, Barcin. & concil. aptius; *acceperit vicariam*, vetus Gregor. & alii; *acceperis*, Cont. mendoſe.

*i Ut* pro *ne* concil. *provideas ne*, Raim. & Cont. *k Vu.* concil. deſideratur *V.* in Barcin. utraque vox a Raim. & Contio eſt omiſſa. *l Accipias* Barcin. ſolus. *m Loci habeat*, concil. *niſi communis loci fama id habeat*, Raim. & Cont. *n Non* in concil. deſideratur. *o* Sic etiam in concil. vox *pretio* a Raimund. & Contio omittitur. *p* Sic etiam vet. Greg. *facile corrupti inducantur*, Cont. & alii; *facile inveniantur*, concil. *corrupti de facili inducuntur*, unus ex veter. Gregor. *q* Sic Raim. & Cont. *ſecundus* addit Grat. ſive Palea, 22. q. 5. cap. ult. vide cap. ult. de regulis juris in Gregor.

*r* Sic etiam in concil. parte 16. cap. 4. ſub titulo de uſuris. *Vigilien. Epiſcopo*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *Urgellenen. Epiſcopo*, alter vetus Gregor. *Wipilen.* unus Tarrac. *Vigelem.* alter.

*s* Sic etiam in concil. vox *autem* a Raim. & Cont. eſt omiſſa, oſtendit vero ea vox partem eſſe alterius capitis hæc verba. *t* Sic etiam in concil. *in*, omittitur in veteri Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii.

*u* Hæc a Raim. & Contio fuerunt omiſſa, leguntur in concil. *x* Sic etjam in concil. *juraverint*, Raim. & Cont. *y Juramenta*, unus ex veter. Gregor. *z* Hæc Raim. omiſit: *ut a creditoribus abſolvantur*, concil. *ut creditoribus uſuræ a debitoribus ſolvantur*, Cont. *aa Et*, omiſſum eſt in uno ex veter. Gregor.

*bb* Sic etiam in concil. *ſolvendas*, vetus Gregor. Contius, & alii *reſtituendas*.

*cc Eccleſiaſtica, ſi neceſſe fuerit, cogendi ſunt ſeveritate*, concil. *ſunt eccleſiaſtica ſeveritate, ſi neceſſe fuerit, compellendi*, Raim. & Cont. *dd* Sic etiam Raim. & Cont. *Idem Cant. Archiepiſcopo*, d. parte 16. cap. 7.

*ee* Hæc in concil. deſiderantur, habent Raimund. & Contius; *ſuffrag.* duo Tarracon.

*ff* Sic etiam Raim. & Cont. *noveris*, concil. *gg De Urſiton*, concil. *Petrus Meceneas*, Barcin. *P.* [*Seneſcula*] Cont. *P.* Raim. & alii. *Petrus Ceneaſdem*, vetus Tarrac. *Petrus Ceneaſdam*, alter.

*hh* Hæc uſque ad illa, *quibuſdam hominibus* omiſit Raim. addidit Cont. ſunt etiam in concil.

*ii* Sic etiam Cont. *noſtrum Henricum*, concil. apertius; *noſtrum Henr.* unus Tarracon.

*kk* Sic etiam in concil. *quibuſdam hominibus* Raim. cetera omiſit, quæ Cont. ante hæc duo verba addidit.

*ll* Sic etiam Raimund. & Cont. *pecuniam certæ ſummæ præmutuaſſet*, concil.

*mm Pignore*, unus Tarrac. non recte; *recepit in pignus*, concil. *recepit in pignore*, Raim. & Cont. parum apte.

ne ſibi adſtrinxit [*a*], quod ei ſuper poſſeſſionibus, & redditibus illis [*b*], donec ſolverent ſibi pecuniam mutuatam (*c*), nullam moleſtiam, vel gravamen (*d*) inferrent. Licet autem de poſſeſſionibus illis, & redditibus præfatis [*e*] nondum plene ſortem ſuam (*f*), ſicut aſſerit [*g*], deductis expenſis receperit (*h*): quia tamen tu [*i*] frater Archiepiſcope, eum propter hoc vinculo excommunicationis aſtrinxiſti, exinde vobis litteras (*k*) cogimur noſtras deſtinare, præſertim cum ipſe (*l*), ſicut aſſerit, ſorte velit [*m*] eſſe contentus. Inde eſt, quod f. u. per A. s. pr. m. (*n*) qua, recepta (*o*) a * præfato P. ſufficienti cautione, quod exinde (*p*) veſtro mandato debeat parere, ipſum contradict. [*q*] & ap. ceſſ. a ſententia, qua tenetur (*r*), auctoritate noſtra penitus abſolvatis [*s*]; & deinde debitores ejus (*t*), qui ſibi (*u*) prædictas poſſeſſiones, & redditus contra juramentum ſuum [*x*] ſubtraxiſſe dicuntur, ſi ita eſt, eccleſiaſtica cenſura cogatis (*y*) ut poſſeſſiones ipſas (*z*), & redditus eidem P. (*aa*) dilatione, & ap. ces. (*bb*) reſtituant, nec ſibi de cetero contra juramentum ſuum (*cc*) moleſtias inferant (*dd*), donec ei pecunia ſolvatur (*ee*): quia non eſt [*ff*] tutum cuilibet, ſed periculoſum potius religionem infringere juramenti. Cum autem prædicto P. [*gg*] pecuniam ſuam (*hh*), ſicut juraverint (*ii*), perſolverint, vos ipſum ad reſtituendum quidquid vobis cum (*kk*) deductis expenſis ultra ſortem recepiſſe conſtiterit, ſtudioſe (*ll*) monere, & diligenter (*mm*) inducere ſtudeatis: & ſi commonitus id non fecerit (*nn*), ipſum re. ap. ob. (*oo*) in eandem excommunicationis [*pp*] ſententiam reducatis [*qq*]. Quia, ſicut (*rr*) periculoſum eſt debitoribus ſuum juramentum infringere; ita non minus periculoſum eſt creditoribus detinere, quod (*ſſ*) pro uſuris receperint (*tt*); cum ſit uſurarum crimen deteſtabile, & horrendum plurimum [*uu*], & utriuſque teſtamenti (*xx*) pagina condemnatum.

* *recepta præfato.*

## CAPUT IV.

*Idem Senonenſi Archiepiſcopo, pars c. Sicut Roma (yy).*

SI vero aliquis quemquam graviſſimo metu ſub religione juramenti ſuum jus refutare coegerit, ipſum quoque ſibi retinuit [*zz*], quia nos conſulere voluiſti, an alter eorum, vel neuter (*aaa*) id habere debeat (*bbb*): hoc tibi duximus (*ccc*) reſpondendum; quod non eſt tutum quemlibet (*ddd*) contra ſuum juramentum cap. 8. eod.

*a* *Ipſos etiam ſibi juramenti religione adſtrinxit*, concil. *ipſos juramenti religione aſtringens*, Raimund. & Contius; vox *ſub* in duobus Tarracon. deſiderabatur, in altero addita eſt, vox *ſibi* in altero non eſt.

*b* Sic etiam in concil. *quod ſuper illis*, Raim. & Cont. *eis* pro *ei* unus Tarracon.

*c* Vox *mutuatam* a Raim. & Contio eſt omiſſa; *donec ſibi mutuatam ſolverent pecuniam*, conc. *ſolverint* pro *ſolverent* unus Tarrac. quod vix ferendum eſt. *d* Sic etiam in concil. *nullum ei gravamen*, Raim. & Cont.

*e* *Præfatus Petrus*, concil. omnia Raim. & Cont. omiſerunt. *f* Vox *plene* in concil. non eſt: *nondum ſortem*, Raimund. & Cont. ceteris prætermiſſis. *P.* pro *plene* duo Tarracon. non male.

*g* Hæc Raim. & Cont. omittunt, ſunt in concil. *h* *Recepit*, duo Tarracon.

*i* Sic etiam in concil. *tu tamen*, Raim. & Cont. voce *quia* omiſſa. *k* Recte Cont. omiſſa a Raim. addidit, quæ ſunt etiam in concil. eſt autem aliqua varietas ordinis verborum, quam referre non eſt neceſſe.

*l* Sic etiam in concil. *cum ille*, Cont. *m* *Sorte ſua velit*, Cont. ut editum eſt, concil. Felix ille erit, qui ſorte ſua velit eſſe contentus, quam vocationem Paulus appellat:

*Qui fit Mæcenas, ut nemo quam ſibi ſortem,*
*Vel ſors vel ratio dederit*, &c. nota ſunt carmina.

*n* *Inde eſt, quod fraternitati tuæ conſulenti* &c. concil. *Ideoque mandamus*, Raim. & Cont. *f. t.* pro *f. u.* vetus Tarracon. *o* Sic etiam Raim. & Cont. *percepta* concil. *p* Sic etiam concil. vox *exinde* a Raim. & Contio eſt omiſſa. *q* Pro his verbis habent Raim. & Cont. *abſolvatis eundem*, ut editum eſt, in concil.

*r* Sic etiam in concil. *qua tenebatur*, Barcin. *s* *Abſolvas* concil. & vetus Tarracon.

*t* Vox *ejus* neque in Barcin. neque in concil. eſt; vox *&* a Raim. & Contio eſt omiſſa, cetera habent.

*u* Sic etiam in concil. vox *ſibi* a Raim. & Cont. omittitur. *x* Sic etiam concil. vox *ſuum* neque in Barcin. eſt, neque apud Raim. & Cont. *y* Sic etiam vetus Gregor. *per cens. eccleſiaſticam*, alter vetus Gregor. *eos* addunt Cont. & alii ante hæc verba: pro *cogatis* in concil. eſt *compellas*, cetera, ut edidimus.

*z* *Ut hæc reſtituant*, Raim. & Cont. *illas* pro *ipſas* concil. *ut hoc ſibi reſtituant*, unus ex veter. Gregor.

*aa* *Eidem Petro dicto*, conc. *bb* *Appellatione ceſſante* concil. aliis omiſſis.

*cc* Hæc etiam a Raimund. & Contio ſunt omiſſa; leguntur in concil. excepta voce *ſuum*.

*dd* *Vel gravamen*, addit unus Tarrac. *ee* Sic etiam in concil. *pecunia perſolvatur*, Raim. & Cont.

*ff* Hæc non debuerunt a Raim. & Contio prætermitti: ſunt autem in concil. poſterioribus recte in prioribus mendoſe. *gg* Sic etiam in conc. *ei* Raim. & Cont. *hh* Vox *ſuam* in concil. eſt: apud Raim. & Cont. deſideratur. *ii* *Sicut juraverunt*, concil. & vetus Tarrac. & Raimund. & Contius.

*kk* Scribe *eum*, ut in duobus Tarrac. & in concil. eſt: in Barcin. ea vox deſideratur, *vobis* quoque & *eum* non eſt in Gregorianis; poſt *eum* eſt *novis* in concil. tantum.

*ll* Hæc etiam omittunt Raimund. & Contius: *ſtudioſe monere curetis, & diligenter*, concil.

*mm* Vox *ſtudeatis* in concil. non eſt: eſt apud Raim. & Cont. *nn* Sic etiam in concil. *id* omittitur a Raim. & Contio. *oo* Hæc omittuntur ab eiſdem; ſunt in concil. *remoto* pro *re.* unus Tarrac.

*pp* *Excommunionis*, unus Tarrac. *qq* *Reducatis eundem*, Raim. & Cont. *reducas*, duo Tarracon. & concil.

*rr* Hæc etiam a Raim. & Contio ſunt omiſſa, ſint licet in concil. *ſſ* *Retinere, quod*, concil.

*tt* *Receperunt*, concil. *uu* *Deteſtabile plurimum, & horrendum*, concil.

*xx* Sic cap. 4. de uſuris in Gregor. quod eſt 3. in hac collectione.

*yy* Scribe *Romana*, ut apud Cont. Integra clauſula exſtat cap. 1. de reſcriptis, & cap. 12. de appellationibus in hac collectione, & apud Cont. cap. 1. de reſcriptis in Gregor. & in concil. parte 10. cap. 11. at parte 17. cap. 1. tit. de juramentis ſervandis, verba hujus capitis ſunt hoc ſolo verbo inſcripta *Idem*. Vox *ſicut* in uno Tarrac. deſideratur. *zz* *Retinuerit*, concil. & duo Tarrac. *ipſumque ſibi retinuerit*, Barcin. & Raim. & Cont.

*aaa* *Alter, an neuter*, concil. ut editum eſt, Raim. & Cont. *eorum*, additur in vet. Tarrac. non recte.

*bbb* *Debeant*, unus Tarr. *ccc* Sic etiam in conc. *hoc* Raim. omiſit: cetera ſunt in veteribus Gregor. *Duximus tibi*, Cont. & alii. *ddd* *Cuilibet*, unus ex veter. Greg.

UNED

tum venire, niſi ſit tale (a), quod conſervatum (b) vergat in interitum ſalutis æternæ: nec nos cuilibet ex reſponſione noſtra [c] volumus dare materiam contra ſuum juramentum (d) veniendi (e), ne auctores (f) perjurii eſſe videamur [g]. Verum aliquando (h) in Romana eccleſia a pluribus etiam prædeceſſoribus noſtris (i) factum eſſe (k) recolitur; quod clerici, qui coacti eccleſiæ miniſterium abjuraverint [l], de juramento abſolutionis beneficium meruerunt, & ad coercendam iniquitatem (m) eorum, qui eccleſiaſticos viros ad præſtandum illud juramentum compulerant (n), permiſſi ſunt in eadem eccleſia miniſtrare.

## CAPUT V.

* Decano, & Archidiacono de Bord. Cujac. Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 17. c. 2.

*Idem Decano * Ceforden. (o) & Archidiacono de Bedeo.*

INſinuatum eſt nobis ex parte W. quod cum ipſe capellam * de Ill. (p) canonice fuiſſet adeptus; canonici de Lameſtanter (q) ſuper eadem eccleſia hujuſmodi * conventionem fecerunt, quod ipſi (r) eandem eccleſiam tenerent a prædicto W. (s) & exinde (t) annuum canonem deberent perſolvere, & infra. Sed, quia eadem (u) compoſitio eorum eccleſiæ fuit (x) damnoſa, de juramento violato pœnitentiam recipiant, & præfatam (y) eccleſiam prædicto clerico reſtituant.

* De Lamen, Cuj.
* compoſitionem, Cuj.

## CAPUT VI.

*Idem Sarcon. & Sardon. Epiſcopis (z).*

EX reſcripto quodam [aa], quod nobis præſentatum eſt, manifeſte nobis (bb) innotuit R. quondam [cc] Tremenſen. (dd) Abbatem cum W. (ee) ſuper ſumma vii. millium (ff) ſolidorum taliter conveniſſe, &c. & infra. Super hoc, quod (gg) prædictus Abbas quoſdam ex monachis obſides (hh) dedit, qui de obſervanda conventione juramentum præſtiterunt (ii), ut ſi ipſi deficerent (kk), alii monachi loco eorum [ll] in obſtagio reverterentur (mm). Inſuper, ſi dicti monachi fidem non ſervarent, Abbas dedit eidem W. & uxori ejus [nn] fidejuſſores, qui ſimiliter fidem præſtitiſſe dicuntur; ſi ita eſt (oo), tam Abbatem, & monachos (pp), qui juraverint [qq], quam W. & uxorem ipſius (rr) ſtudioſe monere curetis (ſſ), ut ſicut juraverint (tt), eandem conventionem (uu) faciant adimpleri. Si vero ad admonitionem (xx) veſtram facere neglexerint, eidem Abbati, & monachis ingreſſum eccleſiæ interdicatis, & in terram præfati W. (yy) & uxoris ejus (zz), uſque

c. 9. eod. t.

*a Juramentum*, additur in Barcinon. *niſi tale fuerit juramentum*, concil. *niſi tale ſit*, Raimund. & Cont. *niſi tale ſit juramentum*, duo Tarrac.

*b Quod ſervatum*, concil. & Raim. & Cont. *c* Sic etiam in concil. *alicui*, Raim. & Cont. aliis prætetitis.

*d Contra juramentum ſuum*, concil. *contra proprium juramentum*, vetus Greg. *contra juram. proprium*, Cont. & alii.

*e* Sic etiam Raim. *venire* concil. non recte. *f* Sic concil. *ne actores*, vetus Gregor. & vetus Tarrac. mendoſe, Cont. & alii, ut editum eſt. *g* Sic etiam in concil. Raimundus abſtulit Tullianam clauſulam *eſſe* voce ablata. *h* Sic etiam Raim. & Cont. *Unde* pro *Verum* in concil. non recte.

*i Et a*, pro *etiam*, in concil. neutrum Raim. & Cont. quod placet: *prædeceſſoribus* in Barcin. ceteris omiſſis; vox *etiam* in uno Tarrac. non eſt: vox *noſtris* in altero antiquiore. *k* Verbum *eſſe* aliquando in vet. Tarrac. deſiderabatur. *l Abjuraverunt*, concil. *abjurarunt*, Raim. & Cont. *abjuraverunt*, unus ex veter. Gregor.

*m* Sic etiam Raim. & Cont. *improbitatem* conc. non male. *n Impulerant*, concil. *illud compulerant*, Raim. & Cont. *o* Ante hoc caput eſt in Barcin. aliud caput, cujus initium eſt; *Præterea de his* &c. quod ſub titulo de appellationibus eſt in hac eadem collectione cap. 30. *Idem Cant. Archiepiſcopo*, d. parte 17. cap. 2. quæ inſcriptio eſt d. cap. 30. *Idem Decano Hereford. & Archidia. de Bede*, Barcinon. *Ciceforen.* pro *Ceforden.* vetus Tarrac. *Foren.* alter; & *Bedet* pro *Bedeo*, vetus *Bed.* alter. *p De Hil.* Barc. *de N.* concil. *de illis*, duo Tarr.

*q De Lanſtanet*, concil. *de Lanſtaverit*, Barcin. *de Laſtramenter*, vetus Tarrac. *de Lanſte*, alter.

*r Quia ipſi*, concil. *s Tenere a præfato Vu.* concil. *t Exinde ei*, concil.

*u* Vox *eadem* in concil. non eſt. *x Huic fuit*, concil. non recte. *y Et prælibatam*, concil.

*z Idem Sardon. & Cabilon. Epiſcopis*, Barcin. *Idem Santonen. & Bilonen. Epiſcopis*, d. parte 17. cap. 3. *Idem Sardin. Epiſcopis*, veteres Gregor. *Idem Sardinen. Epiſcopo*, Cont. & alii; *alias* SARCON. in marg. Cont. ſcribo, *Idem Sanctonen. & Cabilonen. Epiſcopis.* *aa* Vox *quodam* a Raim. & Contio eſt omiſſa. *De* pro *Ex* eſt in concil. cetera, ut edita ſunt. *bb* Sic etiam in concil. ſed hæc ab eiſdem ſunt omiſſa Raim. & Contio.

*cc* Hæc etiam ab eiſdem omittuntur: ſunt in concil. *T.* pro *R.* unus Tarracon.

*dd Tremen.* Raim. & Cont. *Remenſem*, Barcin. *Trevorenſem*, concil. forte *Treverenſem*. *Tremenſem* duo Tarr.

*ee Cum Vu.* concil. *cum P.* vetus Gregor. *cum Petro*, Contius & alii.

*ff Octo mill.* Raim. & Cont. *LXX.* Barcin. *ſeptem millium*, concil. *VIII.* unus Tarracon.

*gg Quidem*, pro *quod* Barcin. & concil. *& ita ſuper hoc*, vetus Gregor. *& infra. Super hæc*, Cont. & alii; *& infra. Super hoc*, alter minus vetus Gregor. *hh De monachis obſides quoſdam*, concil. ut editum eſt, Raim. & Contius. *ii Jurarunt*, veteres Gregor. *juraverunt*, Cont. & alii: *juramentum dederunt*, concil. *præſtiterint*, vetus Tarrac. non optime. *kk* Sic etiam Raim. & Cont. *iſti* pro *ipſi* Barcin. *ut ſi ipſi deceſſerint*, concil.

*ll Loco illorum*, unus ex veter. Greg. *mm Hoſtagio* pro *obſtagio*, concil. *in obſtagio ponerentur*, Raim. & Cont. *obſides fierent*, mallem. *nn Eidem Vu. I. & ejus uxorem*, concil. non male; *eidem W. & ejus uxorem*, vetus Gregor. *V.* pro *W.* Cont. & alii; G. alter minus vetus Gregor. *& ejus uxori*, duo Tarracon.

*oo* Sic etiam in concil. *Ideoque mandamus quatenus*, Raim. & Cont. ego ſi liceret, & Raimundi verba, & poſtea hæc, *ſi ita eſt*, ſciberem. *pp* Sic etiam in concil. *quam* pro *&* Raim. & unus Tarracon.

*qq Qui juraverunt*, conc. & duo Tarrac. omnia Raim. & Cont. omittunt. *rr Illius* pro *ipſius* vetus Greg. *ejus*, alter minus vetus: *quam V. & uxorem ipſius*, Cont. & alii: *quam I. & ejus uxorem*, concil. aptius. *V.* pro *W.* unus Tarrac. *ſſ* Sic etiam in concil. vox *ſtudioſe* a Contio, & aliis eſt omiſſa: omnia in veteri Gregoriano deſiderantur. *tt Sicut juraverunt*, concil. & duo Tarrac. *ſicut jurarunt*, Raim. & Cont. ut editum eſt unus ex veter. Gregor. *uu* Sic etiam Raim. & Cont. *conjurationem*, *ſive jurationem* in concil. quod non æque placet. *xx Si vero commonitionem*, conc. Pro his verbis uſque ad vocem *Abbati*, Raim. & Cont. habent *alioquin* tantum. *Si vero ad monitionem*, vetus Tarrac. *ad commonitionem*, alter.

*yy Terra* pro *terram* vetus Gregor. aptius; *in terra præfati V.* Barcin. & unus Tarrac. & Cont. & alii: *in terra præfati I.* concil. G. pro *I.* alter ex veter. Gregor. *in terra præfati Wi.* vetus Tarrac.

*zz* Sic etiam in concil. *uxoris ejuſdem*, Raim. & Cont.

UNED

uſque ad dignam ſatisfactionem inhibeatis divina officia celebrari.

## CAPUT VII.

*Idem Lundon. & Wigor. Epiſcopo* (*a*).

c. 10.eod.t. QUerellam R. canonici Lincon. eccleſiæ (*b*) accepimus, quod cum W. Salvagius nomine, clericus (*c*) ei duos bizantios [*d*] nomine eccleſiæ deſtinaverit [*e*], quos annis plurimis perſolviſſet (*f*), & ſe illos annuatim ſibi ſoluturum (*g*), interpoſito ſacramento (*h*) firmaſſet, contempta religione juramenti, jam (*i*) per biennium ab hujus (*k*) penſionis ſolutione ceſſavit. Quoniam igitur non merentur (*l*) eccleſias regere [*m*], qui ſunt crimine perjurii irretiti: ſ. u. per A. s. pr. in qua. (*n*) partes ante (*o*) veſtram præſentiam convocetis, & ſuper his rei veritatem curetis diligenter inquirere, & ſi vobis [*p*] conſtiterit memoratum W. (*q*) contra juramentum ſuum non neceſſitate, ſed voluntate ab ejuſdem penſionis [*r*] ſolutione ceſſaſſe (*s*), ipſum a prædicta (*t*) eccleſia auctoritate noſtra (*u*) contradictione & ap. ceſſ. removere curetis, & eccleſiam (*x*) præfato R. reſtituere minime differatis, ipſumque faciatis eam pacifice poſſidere (*y*).

## CAPUT VIII.

*Idem Lundon. Epiſcopo* (*z*).

SI Stephanum (*aa*) contra compoſitionem fidei interpoſitione firmatam veniſſe conſtiterit, niſi manifeſtam rationem poterit allegare, ipſum a præfata (*bb*) eccleſia, & beneficiis ejus ap. ces. non differas ſpoliare, & eam W. cum integritate reſignes (*cc*). Non ponit. d. p.17.c.6.

## CAPUT IX.

*Ex regiſtro Gregorii* (*dd*).

PErvenit ad nos Laodicenſem (*ee*) Epiſcopum ab Arfulſo comite [*ff*] rebus ſuis (*gg*) ſpoliatum (*hh*), & ad nequitiæ ſuæ augmentum gladiis [*ii*] jurare compulſum, quod ablata nunquam peteret (*kk*), & hujus (*ll*) tanti ſceleris veniam ſibi impartiri (*mm*) rogat. Cognita itaque (*nn*) contumelia ſibi in beato Petro illata [*oo*]; valde doluimus, aſſerentes ejus fraternitatem (*pp*) nullis juramenti vinculis [*qq*] poſſe conſtringi (*rr*); tamen quia (*ſſ*) nefandiſ- cap. 2. eod.

*a Epiſcopis* Barcin. & vetus Tarrac. aptius: *& Vuigorn. Epiſcopis*, d. parte 17. cap. 3. *Idem London. & Wigorn. Epiſcopis*, vetus Gregorian. *Idem Lindon. & Vigor. Epiſcopis*, alter minus vetus: *Idem Lundon. & Vigorien. Epiſcopis*, Cont. & alii.

*b Linconien.* Raim. & Cont. *clerici Lincolnien. eccleſiæ*, concil. *canonici* in marg. Vox *eccleſiæ* a Raim. & Contio eſt omiſſa: *canonici Lincovienſis eccleſiæ*, vetus Tarracon. ſed *Linconienſis* malo.

*c* Sic etiam in concil. *W. clericus*, vetus Gregor. *V. clericus*, Cont. & alii; *Wi.* pro *W.* vetus Tarrac.

*d Byzantios* concil. non male: *biſantios* Raim. & Cont. & vetus Tarrac. *e Deſtinatos*, Barcin. *de Stantun.* concil. *de Statera*, Raim. & Cont. *de Stan.* unus ex veter. Gregor. *deſtinavit*, duo Tarrac.

*f* Vox *quos* in concil. non eſt; omnia Raim. & Cont. omiſerunt. *g Perſoluturum*, Barcin. & concil. *ſe annuatim ſoluturum*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis: *ſolvere* pro *ſoluturum*, unus Tarrac.

*h* Sic etiam concil. vox *interpoſito* in Barcin. deſideratur; *interpoſito juramento*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *i* Hæc omittunt Raim. & Cont. *ſacramenti* pro *juramenti*, concil. cetera, ut edita ſunt.

*k* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *ab hujuſmodi*, Cont. & alii, & unus Tarrac.

*l* Sic etiam Raim. & Cont., *non tenentur*, concil. non recte. *m Eccleſiam regere*, unus Tarrac.

*n Fraternitati veſtræ*, &c. *quatenus*, concil. *mandamus*, *quatenus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*o* Hæc uſque ad illa, *ſi vobis*, Raim. & Cont. omiſerunt; ſunt in concil. *p* Sic etiam concil. vox *&* omittitur in Barcin. *q* Sic etiam vetus Gregor. *Wi.* vetus Tarrac. *Vu.* concil. *V.* Raim. & Cont.

*r* Sic etiam Raim. & Cont. *ab penſionis*, concil. *ab hujuſmodi penſionis*, unus ex veter. Gregor.

*s* Sic etiam Raimund. *ceſſare*, concil. *ceſſaſſe*, unus ex veteribus Gregor.

*t A præſcripta*, concil. & unus Tarrac. & Raim. & Cont. ut editum eſt, unus ex veter. Gregor.

*u* Pro his verbis uſque ad illa, *præfato R.* ſunt hæc, *removentes*, *eam*, apud Raim. & Cont. ut editum eſt, in concil. *x Ipſam* additur in concil. *y Et ipſum* pro *ipſumque* concil. omnia ſupervacanea Raimundo viſa ſunt. *z London. Epiſcopo*, concil. poſter. editio. *Lunden. Epiſcopo*, prior editio. *Lugden.* unus Tarrac.

*aa Si Stephanus*, prior editio conc. *bb Ipſum præfata*, conc. *cc* Sic etiam in concil. forte *reſignet* ſcribendum eſt. *dd Idem*, addunt Barcin. & conc. d. parte 17. cap. 7. *Forte* ITEM in marg. non male. In regiſtro B. Gregorii hoc caput nondum reperi. Raim. ordinem mutavit, exiſtimans, ni fallor, B. Gregorii hæc capita eſſe: itaque ea aliis præpoſuit a Bern. Papienſ. prælatis. *Gregorius ex regiſtro*, vetus Raim. liber. *Gregorius* Cont. quod editum eſt, alii, & alter ex veter. Gregor. *Gregorius Theodorico Virdunenſi Epiſcopo*, ex lib. 7. epiſt. 13. regiſtri Greg. 7. *ee Laodicen.* conc. *Laudicen.* Raim. & Cont. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ eſt in nummis. *Fratris, & coepiſcopi noſtri Henrici Leodienſis gravis calamitas, quem ad Apoſtolorum limina venientem*, regiſtr.

*ff Ab Arvulſomite*, Barcin. *ab Artulſo comite*, vetus Tarrac. *ab Ar. comite*, alter Tarrac. & Raim. & Cont. *ab Arnulſo comite*, concil. rectius: *Araulſus comes*, regiſtr.

*gg Omnibus, quas ſecum ferebat*, regiſtr. addit. *hh Exſpoliatum*, duo Tarrac. & regiſtr.

*ii* Hæc Raim. & Cont. omittunt: vox *ſuæ* non eſt in Barcin. neque in concil. *augmenta* pro *augmentum* concil. *ad augmentum nequitiæ, poſt ſuorum ereptionem compulit gladiis jurare*, regiſtr.

*kk Repeteret*, regiſtr. & concil. & duo Tarrac. aptius; *quod non repeteret ſic ablata*, Raim. editi libri; *ſibi* pro *ſic* unus ex veteribus. *ll* Hæc Raim. & Cont. omiſerunt, ſint licet in concil. *Et quod a nobis ſuper tali, tantoque facinore veniam impetraret ſibi*, regiſtr. *mm* Malo *impertiri*, ut in duobus Tarrac. eſt.

*nn* Sic etiam in concil. *Cognita igitur*, unus Tarrac. & Raim. *Quod immane flagitium ut cognovimus, profecto vehementer doluimus, & infra:* regiſtr. & epiſt. 14. *Cognita tuæ fraternitatis adverſitate, & contumelia tibi, immo beato Petro illata, nimium valde dolore ſumus coacti.* *oo Immo* pro *in*, regiſtr. & Barcin. & prior editio concil. in marg. Omnia ſunt omiſſa in poſteriore edit. & in Gregor. *pp* Sic etiam in concil. *ipſum epiſcopum*, Raim. & Cont. *Nolumus etiam prudentiam tuam ignorare, nos ſæpedictum Epiſcopum*, regiſtr.

*qq Nullius* pro *nullis*, unus Tarrac. & concil. & Raim. non male, in regiſtro neutrum eſt, d. epiſt. 13. ſed in 14. *ullis* eſt. *rr Poſſe adſtringi*, concil. *ſuper hoc poſſe conſtringi*, Raim. hæc non ſunt in regiſtro epiſt. 13. ſed in epiſt. 14. ad Henricum Leodien. Epiſcopum; *De juramenti vero injuſtiſſima obligatione, dilectioni tuæ ſic reſpondemus, non debere exiſtimari eam ullis juramenti vinculis poſſe teneri; quæ tam nefandiſſime coacta juraverit.*

*ſſ* Vox *tamen* in poſtremis concil. deſideratur; *tum* pro *tamen* erat in priore editione: *quem tamen abſolvimus,* quia

diſſima coactione juraverit [*a*], eum Apoſtolica (*b*) auctoritate abſolvimus.

CAPUT X.

*Idem in regiſtro Regi Francorum* (*c*).

c. 3. eod. t. PErvenit ad nos, quod, cum jampridem (*d*) ad partes Alverniæ &c. & infra. Non n. propoſitum, aut promiſſum infringit, qui in melius illud commutat, nec tu ei, etiam ſi præſcriptum [*e*] promiſſum tuum juramento, vel fidei obligatione interpoſita condicione * firmaſſes (*f*), aliquatenus teneris [*g*], ſi conſtet (*h*) eum condicioni minime paruiſſe.

* *firmaſſe.*

CAPUT XI.

*Urbanus III. in regiſtro Piſani Archiepiſc.* (*i*)

c. 12. eod. & c. 8. De temp. ord. CUm quidam Epiſcopi Sardi [*k*], ſicut nobis eſt ex tua parte propoſitum, quibuſdam pecuniam, ſicut juramento tenebantur aſtricti, non ſolverint, & quidam Epiſcopus (*l*) ipſius terræ in die dedicationis eccleſiæ ordines cum dies ille ad hoc inſtitutus non fuerit, celebraverit (*m*); quidam etiam [*n*] juraverint aliquando (*o*), quod fratri, vel ſorori, patri, vel matri [*p*] loqui non debeant, aut quodlibet eis ſubſidium miniſtrare; a nobis, quid de hujuſmodi faciendum ſit, tua fraternitas requiſivit. Nos itaque (*q*) denegare nolentes [ *r* ], quod a nobis charitate ſuggerente poſtulare videris; d. t. præſent. litteris reſpondemus (*s*), quod in Epiſcopos illos, qui [*t*] ſuum tranſgreſſi ſunt juramentum, eſt tanto gravius vindicandum [*u*], quanto majori præminent dignitate, & eorum exemplo facilius alii poterunt ( *x* ) ad ſimilia provocari. Epiſcopum autem ( *y* ), qui die, quo non debuit, celebravit (*z*) ordines, canonica diſciplina corrigere, & ordinatos a ſuſceptis ordinibus tamdiu debes reddere expertes, donec apud nos, vel ſucceſſores noſtros ( *aa* ) reſtitutionis gratiam conſequantur. Illi vero, qui [*bb*] jurant non loqui patri, vel matri (*cc*), vel ſorori (*dd*), vel fratri, aut eis humanitatis ſubſidium exhibere [*ee*], abſolvendi ſunt ab illius obſervantia juramenti, cum illicitum ſit, & omni (*ff*) contrarium rationi, injuncta tamen eis de hoc (*gg*), quod male juraverunt (*hh*), pœnitentia competenti.

TITULUS XVIII.

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

CAPUT I.

*Ex concilio Africano* (*ii*).

PLacuit, ut etiam ſi quiſquam † poſt leges † De præſcr. cap. 1.
aliquem locum ad catholicam unitatem converterit (*kk*), ſi eum per triennium nemine repetente retinuerit, ulterius ab eo non repetatur ( *ll* ); ſi tamen per ipſum triennium fuerit

*quia nefandiſſima coactione juravit*, Raim. & Cont. *Unde & Apoſtolica te auctoritate abſolvimus: ut non tuæ, vel alicujus conſcientiæ ob hoc videaris innexus, aut debitor eſſe*, regiſtr. d. epiſt. 14. ſed in 13. hæc ſunt*: nos ſæpedictum Epiſcopum ab illius malitioſe coacti juramenti condicione abſolutionis, ſanctæque eccleſiæ contumeliam vindicandi licentiam ipſi dediſſe: quem ut in omnibus pro poſſe ſtudeas adjuvare, iterum, iterumque monemus, atque rogamus.*

*a Juravit*, unus Tarrac. *Juraverat*, concil. non male. *b* Sic etiam in priore concil. editione, *eum tamen Apoſt.* in poſteriore. In calce hujus capitis addi poſſet ex regiſtro. *Dat. Romæ III. Kal. Febr. Indict. tertia.* Audio autem in Romano vet. Gratiani lib. 22. q. 4. exſtare huic ſimilem epiſtolam: ea edito Gratiano fruemur.

*c Idem Regi Francorum*, Raim. & Cont. *Franciæ*, unus ex veter. Gregor. hoc etiam caput in regiſtro B. Gregorii non invenimus. *d* Recte Cont. addidit a Raim. prætermiſſa; ſed adhuc alia deſideramus.

*e* Hæc vox a Raim. & Cont. eſt omiſſa. *f Firmares*, unus Tarrac. *g Tenereris*, vetus Tarrac.

*h Si conſtat*, Raim. & Cont. *i* Sic Raim. & Cont. exceptis illis verbis, *in regiſtro. Archid.* vetus Tarr. pro *Archiepiſcopo*, non recte. *k* Recte hic Cont. addidit, quæ Raim. omiſerat; non recte: ex 2. compil. in marg. ſcripſit, nec recte ſub tit. de tempor. ordin. cap. 8. nihil addidit. *Sardiniæ* pro *Sardi.* Barc. & Cont.

*l Epiſcopi*, unus Tarrac. *m* Sic etiam Cont. *celebravit*, Barcin. *celebraverint*, vetus Tarrac.

*n Et quidam etiam*, Cont. *o Juraverunt aliquando*, Cont. *juraverunt*, Barcin. altera voce omiſſa.

*p Aut matri*, Cont. *q Nos igitur*, Cont. *r* Hæc uſque ad illa, *d. t.* Cont. omiſit.

*s Conſult. t. t. reſp.* Raimund. & Cont. *præſentibus*, duo Tarracon. pro *præſent.*

*t* Vox *illos* a Raimund. & Cont. prætermiſſa eſt. *u Judicandum*, vetus Tarracon.

*x* Sic etiam veteres Gregor. *alii poterant*, Cont. & alii libri. *y* Hæc Raim. ſub tit. de tempor. ordin. collocavit; vox *autem* ab eodem, & a Cont. eſt omiſſa. *z Celebrare celebraverit*, vetus Tarrac.

*aa* Hæc Raim. & Cont. omiſerunt. *bb* Hæc Raim. ſub tit. de jurejurando poſuit.

*cc Nec matri*, unus Tarrac. *dd* Hæc in veteri Gregor. deſiderantur, *ſorori* Cont. & alii, voce *vel* omiſſa.

*ee* Sic etiam vetus Gregor. *non exhibere*, duo Tarrac. & Cont. & alii; utrumque defendi poteſt.

*ff* Vox *omni* a Raim. & Cont. eſt omiſſa, *ex omnibus & omni*, Barcin. non ſine mendo.

*gg* Vox *eis* aliquando in uno Tarracon. deſiderabatur.

*hh* Sic etiam vetus Gregor. *juraverant* pro *juraverunt* Cont. & alii: *quod tam male juraverunt*, Barcin.

*ii* Sic etiam Raim. & Cont. adde *cap.* 86 ut in latinis libris eſt, in Græcis *concilii Carthaginien. cap.* 119. in veteri lib. & apud Alexium Ariſtenum, & Joann. Zonaram; *cap.* 120. apud Tilium, 123. apud Balſamonem Theodorum; 121. apud Cont. Fuit autem conſtitutum Honorio XII. & Theodoſio VIII. Auguſtis Conſulibus Kalend. Maii Carthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti, Aurelio Epiſcopo in univerſali ejus provinciæ concilio præſidente, ut apparet ex his, quæ ſcripta ſunt ante caput 77. ejuſdem Africani concilii, ſive cap. 76. in corpore canon. & in Tiliana editione ante caput 110. ex quibus ſunt de conſecr. diſt. 4. cap. 152. & 153. apud Grat. *kk Poſt legem*, Barcin. & *redierit* pro *converterit. Item placuit* &c. concil. cetera, ut edita ſunt: *Placuit ut ſi quiſquam aliquem* &c. Raim. & Cont. alia, ut edidimus, exceptis aſteriſcis, omnino tollendis. *Placuit etiam, ut*, duo Tarrac. Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ἐάν τις μετὰ τοὺς νόμους τόπον τινὰ πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα μεταστρέψῃ. Tilius: *Similiter placuit*, inquit, *ut ſi quis poſt leges* &c. Alexius ait cap. 117. fieri mentionem harum legum, quas Honorii fuiſſe, ſuſpicatur Zonaras; vide cap. 84. concilii Africani. Ἐὰν ἐπίσκοπός τις μετατρέψῃ πρὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν τόπον τινὰ ἤγουν παροικίαν ἔχουσαν αἱρετικούς. Balſamon: *Si quis*, inquit, *Epiſcopis converterit ad orthodoxam fidem aliquem locum, hoc eſt paræciam hæreticos habentem.*

*ll Retinuit* pro *retinuerit*, conc. & corp. can. *tenuerit*, Raim. & Cont. *repetetur* pro *repetatur* vet. Greg. *repetatur*, Cont. & alii: καὶ τοῦτον ἐπὶ τριετίαν μηδενὸς ἀναζητοῦντος κατάσχοι, τὸ λοιπὸν παρ' αὐτοῦ μὴ ἀναζητηθῇ. Tilius: ἐπιζητοῦντος pro ἀναζητοῦντος, vetus liber: *Et hunc*, inquit, *per triennium nemine repetente poſſederit, poſtea ab eo*

*non*

fuerit Epiſcopus, qui poſſet repetere, & tacuit (a). Si autem non fuerit, non præjudicetur matrici eccleſiæ (b), ſed liceat, cum locus acceperit Epiſcopum, qui non habebat, ex ipſo die intra triennium repetere [c]. Idemque ſi fuerit Epiſcopus ad catholicam fidem ex Donati parte converſus (d), non ei præjudicet præfinitum tempus, ſed ex quo die converſus eſt, habeat per triennium poteſtatem repetendi loca, quæ ad ipſam pertinebant cathedram (e).



CA-

*non repetetur.* Ὁ μεταστρέφων εἰς ὀρθοδοξίαν, καὶ κατέχων ἐπὶ τριετίαν τὴν ἐπιστραφεῖσαν χώραν, ἔστω ἀνέγκλητος. Alexius in epitome: *Convertens in catholicam fidem, & poſſidens triennio converſum locum, innoxius ſit.* Μετὰ δὲ τοὺς περὶ τούτων νόμους, ἤρεσε τῇ συνόδῳ, τὸν μεταστρέψαντα εἰς τὴν ὀρθοδοξίαν χώραν τινά, καὶ ἐπὶ τριετίαν κατασχόντα αὐτὴν, μὴ παρά τινος ἐνοχληθέντα καὶ ταύτην ἀναζητήσαντος, μένειν ἀνέγκλητον. καὶ μηκέτι ταύτην ἀναζητεῖσθαι ὑπ᾽ αὐτοῦ. Idem in commentario: *Sed poſt leges de his rebus ſcriptas*, inquit, *concilio placuit, eum, qui locum aliquem ad orthodoxam fidem converterit, & eum triennio poſſederit, eam a nemine fuerit interpellatus, qui eum locum repeteret, poſtea vexari non debere, neve ab eo repetendum eſſe.* Εἰ μετὰ τοὺς νόμους ἐπιστρέψῃ τόπον τινὰ, ἤγουν ἐνορίαν ἢ παροικίαν ἤτοι τὸν ἐν αὐτῇ λαὸν, ἐπίσκοπος πρὸς τὴν ἑνότητα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τὴν ἐνορίαν κατάσχῃ ἐν τριετίᾳ, μηδενὸς ἀντιποιουμένου αὐτῆς, ἐκτότε αὐτοῦ ἔσται. τουτέστιν οὐδενὶ ἐξέσται αὐτὴν ἐκνικᾶν. Zonaras: *Si poſt leges*, inquit, *locum aliquem Epiſcopus converterit, ſive prædium, ſive parœciam, ſive ejus populum, ad unionem eccleſiæ catholicæ, & eum locum triennio obtinuerit, nemine ſe opponente, exinde ejus locus ſit, hoc eſt, nemini liceat eum vindicare, ſive evincere.* a Sic etiam Raim. & Cont. *fuit, qui potuerit, Epiſcopus repetere*, unus ex veter. Gregor. *fuit Epiſcopus*, duo Tarrac. *per triennium ipſum*, alter eorum. *Si tamen per ipſum triennium fuit Epiſcopus, qui potuit repetere, & tacuit, præjudicium patietur*, concil. & corp. can. Ἐὰν μέν τοι ἐντὸς τῆς αὐτῆς τριετίας ὑπῆρχεν ἐπίσκοπος ὁ ὀφείλων ἀναζητεῖσαι, καὶ ἡσύχασεν. Tilius. εἴπερ ἐντὸς τῆς τριετίας ὑπῆρχεν ἐπίσκοπος, ὁ μέλλων ἀναζητῆσαι αὐτὴν, καὶ ἡσύχασεν. Alexius. ἐὰν δὲ ἐν τῇ ἐπισκοπῇ, ᾗ λέγεται διαφέρειν ὁ τόπος, κατὰ τὴν τριετίαν ἐκείνην, * ὅστις ἔμελλεν ἐκνικῆσαι αὐτόν. Zonaras: *Siquidem*, inquit, *in Epiſcopatu, ad quem pertinere dicitur is locus, eo triennio fuit, qui eum locum vindicaret.* Καὶ κατέχει αὐτὴν ἐπὶ τριετίαν ζῶντος καὶ ταῦτα τοῦ δικαιουμένου ἐπ᾽ αὐτῇ ἐπισκόπου καὶ ἡσυχάζοντος, μηκέτι περὶ ταύτης ὀχληθῇ. Balſam. *Et poſſidet*, inquit, *eam parœciam triennio, vivo Epiſcopo, qui illam repetere potuit, & tacente; nequaquam circa eam vexandus eſt.*

b Sic etiam Raim. & Cont. *fuit* pro *fuerit*, Barc. & conc. & corp. can. vox *Eccleſiæ* in conc. & corp. can. deſideratur. Εἰ δὲ μὴ ἦν, προκριματισθῇ ἐν τῇ ματρικι. Tilius, ubi *erat* pro *fuerit* eſt, & vox *eccleſiæ* non eſt. Ἀλλ᾽ ἐχήρευεν ἡ ἐπισκοπὴ προεστῶτος, οὐ προκριματισθήσεται ἐν τῇ ματρικι, αὐτὶ τοῦ οὐ βλαβήσεται ἐκ τοῦ καταγραφῆναι ἐν τῇ ἀπογραφῇ τῶν διαφερόντων τῇ ἐκκλησίᾳ, ἢ ἐπὶ τριετίαν ἐνεμήθη αὐτόν. Zonaras: *Sed ſi viduata eccleſia eſt paſtore, non matrici præjudicium fiet, hoc eſt, non ledetur in conſcriptione eorum, quæ ad eccleſiam pertinent, quamvis triennio alius poſſederit.* Ἐὰν δὲ ἐν τῇ ἐπισκοπῇ ᾗ λέγεται διαφέρειν ὁ τόπος οὐκ ἦν ἐπίσκοπος, ἡ παραδρομὴ τῆς τριετίας οὐκ ἐμποδίσει τὸν μετὰ ταῦτα ψηφισθέντα ἀνακαλεῖσθαι τὴν ἐνορίαν. Theodorus: *Si vero in eo Epiſcopatu, cui dicitur locus pertinere, non eſſet Epiſcopus, curſus triennii non impediet eum, qui poſtea creabitur, ne petat locum ſibi ſubjectum.*

c *Quem* pro *qui* concil. & corp. can. *receperit* pro *acceperit*, Barcin. ut editum eſt, Raim. & Cont. exceptis illis, *qui non habebat*, quæ omiſſa ſunt: *ab ipſo* pro *ex ipſo*, unus ex vet. Gregor. Ἀλλ᾽ ὅτε ὁ χηρεύων τόπος λάβῃ ἐπίσκοπον, ἐξὸν εἴη αὐτῷ ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ἡμέρας ἐντὸς τριετίας ἀναζητῆσαι. Tilius pro χηρεύων eſt in alio χειρεύων, quod non placet: *Sed cum viduatus*, inquit, *locus Epiſcopum accipiet, licitum erit ei ex ea die intra triennium repetere.* Εἰ γὰρ ἐχήρευσεν ἐπισκόπου ἡ ἐκκλησία, ἡ δικαιουμένη ἐπὶ τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ τῇ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως μεταστραφείσῃ. ἐκ τότε ἡ παραδρομὴ τοῦ τριετοῦς χρόνου αὐτὸν βλάψει μεθ᾽ ὃ γένηται ἐπ᾽ αὐτῇ ἐπίσκοπος. Ariſtenus: *Nam ſi eccleſia viduata Epiſcopo eſt, qui jus dicturus erat in eo loco qui ab hæreſi converſus eſt; ex eo tempore triennii lapſus nocebit, ex quo Epiſcopus in ea creatus eſt.* ἀλλ᾽ ἐξέσται τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ ζητῆσαι καὶ ἐκνικῆσαι αὐτὸν ἐν τῷ τριετίας ψηφιζομένης ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ἡμέρας, καθ᾽ ἣν ἐγένετο. Zonaras: *Sed liceat electo Epiſcopo petere, & vindicare eum locum intra triennium computandum ab ea die, qua factus eſt Epiſcopus.* d *Item* pro *Idemque* Raim. & Cont. *Itemque* concil. & corp. can. & duo Tarrac. vox *fidem* in eiſd. concil. & corp. non eſt: quod non improbo. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐὰν ἐπίσκοπος ἐκ τῶν τοῦ Δονάτου μερῶν πρὸς τὴν καθολικὴν ἐπιστρέψῃ. Tilius; hoc eſt: *Similiter vero, & ſi Epiſcopus ex Donati partibus ad catholicam reverſus ſit.* καὶ ὁ μεταστρέφων ἐπίσκοπος ἀπὸ Δονάτου. Ariſten. in epitome: *& reverſus Epiſcopus*, inquit, *a Donati parte.* Ἀλλὰ καὶ παροικία τις ἐπισκόπου τῶν Δονατιστῶν, ἐὰν πρὸς τὴν καθολικὴν ἐπιστρέψῃ ἐκκλησίαν. Idem in comment. *Sed & ſi parœcia aliqua Epiſcopi Donatiſtæ ad catholicam eccleſiam revertatur.* Τοῦτο δὲ κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῶν Δονατιστῶν, ὥστε ἐὰν ἐπίσκοπος αὐτῶν ἐπιστρέψῃ καὶ ἑνωθῇ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, οὗ τόπον τινὰ ἕτερον κατεῖχεν ἐπίσκοπος. Zonaras: *Hoc etiam obtineat*, inquit, *in Donatiſtis, ut ſi quis eorum Epiſcopus reverſus ſit, & conveniat cum catholica eccleſia, ejuſque locus aliquis ab alio Epiſcopo poſſideatur.* Τὸ αὐτὸ δὲ κρατεῖ καὶ ἐπὶ τῶν Δονατιστῶν ἐπιστρεφόντων. Theodorus: *Idem etiam*, inquit, *& in Donatiſtis converſis obtinet.*

e Sic etiam concil. & corpus canon. *præfatum* pro *præfinitum*, unus Tarrac. In veteri Gregor. deſiderantur, quæ ſunt ante verbum *habeat*: eadem habet Contius, & alii: pro ſex ultimis verbis habent hæc libri Gregor. & unus Tarrac. *locum, qui ad ipſam cathedram pertinebat.* Μὴ προκριματισθείη περὶ τοῦ ὁρισθέντος χρόνου, ἀλλ᾽ ἐξ ἧς ἡμέρας ἐπέστρεψεν, ἐχέτω ἐξουσίαν ἀναζητεῖν ἐντὸς τριετίας τοὺς τόπους τῇ αὐτοῦ ἀνήκοντας καθέδρᾳ. Tilius: pro τῇ αὐτοῦ eſt in alio τῇ αὐτῶν quod non æque placet. Græca cum editis conveniunt excepto, quod pro *ad ipſam*, Græci legiſſe videntur *ad ipſius.* Sunt autem Græca Latinis poſteriora in Africanis conciliis. Εἰ ἐν τοῖς τριετίας ὑφ᾽ οὗ ἐπέστρεψεν ἐνάγει, ἐναγέτω. Ariſten. in epitome: *Si intra triennium, a quo tempore reverſus eſt, agit, agat.* Καὶ κατασχεθῇ ἐπὶ πολὺν χρόνον παρὰ τοῦ μεταστρέψαντος αὐτὴν εἰς τὴν ὀρθοδοξίαν, εἶτα προσέλθῃ τῇ ἑνότητι τῆς καθολικῆς πίστεως, καὶ ὁ Δονατιστὴς ἐπίσκοπος

## CAPUT II.

*Ex concilio Maticenſi [a].*

Non ponitur.

UT de rebus eccleſiarum, quæ ab eis per xxx. annorum ſpatium ſine ulla interpellatione poſſeſſæ ſunt, teſtimonia non recipiantur, ſed eo modo contineantur, ſicut res ad fiſcum dominicum pertinentes contineri ſolent.

## CAPUT III.

*Ex regiſtro Gregorii Italicæ patriciæ (b).*

c. 2. eod. t.

NIhil prodeſt (*c*) glorioſiſſima ſanitas, & pulchritudo in ſuperficie corporis, ſi vulnus latet (*d*) intrinſecus, atque illa magis cavenda eſt diſcordia, cui ſatellitium pax præbet exterior. Illud vero, quod in epiſtolis veſtris (*e*) revocare in memoriam noſtram excellentia veſtra ſtudioſe contendit (*f*), ſcriptum eſſe vobis (*g*), nihil cum ſcandalo, nihil cum forali ſtrepitu vobiſcum nos velle de cauſis pauperum diffinire. Hæc nos, & ſcripſiſſe meminimus (*h*), & ſcimus [*i*], nos adjuvante domino (*k*) a cauſarum litigiis eccleſiaſtica moderatione compeſcere: atque ſecundum illum [*l*] Apoſtolicum ſenſum, rapinam bonorum noſtrorum, cum gaudio ſuſtinere [*m*], ſed illud vos ſcire credimus [*n*], taciturnitatem, atque patientiam noſtram futuris poſt me Pontificibus in rebus pauperum præjudicium non facturam.

## CAPUT IV.

*Gregorius [o].*

SAnctorum patrum ſanctiones, & humanæ leges irrefragabiliter ſtatuentes confirmaverunt (*p*), & nos in præſenti concilio [*q*] cum omnibus, qui adſunt nobiſcum, irrefragabiliter [*r*] confirmamus, ut de omnibus poſſeſſionibus (*s*) ad ſingulas provincias noſtrorum fratrum pertinentibus (*t*) a quibus xxx. annis [*u*] poſſeſſæ ſunt, abſque ſynodali proclamatione, quiete, & ſincere (*x*) perpetuo detineantur [*y*], nullaque vox [*z*] audiendi alicui adverſario concedatur. Si vero aliquis (*aa*) præſumpte (*bb*) * temerario ore exorbitaverit, quia contra ſanctorum patrum ſtatuta agit, ſit vinculis (*cc*) indiſſolubiliter innodatus, & penitus extorris ab eccleſia, & a communione fratrum alienus [*dd*].

cap. 3. eod.

* *præſumptor.*

## CAPUT V.

*Gregorius Syracuſano Epiſco (ee).*

Non ponit. Poſt concil. Lat. part. 38. c. 6.

NE religioſorum (*ff*) virorum corda eccle-

πος ἔξεσται αὐτῷ ἐντὸς τριετίας, ἀφ᾽ οὗ ἐπέστρεψεν, ἀνακαλεῖσθαι τὴν ἀνήκουσαν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ παροικίαν. Idem in comment. *& poſſeſſa ſit multo tempore ab eo, qui eam ad orthodoxam fidem convertit, poſtea ipſe quoque Donatiſta Epiſcopus ad unitatem fidei catholicæ pervenit; licet ei intra triennium, ex quo eſt converſus, ad ſe revocare paræciam ſuæ ſedi pertinentem.* Ἔχειν αὐτὸν ἄδειαν ἐν τοῖς τριετίας ψηφιζομένης ἐξότου ἐπέστρεψεν ἀναζητεῖν τοὺς τόπους τοὺς ἀνήκοντας τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ. Zonaras: *habet is poteſtatem intra triennium computandum, ex quo converſus eſt, ea loca repetere, quæ ad ejus eccleſiam pertinent.* Theodorus addit, hæc omnia, quæ de triennii præſcriptione dicuntur, non obtinere poſt editas Juſtiniani conſtitutiones, quibus de XXX. & XL. annorum præſcriptionibus ſacris eccleſiis, & adverſus eas competentibus ſancitur.

*a* *Maricenſi*, Barcin. *Maticum*, vetus Tarrac. non recte: hoc caput nondum in concil. invenimus.

*b* Sic etiam vet. Raim. liber. *Militiæ* pro *Italicæ* Barcin. *Italiæ* unus Tarr. & Contius, & alii; Gregor. *Italicæ Patriciæ*, lib. 2. cap. 96. epiſt. 57. regiſtr. B. Gregorii: vide ſupra cap. 8. de præſumptionibus.

*c* Addi debuit, *Pars cap.* SUSCEPIMUS. Hoc eſt enim ejus epiſt. initium: *Suſcepimus plenas dulcedine litteras veſtras*; & poſt alia, *ſed omnipotens Deus faciat, ut ſicut de vobis nos bona ſentimus, ita mens veſtra nobis bona reſpondeat, & dulcedinem, quam verbis impeditis, exhibeatis operibus. Nihil enim prodeſt* &c. ſic in veteri regiſtr. alii habent *impeditis* pro *impenditis*, & *poteſt* pro *prodeſt*. Recte autem addit Cont. a Raim. prætermiſſa poſt verbum *prodeſt*. *d* Sic etiam Cont. & unus ex editis regiſtri libris; *ſi vulnus animæ latet*, alter editus.

*e* *Noſtris*, Cont. *prædictis*, regiſtr. *ut* pro *in*, mendoſe in editis regiſtris.

*f* Sic etiam regiſtr. *contendis*, Cont. non recte. *g* Sic etiam Cont. *ſcriptum vobis ſciat*, regiſtr. *ſciat nos*, vetus regiſtri liber. *h* Sic vetus regiſtr. *Hoc* pro *Hæc* editus liber; *vobis ſcripſiſſe meminimus*, Raim. & Cont. vox *&*, in vet. Tarrac. non eſt. *i* Hæc uſque ad illa, *ſed illud*, Raim. & Cont. omittunt, ſunt in regiſtr.

*k* *Nos metipſos juvante Domino*, regiſtr. *vos met*, vetus Tarracon. *nos metipſos*, alter; ut editum eſt, olim idem vetus Tarracon. *l* Vox *illum* in uno Tarracon. non eſt.

*m* *Veſtrorum* eſt in epiſt. Pauli ad Hebr. cap. 10. Καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς καὶ μένουσαν: *& bonorum*, inquit, *veſtrorum rapinam cum gaudio accepiſtis, ſcientes habere vos ipſos majora bona in cælis, eaque duratura*: ut editum eſt, in regiſtr. recte; *& rapinam*, habet vetus Tarrac. licet olim, *&*, omiſſum fuiſſet.

*n* *Scire vos*, Raim. & Cont. & in veteri regiſtro: *ſcire nos volumus*, editi libri, non recte: *ſcire vos volumus*, ſcribi debuit. Adduntur poſt verba hujus capitis alia in regiſtro, ex quibus cognoſcimus eam Patriciam in Sicilia fuiſſe, quo Cyprianus diaconus mittebatur, & hortari eam, ut de rebus in contentionem deductis, in eccleſiæ Romanæ utilitatem tranſigat. *o* Sic etiam Raim. & Cont. ſed in concil. nulla inſcriptio eſt, ſed ponitur parte 38. tit. de præſcriptionibus cap. 7. poſt cap. 6. quod eſt Gregorii *Syracuſano Epiſcopo*, quæ inſcriptio eſt cap. 5. in hac collect. Ego ſcriberem, *Gregorius * in Synodo.* In regiſtro B. Gregorii hoc nondum caput inveni, caput 5. inveni. *p* *Sanctorum patrum auctoritas, & humanæ leges irrefragabiliter conſtituentes confirmaverunt*, concil. *Sanctorum patrum ſanctiones ſtatuentes confirmaverunt*, Raimund. & Cont.

*q* *Et nos* Raim. & Cont. aliis omiſſis; ut editum eſt, in concil. cur hæc Raim. prætermiſerit, rationem nullam video: niſi in mendoſum fortaſſe librum incidit. *r* Sic etiam Raim. & Cont. *inviolabiliter* concil.

*s* *Ut omnes poſſeſſiones*, concil. Raim. & Cont. ſed in priori editione concil. *ut de omnibus ad ſingulas ei provincias veſtrorum communio fratrum pertinentibus* mendoſe.

*t* *Pertinentes*, concil. Raimund. & Cont. *pertinentibus* eſt in priori concil. editione.

*u* *Per XXX. annos*, concil. Raimund. & Contius ut editum eſt, in dicta priori edit. concil.

*x* *Et ſecure*, prior editio concil. *y* Sic etiam in concil. *teneantur* Raim. & Cont.

*z* Hæc clauſula eſt in concil. omittitur a Raim. & Cont. *aa* Hæc neque in concil. ſunt, neque in Gregoriana editione. *bb* *Præſumptorum*, Barcin. non male: *præſumptive*, vetus Tarrac. *præſumptuoſus*, alter Tarr.

*cc* *Excommunicationis*, additur in Barcin. quod placet. *dd* *Penitus ſit alienus*, Barcin.

*ee* Sic etiam in conc. addita voce *Item* in principio; ſcribendum eſt: *Greg. Joanni Syracuſano Epiſcopo*, ut lib. 6. c. 200. epiſt. 36. regiſtr. in marg. hujus capitis addi poſſet, *cap. 9. eod. tit.* licet adſcribatur *Alex. III.* ut in collect. 2. cap. 2. *ff* Hæc in 2. collect. omiſſa ſunt; uſque ad illa *Hortamur ergo;* item apud Raim. & Cont.

UNED

cleſiaſticarum (*a*) rerum contentio a mutua, quod abſit, charitate disjungat, magna ſollicitudine ſtudendum eſt, ut facillime finem (*b*) res poſſit in altercatione (*c*) deducta percipere [*d*]. Hortamur ergo [*e*], ut ad (*f*) prædicta loca (*g*), de quibus contentio eſt, debeatis accedere, & conſtituta (*h*) loca, quæ [*i*] in lite ſunt præſentia, jure terminare faciatis (*k*), xl. tantum (*l*) annorum ab utraque parte [*m*] præſcriptione ſervata.

## CAPUT VI.

*Alexander III. Salernitano Archiepiſcopo* (*n*), *pars cap. Licet* (*o*).

cap. 4. eod. DE quarta vero (*p*) decimæ, & oblationis defunctorum clericus (*q*) ab impetitione Epiſcopi quadragenaria (*r*) temporis præſcriptione poſſe tueri (*s*) videtur (*t*), niſi forte interim paſtoralis ſedes (*u*) paſtore caruiſſet, qui jura eccleſiæ ſuæ exigere debuit (*x*): nam Romana (*y*) eccleſia tricennalem præſcriptionem contra eccleſiam non admittit.

## CAPUT VII.

*Alexander* † *Epiſcopus* † (*z*) *Clemens glorioſus martyr in L. ſtemmatum* † (*aa*).

VIgilanti ſtudio cavendum eſt, cum ſumma dimenſio (*bb*) divini judicii [1] ab initio conſuevit (*cc*) propria dimittere, aliena non appetere (*dd*), ne malæ fidei poſſeſſores ſimus in alienis prædiis, atque rebus eccleſiaſticis (*ee*): quoniam nulla antiqua dierum poſſeſſio divino jure [*ff*] juvat aliquem (*gg*) malæ fidei poſſeſſorem, niſi reſipuerit †, poſtquam noverit ſe aliena poſſidere, cum vere [2], etiam [*hh*] bonæ fidei poſſeſſor dici non poſſit (*ii*). Epheſinus † enim † legislator Origenis patruus † (*kk*) ſolum propter vitandam miſerorum ſegnitiem (*ll*), & longi temporis errorem, & confuſionem, primus tricennali, vel quadragena- cap. 5. eod.

li

(1) Alii, *officii.*

[2] Alii, *jure.*

*a* Sic etiam concil. & vetus regiſtri liber; *ſæcularium*, liber editus.

*b Ut facillimum finem*, concil. & regiſtr. *c* Sic etiam vetus regiſtr. *in altercationem*; concil. aptius; *in alteratione*, editus lib. reg. & prior editio concil. *d* Sic etiam regiſtr. & concil. *ſuſcipere*, Barcin.

*e* Ante hæc verba eſt in concil. & *infra*, recte; nam in reg. hæc ſunt; *Quia ergo indicante Cæſario Abbate monaſterii ſancti Petri, quod in loco eſt, qui Bajas dicitur, conſtitutum, comperimus inter eum, & Joannem Abbatem monaſterii ſanctæ Luciæ in Syracuſana civitate conſtituti gravem eſſe exortam de quibuſdam finibus quæſtionem; & ne ipſa inter eos valeat intentio prolongari, certamina eorum agrimenſoris definitione proſpeximus finienda. Et ideo ſcripſimus Fantino Defenſori, ut Joannem agrimenſorem, qui de Romana urbe Panormum profectus eſt, illuc ad fraternitatem veſtram debeat deſtinare.* Mutavimus quædam, quæ in edito non probamus, ut *judicante* pro *indicante*, & *illic* pro *illuc*, & *exhortan*, pro *exortam*, quod recte in veteri eſt, & in alio edito, in quo etiam eſt *indicante*; *illic* tamen retinet. De his verbis agendum erit in collect. 2. cap. 2. hujus tituli.

*f* Sic etiam in concil. & apud Raim. & Cont. *ut cum eo ad*, regiſtr. & in 2. collect.

*g Loca prædicta*, concil. vox *prædicta* in regiſtro non eſt, neque in 2. collectione neque apud Raim. & Cont.

*h Et utraque parte conſtituta cominus*, concil. & *utraque parte quominus inſtituta*, regiſtr. mendoſe; *cominus* tamen eſt in veteri pro *quominus* aptius: *conſtituta* quoque retinendum pro *inſtituta*, ut etiam eſt in alio edito. *Et loca*, 2. collect. omiſſa voce *conſtituta.* *i* Sic etiam concil. & vetus regiſtr. & 2. collectio: *per loca, quæ*, editus liber. *k Veſtra* pro *jure* ſcribendum eſt: *præſenti* pro *præſentia* Barcin. *veſtra faciatis præſentia terminari*, regiſtr. & concil. & Raim. & Cont. *in præſentia* 2. collect. cetera, ut regiſtr. *præſenti auct. terminari faciatis*, duo Tarracon. *l XL. tamen*, regiſtr. & concil. ut editum eſt, 2. collect. & Raim.

*m Utrique parti*, regiſtr. & 2. collect. & Raim. ut editum eſt, in concil. Poſt verba hujus capitis eſt in regiſtr. *Quæque vero definita fuerint, ita ſervari fraternitas veſtra ſollicite, ſtudioſeque provideat; ut denuo nec jurgium exinde aliquod excitari, nec querella ad nos valeat aliqua pervenire*, &c. Poſtremo Cæſarium Abbatem commendat.

*n* Sic etiam d. parte 38. cap. 1. & Raim. & Cont. ſed in Barcin. *Salonitano.*

*o* Sic etiam Cont. Forte integra clauſula exſtat ſub tit. de ſponſa duorum cap. 3.

*p* Sic etiam in concil. vox *vero* a Raimund. omiſſa eſt. *q* Sic etiam Raim. & Cont. *clerici*, concil.

*r Quadraginta*, Cont. mendoſe. *s Se poſſe tueri*, Barcin. & duo Tarrac. & concil. & Raim. & Cont. aptius.

*t* Sic etiam Raim. & Cont. *videntur*, concil. *u* Sic etiam Raim. & Cont. *cathedralis ſedes*, concil.

*x* Sic etiam concil. *exigere debuiſſet*, Raim. & Cont. *y. Sed* pro *nam* concil. *nam* Raim. & Cont. aptius.

*z Alex. III.* duo Tarracon. & Barcin. *Alex. III. Epiſcopus*, Romanus lib. *Idem* Raim. & Cont. ſed in marg. *alias* CLEMENS III. hæc in concil. non ſunt d. parte 38. cap. 5.

*aa Item glorioſus Clemens in li. Stromatum*, concil. minus inepte: quamquam omnia hæc nobis inepta eſſe videantur. Hæc unus Tarrac. & Raim. omiſit. *Clemens martyr*, eſt etiam in priori editione concil. *in lib. ſtromatum*, Rom. cetera, ut edidimus; *martyr.* 1. *vel ſtematum*, vetus Tarracon.

*bb* Hæc verba uſque ad illa, *ne malæ fidei*, Raim. & Cont. omittunt; *quod* pro *cum* eſt in concil. mihi omnia difficilia ſunt; ut editum eſt, Rom. & tres Tarrac. *dimentio ideſt conſideratio*, Alan. qui vocem *officii* adgnoſcit. *cc Conſuerit*, concil. *conſuevit*, Rom. & tres Tarrac. *dd Vero* pro *non* fuit in priori editione concil. non ſine mendo; *non*, Rom. & tres Tarrac. *ee* Sic Rom. & tres Tarracon. hæc Raim. omittit, & Cont. *atque rebus maxime eccleſiaſticis*, concil. *ff* Vox *divino* in concil. non eſt: utraque carent Gregoriani libri: unus tamen ex veteribus eas habet poſtea deletas: ut editum eſt, Rom. & tres Tarrac. Operæ pretium eſt verba Aurelii Auguſtini referre in libro de fide, & operibus cap. 7. *Sicut in jure prædiorum, tandiu quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſime dicitur, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienum: cum vero ſcierit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, tunc malæ fidei perhibebitur, tunc juſte injuſtus vocatur*; refert hæc Grat. 34. q. 1. cap. 5.

*gg Eum*, pro *aliquem* in priori edit. concil. *hh Cum* concil. Raim. & Cont. aliis omiſſis: *cum jure* Barcin. & duo Tarrac. *cum jure etiam*, prior editio concil. & Rom. & unus Tarrac.

*ii Non* in priori editione concil. deſiderabatur. *kk* Sic etiam Rom. & tres Tarrac. *Euphegius enim legislator*, concil. aliis omiſſis; & in marg. *Epheſimus*: ſed in priori edit. concil. *Euphegius tamen legislator Origenis patruus. Epheſinus enim legislator*, Raim. & Cont. ceteris prætermiſſis. Omnia mihi ſuſpecta ſunt, & a ſuperioribus dictis aliena. *Et enim legislator*, ſive *Etenim*, ſive *Et prius legislator*, ſcribi fortaſſe potuit. *Et Epheſinus enim legislator*, unus ex veter. Gregor. *Gratus forte Imp. vel juris peritus*, vetus ſchol.

*ll* Sic omnes: mihi tamen hæc etiam diſplicent: ne rerum dominia in incerto eſſent; ne domini maturius ſuis rebus defraudentur; ne cui longa, & indubitata poſſeſſio debeat auferri: his rationibus utitur Juſtinian.

li [a] poſſeſſioni (b) vigorem legis impoſuit, nobis autem (c) in rebus (d) cognitis, quam in rebus latentibus (e) non habere vigorem placuit [f].

## CAPUT VIII.

*Idem (g).*

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 38. c. 3.

Controverſiam, quæ inter Martinenſem [h], & Formoſolenſem [i] ſuper decimis de villa Levinga (k) mota fuerat (l), nos cum fratribus noſtris pertractavimus; & quidem [m] monachi decimationem (n) ipſius villæ (o) ſuo monaſterio pertinere, tam per Caroli Regis dationem (p), quam per noſtrum privilegium allegabant (q): clerici vero eccleſiæ Formoſolenſis (r) tertiam (s) partem decimæ per xxx. annos (t), & eo amplius ſine interruptione ſynodali, vel legitima (u), poſſediſſe aſſerebant: nos vero (x) utriuſque partis allegationibus (y) diligenter (z) indagatis decrevimus (aa), quod ſi eccleſia de Formoſ. [bb] tertiam partem decimæ per xxx. [cc] annos quiete, & inconcuſſe poſſediſſe (dd) per idoneas perſonas (ee) probare poterit [ff], eam deinceps (gg) ſine inquietatione poſſideat.

## CAPUT IX.

*Idem Mauritano Epiſcopo (hh).*

cap. 6. eod.

Ad aures noſtras te ſignificante (ii) pervenit duas eccleſias ſub examine tuo ſæpius (kk) litigare (ll) ſuper decimis, quas una eccleſiarum (mm) in alterius parochia annis xl. poſſedit, ac per hoc (nn) ejus putat actionem extinctam (oo), altera vero volens eas jure parochiali evincere, præſcriptionem non debere ſibi obeſſe proponit. Ideoque quid juris ſit in hoc caſu, tua nos duxit fraternitas conſulendos. Tuæ itaque (pp) fraternitati litteris præſentibus (qq) innoteſcat, quod divino, & humano jure (rr), melior eſt condicio poſſidentis, quia quadragenalis præſcriptio omnem prorſus actionem ſecludit (ſſ).

## CAPUT X.

*Idem B. Parmenſi Epiſcopo [tt].*

cap. 7. eod.

Cauſam, quæ inter dilectum f. n. I. [uu] Regin. Archid. & nobilem virum G. de Baiſio [xx] ſuper decimis, quas idem G. (yy) & homines ſui habere in curte Folianni (zz) dignoſcuntur, experientiæ tuæ (aaa), de qua plene (bbb) confidimus, committimus audiendam, & mediante juſtitia terminandam. Ideoque f. t. per A. s. pr. (ccc) m. qua. partes ante (ddd) tuam præſentiam convoces, & rationibus auditis (eee) diligenter, & cognitis, contra, & ap. re. (fff) cauſam ipſam debito fine decidas, non obſtante præſcriptione temporis, vel conceſſione [ggg] eccleſiaſticæ ſæcularisve perſonæ, ſi idem G. eam opponere voluerit; quia cum (hhh) laici decimas detinere non poſſint, eas nulla valent præſcribere ratione.

TI-

*a* Sic Raimund. & Cont. *&* pro *vel* concil. & Rom. ego *prius* pro *primus* ſcribo.
*b* Sic etiam concil. & Rom. & tres Tarracon. *præſcriptioni*, Raimund. & Cont.
*c* Hæc in priori edit. concil. non erant, & fortaſſe addita ſunt, & ultima hujus capitis verba.
*d* Sic etiam Rom. & omnes Tarrac. & Raim. & Cont. *in rebus tam*, concil.
*e* Sic Rom. & Tarraconenſes; *quam latentibus*, concil. & Raim. & Cont. Videtur Alexander tollere totam præſcriptionem XXX. & XL. annorum: quod minime dicendum eſt: at ſi mala fides accedat, tollit: hoc quidem obſcure ſignificatur. *f Conſtat*, Rom. *g Alex. III.* Barcin. & duo Tarrac. *Idem Rhemenſi Archiepiſcopo*, concil. *h Marcienſem*, Barcin. *Macularenſem*, concil. *Martuenſem*, vetus Tarrac. *monaſterium Mart.* alter Tarrac. *i Formoſolon. eccleſias*, Barcin. *Formolenſem eccleſias*, concil. *Formolenſem eccleſiam*, vetus Tarr. *Formoſol. eccleſiam*, alter. *k Leuga*, Barcin. *de Remegan.* conc. *de Remegra*, in marg. *Leevinga*, unus Tarr.
*l Mota fuit*, concil. *m Et quidam*, Barcin. & concil. *n Decimam omnem*, concil.
*o Illius villæ*, Barcinon. & concil. *p Donationem*, Barcin. & concil. aptius, & duo Tarrac.
*q Aſſerebant*, vetus Tarrac. *r Eccleſiam Formoſolon.* Barcin. *eccleſiæ Formolen.* concil. *Formoloſon. eccleſiæ*, unus Tarrac. *eccleſiæ Forummolis*, alter. *s Se tertiam*, unus Tarrac. *t XXX. annis*, concil.
*u Vel legali obſervatione*, unus Tarrac. *x* Sic etiam in concil. *nos autem*, Barcin.
*y Rationibus*, *& allegationibus*, concil. plenius. *z* Hæc vox in concil. non eſt.
*aa Decernimus*, unus Tarrac. *bb Formolenſis* concil. *de* omittitur: *de Formo.* unus Tarrac. *de Forummolis*, alter.
*cc* Vox *per* aliquando in vetus Tarrac. non erat. *dd Se poſſediſſe*, concil. & duo Tarrac. *ee Per tres perſonas idoneas*, concil. *per tres idon. pers.* duo Tarracon. *ff Sibi propriare poterit*, concil. quod non placet.
*gg Ea*, pro *eam*, concil. non recte. *hh Maurician. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Mauritano*, Contius & alii. *Mautan.* alter vetus Gregor. *Maurino*, vet. Tarrac. *Mauric.* alter. *ii* Hæc Raim. & Cont. omittunt.
*kk* Hæc etiam ab eiſdem omittuntur. *ll Litigaſſe*, Raim. & Cont. & vetus Tarracon.
*mm Una earum*, Raimund. & Cont. *nn* Recte addit Contius a Raimund. omiſſa.
*oo Ejus actionem putat eſſe extinctam*, Cont. *pp* Vox *itaque* a Raim. & Cont. eſt omiſſa.
*qq Pr.* veteres Greg. voce *litteris* omiſſa: *tenore præſentium*, Cont. & alii; *præ. lit.* unus Tarrac.
*rr Quod de jure*, Raim. *divino*, *& humano*, addit Cont. *quod de divino* &c. duo Tarrac. *de* tamen aliquando in antiquiore non fuerat. *ſſ Excludit*, Raim. *alias ſecludit.* Cont. in marg.
*tt Alex. III. Parmen. Epiſcopo*, Barcin. *Idem Pariſien. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Idem Parmen. Epiſcopo*, Cont. & alii. *Alex. III. PP. electo*, vetus Tarrac. *P. e.* alter: forte *Papienſ. electo.*
*uu* Hæc a Raim. & Contio ſunt omiſſa; *dil. filium n.* vetus Tarrac. *xx De Hanſio*, Barcin. omnia ab eiſdem ſunt omiſſa: *de Barſio*, duo Tarrac. *yy* Hæc omittunt Raim. & Cont. uſque ad vocem *experientiæ*: *terrarum*, ante vocem *quas* additur in vet. Tarrac. & in Barcin *vertitur*, apud Raim. & Cont.
*zz In curce Foliatumante*, Barcin. non ſine mendo: *Foliani*, duo Tarrac.
*aaa* Recte Contius hæc addidit a Raimund. omiſſa. *bbb Multum*, Contius.
*ccc* Sic etiam Contius: *ſ.* deſideratur in Barcinon. *pr.* in Tarracon. uno.
*ddd* Hæc etiam Raimund. & Contius omittunt, uſque ad illa, *cauſam ipſam.*
*eee Hinc inde auditis*, unus Tarracon. *fff Ap. ceſ.* duo Tarracon.
*ggg* Sic etiam Raim. & Cont. *vel conceſſionis*, Barcin. *hhh Quod cum*, vetus Tarrac.

## TITULUS XIX.

## DE SENTENTIA, ET RE JUDICATA.

### CAPUT I.

*Hieronymus ſuper parabolas (a).*

Non ponitur. JUdicium determinat cauſas, & qui imponit ſtulto ſilentium, mitigat iras (b).

### CAPUT II.

*Gregorius I. Primæ Juſtinianæ (c).*

De ſent. & re jud. c. 1. SEntentia contra leges [d], canoneſque [e] prolata, licet non ſit appellatione ſuſpenſa, ipſo tamen (f) non poteſt jure ſubſiſtere; poſtquam tamen [g] ex habundanti, & appellationem (h) tibi conſtat eſſe porrectam, mirati ſumus, cur nec homines (i), qui tui juris [k] potuiſſent rationem reddere, tranſmiſiſti.

### CAPUT III.

*Idem (l).*

JUrgantium controverſias celeri ſententia terminare, & æquitati convenit, & rigori (m). cap. 2. eod.

### CAPUT IV.

*Idem Natali Archiepiſc. Salernitano (n).*

NON poteſt [o] quemquam ſacerdotali gradu [p] niſi juſtis ex cauſis concors ſacerdotum ſententia ſubmovere (q). cap. 3. eod.

### CAPUT V.

*Idem V. Epiſcopo Arelat. (r)*

CUM piæ &c. & infra (s). Ea, quæ ſemel Apoſtolicæ ſedis auctoritate ſancita ſunt, nihil de hoc habent firmitatis [1]. Non ponitur.

CA-

(1) Alii, *Non debent firmitatis robore carere (t).*

*a Salomon in Parabolis*, cap. 26. *b Iras mitigat*, Hieron. *& qui impoſuit ſtulto ſilentium, mitigat iras*, Complut. Γολλὰ χειμάζεται πᾶτα σὰρξ ἀφρόνων, συντρίβεται γὰρ ἡ ἔκστασις αὐτῶν. *Multum æſtuat omnis caro ſtultorum, conteritur enim ſtupor eorum*, Complutenſ. *friget* pro *æſtuat* alii ſcribunt; ego *tempeſtate jactatur* interpretor vim verbi χειμάζεται. Qui Judæorum litteras noverunt, aliter interpretantur: *Magnus format, vel creat omnia, & mercedem dat ſtulto, & mercedem tranſgreſſori*: ſive hac ratione: *Princeps vulnerat, vel coercet omnes.* Tanta eſt interpretum varietas: *terminat* pro *determinat*, olim vetus Tarracon.

*c I.* in Barcin. deſideratur. *Gregorius*, Raim. aliis omiſſis. *Gregorius (Jo. Arch. Primæ Juſtinianæ)* Cont. *Gregorius Joanni Epiſcopo Primæ Juſtinianæ*, lib. 2. epiſt. 6. cap. 45. regiſtr. B. Gregorii. Addi potuit, *Pars cap.* POST LONGAS: hoc enim principium fuit: *Poſt longas tribulationes ſuas, quas Hadrianus Thebanæ civitatis Epiſcopus a conſacerdotibus ſuis, velut ab hoſtibus pertulit, in Romanam civitatem confugit. Et licet adverſus Joannem Lariſſæum Epiſcopum ejus fuiſſet prima ſuggeſtio, non ab eo in cauſis pecuniariis ſervatis legibus judicatum, tamen poſt hæc magis contra perſonam fraternitatis tuæ, a qua non juſte ſe a ſacerdotii gradu flagitabat eſſe dejectum, graviſſime querebatur.* Et poſt alia: *Sed tantum fraternitas tua, neſcio quo mentis motu, divino, humanoque jure contempto, abruptam protulit in ejus damnatione ſententiam.* *d* Eiſdem fere verbis Raim. & Cont. ſed in regiſtro eſt poſt vocem *ſententiam* in fine alterius clauſulæ, quam retulimus: *quæ licet non eſſet appellatione ſuſpenſa, contra leges, canoneſque prolata, ipſo non poterat jure ſubſiſtere.* *e Canoneſve*, Raim. & Cont. & unus Tarrac.

*f Non poteſt tamen ſubſiſtere ipſo jure*, Raim. & Cont. *g* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in regiſtro.

*h* Vox *&* in regiſtro non eſt: neque in uno Tarrac. in altero punctis notatur.

*i* Poſt hæc verba in regiſtr. hæc ſunt: *tuos, ſecundum cautionem Honorato diacono noſtro per reſponſales tuæ eccleſiæ expoſitam.* *k Qui tui judicii*, regiſtr. aptius. Poſt verba hujus capitis, & alia ad eandem rem pertinentia ſequitur pœna tanti criminis; *Caſſatis prius*, inquit, *atque ad nihilum redactis prædictæ ſententiæ tuæ decretis, ex beati Petri Apoſtolorum principis auctoritate decernimus, triginta dierum ſpatio ſacra te communione privatum*, &c. De eadem re agitur epiſt. proxima ad Joannem Epiſcopum Lariſſæum, ex qua eſt 16. q. 1. cap. 52. FRATER.

*l* Sic etiam Raim. & Cont. adde *Joanni Epiſcopo Ravennati*, ex lib. 2. cap. 28. ejuſdem regiſtr. Eſt autem ordo præpoſterus in his capitibus ut in aliis pleriſque. *m Et vigori*, Barcin. & duo Tarrac. & vetus Raim. liber, & regiſtr. *rigori* Cont. & alii; ante verbum *convenit* eſt in regiſtro *proculdubio.* Poſt hujus capitis verba ſequitur commendatio Vigilandi, ſive ut in aliis eſt, *Wilandi*, ſive *Wilandri*, qui cum Gabiniano diacono cauſam habebat. *n Salon.* Barcin. aptius. *Salonitano*, lib. 2. cap. 47. epiſt. 8. regiſtri. *Idem* Raim. & Cont. aliis omiſſis. *Salentano Epiſcopo*, vetus Tarrac. olim. *o* Addi debuit, *Pars cap.* CUM CUNCTA: ſic enim facilius integra epiſt. inveniri potuiſſet; ejus verba hæc ſunt: *Cum cuncta negotia indagandæ ſollicitudine veritatis indigeant, tum quæ ad dejectionem ſacerdotalium graduum pertinent, ſunt diſtrictius trutinanda, in quibus non tam de humanis conſtitutis, quam de divinæ quodammodo benedictionis refragatione tractatur. Quæ res quoque nos in Florentii Tauritanæ civitatis Epiſcopi perſona, ad exhorationem veſtræ fraternitatis admonuit. Nuntiatum ſi quidem nobis eſt, a quibuſdam fuiſſe eum in cauſis criminalibus accuſatum; & nullis canonicis probationibus exquiſitis, nec ſacerdotalis concilii proveniente judicio, eum honoris officio, non jure, ſed auctoritate depoſitum. Quia ergo non poteſt* &c.

*p A*, Raim. & Cont. addunt: *a ſacerdotali gradu*: in regiſtro tamen eſt, *Epiſcopatus gradu.*

*q Removere*, vetus Tarrac. *ſententia ſacerdotum ſubmovere*, alter. Poſt verba hujus capitis additur in regiſtr. *Hortamur fraternitatem veſtram, ut præfatum virum ex eodem, in quo detruſus eſt, eici faciatis, exilio; cauſamque ejus Epiſcopali diſceptatione perquiri; &, ſi in his, in quibus accuſatus eſt, canonica fuerit probatione convictus, canonica proculdubio eſt ultione plectendus. Quod ſi alias, quam de eo æſtimatum eſt, ſynodali fuerit inquiſitione compertum, neceſſe eſt, ut & criminatores, juſti diſtrictionem juris exhorreant*, &c. *r W.* pro *V.* Barcin. *Vergilio Epiſcopo Arelaten.* lib. 7. epiſt. 113. ſive 115. dicti regiſtri. *Vigilio* Grat. & Anſelm. *Trebano Epiſcopo* vetus Tarrac.

*s* Integra clauſula refertur a Grat. 25. q. 2. cap. 9. & ab Anſelm. Lucen. lib 4. cap. 7. rectius: *Cum piæ*, inquit, *deſiderium voluntatis, & laudandæ devotionis intentio ſacerdotalibus ſit ſemper ſtudiis adjuvanda. Dum* pro *Cum* Anſelm. *diffinitionis* pro *devotionis* Grat. mendoſe. Narratur poſtea data fuiſſe privilegia monaſterio cuidam Arelatenſi a Childeberto Rege Francorum, quæ fuerunt a Vigilio Romano Pontifice confirmata. Ea ut obſerventur, præcipit, ab eodem Epiſcopo, utpote Apoſtolica auctoritate roborata: *Nam licet ea, quæ* &c.

*t Debent vinculum habere firmitatis*, Barcin. *nil egeant firmitatis: ex habundanti tamen cuncta, quæ pro hujus rei quiete a prædeceſſore noſtro ſtatuta ſunt, noſtra iterum auctoritate in omnibus roboramus*, &c. regiſtr. in alio libro eſt, *ex habundantia tamen noſtra cuncta* &c. quod non placet: *nihil de habent firmitatis*, unus Tarracon. & Tancr. in ſcholiis inepte. Hoc caput, ut alienum a materia tituli recte eſt a Raim. omiſſum.

## CAPUT VI.

*Leo Epiſcopus univerſis per Cæſarienſem Mauritaniam (a).*

cap. 4. eod. EA, quæ juxta (*b*) eccleſiaſticum morem juſte, & rationabiliter fuerint diffinita, noſtra quoque ſententia [*c*] roborentur.

## CAPUT VII.

*Alexander III. Eborac. Epiſcopo (d), pars cap. In em.* (1) (*e*)

cap. 5. eod. DE cetero noveris, quod ſi ſententiam a nobis latam præcipimus [*f*] per aliquem executioni mandari (*g*), & fraus intervenerit, non eſt facultas de toto negotio executori cognoſcendi (*h*), ſed referri quæſtiones [*i*], quæ inciderint, ad ſedem Apoſtolicam oportebit.

## CAPUT VIII.

*Idem Norwicen. Epiſcopo (k).*

cap. 6. eod. CUM aliquibus adjudicata eſt poſſeſſio, non ſufficit eis pignora dari, (*l*) niſi corporali gaudeant poſſeſſione (*m*).

## CAPUT IX.

*Idem Norwicen. Epiſcopo, & T. & Wi. Archidiac.* [*n*]

LAtor præſentium W. parochianus veſter (*o*) ſua nobis inſinuatione [*p*] monſtravit, quod cum in facie eccleſiæ [*q*] quandam mulierem viduam A. nomine (*r*) legitime deſponſaſſet, & carnalis eſſet [*s*] copula [*t*] ſubſecuta: inter eos ſcandalum eſt ſubortum, cujus occaſione prædictus vir (*u*) ei debitum (*x*) ſubtraxit. Conſanguinei vero jam dictæ mulieris (*y*) hoc moleſtum habentes, coram vobis [*z*] quæſtionem moverunt, proponentes, quod mulierem invitam, & renitentem, nec ætatis aptæ matrimonio exiſtentem duxiſſet uxorem. Et quoniam idem vir (*aa*), ſicut nobis proponitur (*bb*), vitam cupiebat agere diſſolutam [*cc*], demum [*dd*] utriuſque ſtudio interveniente fuerunt minus rationabiliter ſeparati. Nolentes igitur ut matrimonia canonice contracta levitate quadam diſſolvantur [*ee*]; d. u. per A. s. pr. (*ff*) m. quatenus, ſi vobis conſtiterit, prædictos virum, & mulierem (*gg*) per judi- cap. 7. eod.

[1] *In eminenti.*

*a* *Leo Papa*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: ſcribendum eſt, *Leo Epiſcopis univerſis*, &c. aut ut eſt in regiſtro B. Leonis epiſt. 87. quæ aliis eſt 85. & in antiquiori editione 65. & 66. *Leo Epiſcopus univerſis Epiſcopis per Cæſarien. Mauritaniam conſtitutis. Leo Papa univerſis* &c. eſt in uno Tarrac. *Leo univerſis* &c. corp. can. cap. 49. Addi autem potuit initium epiſtolæ his verbis: *Cum de ordinationibus ſacerdotum quædam apud vos illicite uſurpata, crebrior ad nos commeantium ſermo perferret: ratio pietatis exegit*, &c. Et in extrema epiſtula cap. 5. cujus initium eſt, *Illæ autem famulæ Dei* &c. ut apud Grat. 32. q. 5. cap. 14. ſunt verba hujus capitis. Pro *de ordinationibus* in concil. eſt *in ordinat.* in ult. edit. in aliis eſt *de*, & in corp. can.

*b* Verba Leonis ſunt: *Si vero aliæ emerſerint cauſæ, quæ ad ſtatum eccleſiarum, & ad concordiam pertineant ſacerdotum; illic ſub timore domini volumus ventilentur, & de componendis, atque compoſitis omnibus ad nos relatio plena mittatur: ut ea, quæ juxta* &c. In antiquiori editione pro his verbis alia ſunt epiſt. 65. & hæc ipſa epiſt. 66. *Si quæ vero aliæ*, corp. can. & ante *ventilentur* addit *judicio*.

*c* Sic etiam corp. can. & Raim. & Cont. *mea* pro *noſtra*, Leo. Vox *ſententia* hoc loco non judicis ſententiam ſignificat, ſed auctoritatem Pontificis, atque confirmationem: ita hoc quoque caput alienum eſt a re judicata, qua de re agendum erat. In fine additur in regiſtro, & in corp. canon. *Data quarta Idus Auguſti.* Recimero, ut arbitror, Conſule ex aliis litteris ſuperioribus. Erat autem hoc caput ante Gregorii capita ſcribendum, cum fuerit Leo multo antiquior Gregorio. *d* Scribe *Eboracen. Archiepiſcopo*, ut in concil. parte 49. cap. 12. & apud Raimund. & Contium. *Eboracen. Epiſcopo*, unus Tarracon.

*e* IN EMINENTI: *de appellationibus* concil. *pars cap.* CONSULUISTI: Barcin. *P.* C. CONSULUIT, Contius mendoſe: id autem caput, ut in concil. refertur, exſtat in hac collectione ſub tit. de appell. cap. 40. in cujus fine verba hujus capitis referuntur: at in concil. præpoſtere, dicto capiti 12. ſubiicitur caput 13. cujus initium eſt, *In eminenti:* verbum *conſuluiſti* utrubique legitur poſt primam clauſulam. *In eminenti*, unus Tarrac. additur *de appellat.* in ſcholiis. *f* Sic etiam Raim. & Cont. *præceperimus*, d. cap. 40. & in concil.

*g* Sic etiam concil. Raim. & Cont. *mandandam* d. cap. 40. *mandare* eſt in uno Tarrac. non optime.

*h* *Executori de toto negotio cognoſcendi*, d. cap. 40. & Raimund. & Cont. *executori de negotio toto cognoſcere*, concil. vox *executori* in uno Tarracon. non eſt. *i* Sic etiam d. cap. 40. *deferri* pro *referri* unus Tarracon. Raimund. & Contius; *ſed referri quotiens*, concil. mendoſe. *k* *Novien. Epiſcopo*, Tarracon. unus: *Nowic.* Barcin. *Norvicen.* Raim. & Cont. *Epiſcopo Norvvicenſi, & Abbati de Eveſham*, conc. parte 36. tit. de ſententiis, & interlocutionibus cap. 2. forte pars eſt cap. 1. ejuſdem partis, cujus initium fuit, *Scripſimus vobis. Alex. III. Norvic. Epiſcopo*, unus Tarrac. *Idem Nor. E.* alter. *l* Sic olim in vet. Tarrac. mox *pignori dari*.

*m* Sic etiam in concil. *niſi corporali poſſeſſione lætentur*, Raim. & Cont. utrumque minus diſertum eſt.

*n* *Idem Norvvicen. Epiſcopo, & ** Archidiaconis*, in concil. parte 6. tit. de ſponſalibus & matrimonio contrahendo, vel jam contracto, cap. 11. *Idem eidem, & W. Archid.* vetus Gregor. *V.* pro *W.* Cont. & alii: ego *Archidiaconis* ſcribo, cetera, ut edidimus. *Wicen.* vetus Tarrac. *Norvic.* alter. *W.* pro *Wi.* duo Tarrac.

*o* Hæc Raim. & Cont. omiſerunt, ſunt in concil. *Wlmus*, unus Tarracon. pro *W.*

*p* Sic etiam Raim. & Cont. *aſſertione*, concil. *q* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa, leguntur in concil.

*r* Sic etiam in concil. omittuntur a Raim. & Cont. *s* Sic Raim. & Cont. *& carnali*, concil. voce *eſſet* omiſſa.

*t* *Copulatio*, vetus Tarracon. *u* Hæc itidem a Raim. & Cont. ſunt omiſſa, ſint licet in concil.

*x* Sic etiam Raimund. & Cont. *debitum conjugale*, concil. *y* *Vero mulieris*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis: *dictæ mulieris*, concil. prioribus vocibus prætermiſſis. *z* Hæc ſunt in concil. omittunt alii: *nobis* pro *vobis* fuit in priori concil. edit. quod nondum probavi. *aa* Vox *idem* in vetus Tarrac. non eſt.

*bb* Hæc etiam ſunt in concil. & omiſerunt Gregoriani libri.

*cc* Sic etiam Raim. & Cont. *dyſcolam*, concil. quod non placet. Dicebantur dyſcoli, duri, moroſi, ac difficiles, & pene agreſtes viri; at hic aſotus magis, diſſolutus, ac nepos eſſe cupiebat. Paulinum tamen verbum eſt non inelegans Græcis in ea, quam dixi, notione. *dd* Sic etiam Raim. *deinde*, concil.

*ee* Sic etiam in concil. *matrimonia* &c. *diſſolvi*, Raimund. & Contius: *ut* omiſſo.

*ff* Hæc Raim. & Cont. omittunt: *diſcretioni veſtræ per A. ſ.* concil. *pr.* in uno Tarrac. non eſt, ſed hæc poſtea ſunt, *m. atque præcipimus, quat.* *gg* Pro his verbis eſt in Gregorianis *eos*: ut editum eſt, in concil. *uxorem* pro *mulierem*, unus Tarracon.

dicium eccleſiæ non fuiſſe legitime ſeparatos (*a*), eccleſiamque deceptam, ipſos quoque contra. & ap. re. (*b*) faciatis, ſicut virum, & uxorem inſimul permanere.

CAPUT X.

*Idem Theobaldo eccleſiæ Sanctæ Anaſta.* (*c*)

cap. 8. eod. CUM cauſa, quæ vertitur inter vos, & Gozonem, & Armanum (*d*) laicos ſuper domo quadam eis ab Archipresbytero (*e*) veſtro vendita, ad examen filii n. [*f*] I. Baſilicæ xii. Apoſtolorum presbyteri Cardinalis, tunc [*g*] Ap. Sed. Leg. (*h*) delata fuiſſet, poſt datas indutias (*i*), & appellationem ad nos factam, quam infra [*k*] terminum tibi filii T. ad eam proſequendam præſcriptum (*l*), iter ad nos veniendi (*m*) non arripueras, contra te ſententiam tulerit (*n*), & memoratis (*o*) G. & A. prætaxatam domum ſecundum Veronenſis (*p*) civitatis conſuetudinem, adjudicavit (*q*). Demum vero (*r*) cum cauſa fuiſſet ad nos per appellationem delata, eam venerabili (*s*) fratri noſtro R. Brixienſi Epiſcopo ap. remota delegavimus finiendam; qui utique rationibus hinc inde diligenter auditis, & cognitis ſententiam contra vos ſpreta forma canonum, ſecundum Veronen. civitatis (*t*) conſuetudinem, ſicut & præfatus Cardinalis [*u*] fecerat, promulgavit. Nos

* Nos autem tandem. autem * cum tandem (*x*) utraque pars noſtro ſe conſpectui præſentaſſet [*y*], diligentius con-

*Tom. IV.* Q

ſiderantes, quod licet uſus, vel conſuetudinis (*z*) non minima ſit auctoritas, numquam tamen veritati, aut legi præjudicat, præſcriptam ſententiam, de communi fratrum noſtrorum conſilio (*aa*) revocavimus, & vos a prælibator. [*bb*] G. & A. ſuper hac impetitione abſolventes, vobis, & eccleſiæ veſtræ ſæpedictam domum (*cc*) Apoſtolica auctoritate adjudicamus (*dd*).

TITULUS XX.

DE APPELLATIONIBUS, ET RECUSATIONIBUS [*ee*].

CAPUT I.

*Alexander III. Exon. Epiſcopo, & Decano Lundon.* (*ff*)

DIlecti filii noſtri (*gg*) prior, & canonici De app. c. 1. & de jud. c. 6. [*hh*] de Giſeburna (*ii*) gravem admodum, & difficilem nobis (*kk*) querimoniam tranſmiſerunt, quod venerabilis frater noſter R. (*ll*) Eboracen. Archiepiſcopus, & A. S. L. [*mm*] eundem priorem poſt appellationem ad nos factam (*nn*) ſuſpendit, & eccleſias ſuas [*oo*] interdixit, & canonicos, ſi eidem tamquam priori obedirent, excommunicatos (*pp*) denuntiavit, & infra. Super quibus omnibus (*qq*) rei veritatem per idoneas perſonas, & famam loci ſollicite inquiratis (*rr*), & ſi ita eſſe (*ſſ*) inveneritis, eccleſiarum conceſſiones taliter factas (*tt*), niſi prior, & canonici malitioſe diſtulerunt (*uu*) eas, quantum ad ſe pertinet [*xx*], or-

*a* Sic etiam Raimund. & Cont. *rationabiliter ſeparatos*, concil. quod non æque placet.

*b* *Ceſ.* pro *re.* Barcin. & in duobus Tarrac. *contradictione, & appellatione ceſſante*, concil. vox *quoque* in eiſdem libris deſideratur, omnia in Gregorianis. *c* Mendoſe: *Idem Theobaldo, & canonicis ſanctæ Anaſtaſiæ Veron.* unus ex veteribus Gregor. aptius. *Idem*, aliis omiſſis altera antiquior. *Idem T. & clericis S. Anaſtaſiæ Veron.* Cont. & alii, non male. *Alex. III.* pro *Idem*, duo Tarrac.

*d* *Gorron.* pro *Gozonem.* Barcin. *G. & A.* Raim. & Cont. *Gor. & Armannum*, unus Tarracon.

*e* *Ab Archiepiſcopo* vetus Gregor. non recte. Cont. & alii, ut editum eſt.

*f* *Dilecti filii n.* Barcin. & duo Tarrac. aptius. Raim. & Cont. omnia ſuppreſſerunt ſine aliqua tamen noxa: *noſtri* pro *n.* unus Tarracon. *g* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa. *h* *Apoſtolicæ ſedis Legati*, duo Tarrac. apertius. *i* *Poſt appellationem ad nos interpoſitam, & receptas indutias*, Raim. & Cont.

*k* Scribendum, *quoniam intra*, ut habent Gregoriani, ſive *quoniam infra*, ut eſt in uno Tarrac.

*l* *Præfixum*, Raimund. & Contius. *m* Recte hæc omiſit Raimund.

*n* *Tulit*, Barcin. & duo Tarracon. *proferens*, Raim. & Cont. *tulit ſententiam*, vetus Tarrac.

*o* Vox *&* in Gregorianis non eſt. *p* *Nonnenſis*, vetus Gregor. quod nondum probavi. *Veron.* Cont. & alii, & poſtea. *q* *Adjudicare curavit*, Raim. & Cont. mutationis cauſam ignoro.

*r* *Deinde*, Raim. & Cont. & duo Tarrac. *s* Pro his verbis, uſque ad verbum *ſententiam*, Raim. & Cont. habent, *Brixien. Epiſcoτus delegatus a nobis.* *t* *Secundum eandem*, Raim. & Cont. *ſed*, additur in uno ex veter. Gregor. *u* *Præfatus legatus*, Raim. omiſſa voce *&*. *x* Hæc etiam in Gregor. non ſunt, uſque ad verbum *conſiderantes.* *y* *Repræſentaſſet*, Barcin. *z* Ob hæc verba apte ſub tit. de conſuetudine caput hoc ſtatui poſſet: ſed in Gregor. collect. caput ult. plenius de eadem re ſtatuit. *aa* Hæc omittunt Raimund. & Cont. vox *noſtror.* in Barcin. omittitur *bb* *Ab impetitione abſolventes illorum*, Raim. & Cont.

*cc* *Domum adjudicavimus ſæpedictam*, veteres Gregor. *ſupra* pro *ſæpe* Cont. & alii: vox *ſæpe* in Barcin. deſideratur.

*dd* *Adjudicavimus*, unus Tarrac. *ee* Duo poſteriora verba in uno Tarrac. deſiderantur.

*ff* Tria ultima verba in Barcin. non ſunt. *Exonien.* pro *Exon.* & *Lincolnien.* pro *Lundon.* in concil. parte 10. tit. de appell. cap. 1. *Exen. Epiſcopo, & Dec. Lund.* vet. Gregor. tit. de judiciis, *Exon. Epiſcopo, & Decan. Lund.* tit. de appellat. *Exonen. Epiſcopo, & capitulo Londonen.* Cont. & alii cap. 6. de jud. *Exonen. Epiſcopo, & Decano Lundonen.* cap. 1. de appell. *Exon. Epiſcopo, & Decano Lugdunen.* alter minus vet. Gregor. d. c. 6. *Exonen. Epiſcopo, & Decano Lundon.* d. cap. 1. *Licanum, Decano*, vetus Tarracon. *Decano Licon.* alter.

*gg* Sic etiam in concil. vox *noſtri* a Raim. & Contio eſt omiſſa, & a duobus Tarrac.

*hh* Sic etiam concil. *& clerici*, Raim. & Cont. *ii* *De Giſebuir*, concil. *de Gyſeberen.* vetus Gregor. tit. de app. *de Giſchurn.* cap. 6. de jud. *de Giſebergien.* Cont. & alii d. cap. 1. de app. *de Guiſeburnen.* d. cap. 6. *de Guiſebut*, alter vet. Gregor. d. cap. 6. *de Geſebur*, d. cap. 1. *de Geſebet*, olim vetus Tarrac. mox *de Giſebet*: *de Giſebum*, alter Tarrac. *kk* Hæc Raim. & Cont. omittunt, ſunt in concil. vox *nobis* eſt in uno ex veteribus Gregor. *ll* Sic etiam in concil. ſed ea Raim. omiſit. *mm* *Apoſtolicæ ſedis legatus*, concil. & Raim. tit. de appell. namque ſub tit. de judiciis mutata ſunt verba: *contra Eboracen. Archiepiſcopum Ap. ſedis legatum gravem querimoniam tranſmiſerunt, & infra.* *nn* Sic etiam in concil. hæc omittunt Raim. & Cont.

*oo* Sic in concil. *ſuas eccleſias* Raim. & omiſſo. *pp* Sic etiam Raimund. *tanquam excommunicatos*, concil.

*qq* *Super quibus autem omnibus* concil. *Super quibus*, Raimund. & Contius.

*rr* Sic etiam in concil. *ſi veritate* &c. *ſollicite inquiſita*, Raimund. & Contius.

*ſſ* Hæc ab eiſdem omittuntur: ſunt autem in concil. *tt* Vox *taliter* in Gregor. non eſt, eſt tamen in concil. *uu* *Diſtulerint*, concil. & Raim. & Cont. & vetus Tarracon. *xx* Sic etiam Raim. & Cont. *pertinent*, concil.

UNED

ordinare, nullius ap. ob. (*a*) revocetis auctoritate noſtra in irritum [*b*]: & priori, & canonicis (*c*) eccleſias ipſas reſtitui faciatis (*d*), & tam [*e*] vicarios, quam juratos eorum canonicorum (*f*) juramentum priſtinum (*g*) ſervare cogatis, niſi fuerit a priore inique extortum, & infra. Proviſuri (*h*) attentius, ne ita ſubtiliter, ſicut a multis fieri ſolet, cujuſmodi actio intendatur (*i*), inquiratis; ſed ſimpliciter, & pure factum ipſum, & rei veritatem, ſecundum formam canonum, & ſanctorum patrum [*k*] inveſtigetis (*l*).

## CAPUT II.

*Idem Archiepiſcopo Remenſi.*

c. 2. eod. t. INter ceteras, & infra (*m*). Super eo vero (*n*), quod Abbas Sancti Apollinaris in clauſtro (*o*) a te (*p*) appellationem (*q*) interpoſuit (*r*) generalem ſuper omni cauſa (*s*), quæ aliquo tempore [*t*] adverſus eum poſſet moveri (*u*), ipſum exinde redarguimus, nec hujuſmodi ap. [*x*] duximus (*y*) admittendam.

## CAPUT III.

*Idem Abbati Sancti Petri* (*z*). *Super dubia* (*aa*).

cap. 3. eod. AD noſtram (*bb*) noveris audientiam perveniſſe; quod ſi quando ſubditos tuos (*cc*) vis pro exceſſibus ſuis, ſecundum regulam S. Benedicti (*dd*), & inſtitutionem tui ordinis corrigere (*ee*), & caſtigare; ipſi, ut malitiam liberius ſuam valeant exercere (*ff*), ad remedium appellationis confugiunt. Quia vero (*gg*) remedium appellationis (*hh*) non ideo fuit inventum [*ii*], ut alicui a religionis, & ordinis obſervantia exorbitanti debeat in ſua nequitia (*kk*) exhibere patrocinium: d. t. per A. s. pr. m. (*ll*) qua. ſi quando quilibet ſubditorum [*mm*] ne ipſum pro ſuis [*nn*] exceſſibus corrigas, & caſtiges, ad remedium appellationis convolaverit (*oo*), non ideo minus eum, juxta [*pp*] tenorem mandati, quod in prædicta (*qq*) regula continetur, & inſtitutione [*rr*] corrigas, & caſtiges [*ſſ*].

## CAPUT IV.

*Idem Norwicen. Epiſcopo* (*tt*).

PErſonas eccleſiarum in tua (*uu*) diœceſi conſiſtentium, ita tuis, & dominorum fundi authenticis ſcriptis præmunias, ut cum aliquam perſonam eccleſiarum illarum (*xx*) decedere forte contigerit, decedentis filius, vel vicarius ſeu alius quilibet perſonatum eccleſiæ vacantis viro idoneo conferendi tibi viam præcludere aliqua calliditate non poſſit. Quod ſi aliquis talium (*yy*), fruſtratoriæ dilationis cauſa [*zz*] ad noſtram audientiam appellaverit, & appellationi ſuæ prolixum terminum præfixerit, tu ei diem, infra quem [*aaa*] Apoſtolicam ſedem poſſit convenienter adire, aſſignes; c. 4. eod. t.

*a* Hæc etiam Raim. omiſit; *nullius appellatione obſtante*, concil.
*b* *Auctoritate noſtra revocetis in irritum*, concil. *in irritum revocetis eaſdem*, Raim. & Cont.
*c* Hæc uſque ad verbum *Proviſuri* Raim. & Cont. omittunt: ſunt autem in concil. *& priori*, in Barcinon. non ſunt. *d* *Reſtitui facientes*, Barcin. & concil. & duo Tarrac. *e* Vox *&* in concil. non eſt neque in duobus Tarracon. *f* *Eorundem* pro *eorum* concil. aptius. *g* *Præſtitum* concil. & unus Tarrac. quod probo.
*h* Sic etiam in concil. *Provideatis*, Raim. & Cont. *i* *Actio intentetur*, Raim. & Cont. ut editum eſt, concil.
*k* *Statutis*, in Barcin. additur non recte: *inſtituta*, duo Tarracon. & Raim. & Cont. *& ſtatuta ſanctorum patrum*, concil. *l* Sic etiam concil. *inveſtigare curetis*, Raim. & Cont. cur mutatum ſit, divinare nequeo.
*m* *Pars cap.* INTER CETERAS, Barcin. *cetera* pro *ceteras* unus Tarrac. & Raim. & Cont. aptius: omnia deſiderantur in veteri Tarrac. & in concil. d. parte 10. cap. 2. Integram clauſulam invenies cap. 28. hujus tituli, *Ravennati Archiepiſcopo* inſcripto, non *Remen.* *n* Vox *vero* ab aliis omittitur, Barcin. duobus. Tarrac. concil. & Raim. eſt cap. 28. in duobus Tarrac. & in Barcin. non eſt in veteri Tarrac.
*o* Hæc non ſunt d. cap. 28. *p* *Ad te*, unus Tarracon. hic, & d. cap. 28.
*q* Sic etiam Raim. & Cont. *appellans*, concil. non ſine mendo: *appellationem* d. cap. 28.
*r* *Impoſuit*, concil. non recte, *interpoſuit*, Raimund. & d. cap. 28. *interpoſuerit*, vetus Tarrac.
*s* Sic etiam Raim. & Cont. & d. cap. 28. *ſuper omnem cauſam*, concil.
*t* Hæc in duobus veteribus Gregor. deſiderantur: ſunt in concil. & apud Cont. & alios, & d. cap. 28.
*u* Sic etiam in concil. & in veteribus Gregor. & d. c. 28. *poſſit* pro *poſſet*, Cont. & alii, quod non æque placet.
*x* *Appellationem*, duo Tarrac. & d. cap. 28. *y* Sic etiam d. cap. 28. & Raim. & Cont. *dicimus*, concil. Poſt verba hujus capitis exſtant alia d. cap. 28. Hoc quidem certe caput omitti debuit: cur enim eadem bis ſub eodem titulo ponuntur? *z* Sic etiam in concil. & Raim. & Cont. vox *Abbati* in Barcin. non eſt. *P.* pro *Petri* vetus Tarrac. *aa* *Super Divam*, Barcin. *de Diva*, concil. d. p. 10. cap. 4. omnia ſunt omiſſa a Raim. & Cont. & a vet. Tarrac. credo eſſe conjungenda hæc verba cum aliis, ut ſint pars inſcriptionis, non initium capituli. *Super omniu*, ſive *dñia*, alter Tarrac. *bb* Recte Cont. addidit omiſſa a Raim. quæ ſunt etiam in concil. *cc* Vox *tuos* in Barcin. non eſt; *ſubitos tuos* Cont. non recte: ut editum eſt, concil.
*dd* Sic etiam in concil. *B.* pro *S.* Barcin. & Cont. *beati*, duo Tarrac. *ee* *Corripere*, unus Tarrac.
*ff* *Maleant*, pro *valeant* Cont. non ſine mendo; *exercere valeant*, concil. *gg* *Proſiliunt. Sed quia*, vet. Tarr.
*hh* *Remedium illud*, vet. Tarrac. *ii* Sic etiam in concil. *eſt* pro *fuit* Raim. & Cont.
*kk* Sic etiam Raim. & Cont. *permanenti*, addit Barcin. cujus vocis veſtigia exſtant in vet. Tarracon. *in ſua malitia*, concil. *ll* *Diſcretioni tuæ taliter*, &c. concil. aliis omiſſis. *Mandamus*, Raim. & Cont. ceteris etiam præteritis: *dis. v.* pro *d. t.* duo Tarrac. *mm* *Tuorum*, addunt Raimund. & Cont. & concil. non male.
*nn* Hæc omittunt Raim. & Contius; ſunt in concil. *oo* *Confugerit*, vetus Tarrac.
*pp* *Secundum*, Tarrac. vetus. *qq* Sic etiam Raim. & Cont. *in ſcripta*, concil. *in præſcripta*, rectius foret.
*rr* *Et inſtitutionem*, Barcin. *& inſtitutione ordinis* veteres Gregor. *& inſtitutionem ordinis*, Cont. & alii: *& inſtitutionem ordinis tui*, concil. ſic initio hujus capitis. *ſſ* Sic etiam Raim. & Cont. non ſunt hæc verba in concil. neque in Barcinon. neque in vet. Tarracon. ſunt in aliis duobus.
*tt* *Vicen. Epiſcopo*, Barcin. ut editum eſt, in concil. d. parte 10. cap. 5. *Norvicen. Epiſcopo*, Raim. & Cont. cap. 4. de appell. quamvis in marg. Cont. *Nicenſi*; at cap. 20. de teſtibus *Norvic. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Novicen. Epiſcopo*, Cont. & alii. *uu* Recte Cont. addita a Raim. omiſſa d. cap. 4. non recte d. cap. 20. nihil ſcripſit: ſunt autem omnia in concil. *xx* Sic etiam Cont. *aliquem iſtorum*, concil.
*yy* Sic etiam in concil. *Quod ſi quis*, Cont. *Si aliquis*, veteres Gregor. *Si quis*, alii.
*zz* Hæc omittunt Raimund. & Contius: ſunt autem in concil.
*aaa* *Terminum*, *infra quem*, concil. *diem*, *infra quam*, unus Tarracon. & veteres Gregor. *diem*, *intra quem*, Cont.

Cont.

gnes; & ſi ad illum (*a*) venire contempſerit, tu illum ex tunc judicio tuo ſuper his, quæ in quæſtione vertuntur, ſine contradictione aliqua ſtare, omni excuſatione, & ap. ceſ. diſtricte (*b*) compellas. Si autem quiſquam appellationi ſuæ congruentem terminum præfigat, nec tamen cauſam ad diem appellationis fuerit proſecutus, ipſum nihilominus ex tunc (*c*) ſententiæ tuæ, ſicut de alio diximus [*d*], ap. re. parere conſtringas. Verum, ſi coram te (*e*), vel alio quolibet hujuſmodi (*f*) negotia ventilentur, nolumus, ut aliqui (*g*) morbo conſimili laborantes, ſi certum ſit, aut legitime poſſint convinci, ſuper his [*h*] ſi ab alterutra parte adducti fuerint (*i*), in teſtimonium recipiantur [*k*].

## CAPUT V.

*Idem Henrico Remenſi Archiepiſcopo* (*l*).

cap. 5. eod. CUM ſit Romana eccleſia caput (*m*), & magiſtra omnium eccleſiarum diſponente domino conſtituta, & ad eandem conſultationes, & quæſtiones de diverſis mundi partibus merito referantur (*n*), quod eam [*o*] ſuper variis juris quæſtionibus conſul. (*p*) gratulamur [*q*], & prudentiam tuam non immerito commendamus; inde eſt, quod. f. t. per A. s. litteris præſentibus dignum duximus reſpondendum (*r*); ſi fruſtratoriæ dilationis cauſa, vel etiam neceſſario (*s*) ante ſententiam, vel poſtea fuerit appellatum, hujuſmodi appellantibus annus (*t*) indulgetur, aut ſi neceſſaria (*u*), & evidens neceſſitas apparuerit, indulgetur biennium, niſi forte judex, a quo appellatum fuerit, ſecundum locorum, & provinciarum (*x*) diſtantiam, & qualitatem temporis [*y*], reciſius tempus fuerit moderatus. Ita quod (*z*) ſi is, qui appellaverit, cauſam appellationis non fuerit proſecutus, tenebit ſententia. Si poſt ſententiam appellaverit, & a cauſa ſua cecidiſſe (*aa*) videtur, nec amplius ſuper eodem (*bb*) negotio audietur appellans. Si vero a gravamine, & ante [*cc*] litis ingreſſum fuerit appellatum, hujuſmodi audietur appellans, quoniam ſacri canones paſſim appellare permittunt (*dd*). Si vero ante (*ee*) ſententiam appellaverit (*ff*), cogitur illius (*gg*) ſtare judicio, ad quem (*hh*) noſcitur appellaſſe. Si autem in agro (*ii*), vel alias ante ingreſſum cauſæ fuerit appellatum, non ſolent hujuſmodi dici appellationes, ſed ad cauſam provocationes (*kk*). Præterea ſi raptor ſit, vel alias [*ll*] violentus detentor alienæ rei is, qui [*mm*] appellat, hujuſmodi appellatio facta in judicio apud eccleſiaſticas perſonas audiri ſolet, niſi forte manifeſtus [*nn*] raptor, vel fornificator exiſtat, ſicut ille, quem abſentem, & inrequiſitum (*oo*) Apoſtolus excommunicavit.

## CAPUT VI.

*Idem in eadem* (*pp*).

AD hæc ſi in una (*qq*) cauſa aliquis (*rr*) appellaverit, & pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius commiſiſſe cap. 6. eod.

Q 2

Cont. & alii. *a Et ſi ad illam*, concil. *ad quam ſi*, Raim. & Cont. *b* Hæc Raim. & Cont. omittunt, ſunt autem in concil. *c* Sic etiam in concil. *ex tunc* in vet. Gregor. non eſt: eſt apud Cont. & alios.

*d Alia*, pro *alio* concil. *de alio duximus*, vetus Gregor. *diximus* Contius, & alii.

*e* Hæc Raim. ſub tit. de teſtibus conſcripſit. *f* Hæc vox eſt in concil. non eſt apud Raim. & Cont.

*g* Sic etiam Raim. vox *aliqui* in concil. deſideratur: *volumus, ut aliqui*, Cont. mendoſe.

*h* Sine ſcilicet nota hoc eſt ſine diſtinctione, eadem verba ſunt in concil. *ſuper hoc poſſint convinci*, Raim. & Cont. *poſſit* pro *poſſint*, vetus Tarracon. *i* Sic etiam in concil. *deducti fuerint*, Barcin. *teſtes adducti fuerint*, Raim. & Cont. & vetus Tarrac. *k* Sic etiam in concil. *admittantur*, Raim. & Cont. quod æque placet.

*l H.* pro *Henrico* concil. utrumque in uno Tarracon. deſideratur, & in Gregor.

*m* Recte Cont. addidit omiſſa a Raim. quæ ſunt in concil. d. parte 10. cap. 6. *ſancta* additur in uno Tarr. & in Barcin. ante *Romana*. Vide cap. 9. de ſimonia, in hac collectione. *n* Sic etiam Cont. *merito* in concil. non eſt: *non immerito referantur*, vetus Tarrac. *merito referuntur*, alter Tarracon.

*o Qui eam* vetus Tarrac. *p Quæſtionibus conſulis*, concil. & Cont. omiſſa voce *juris*: *conſulis*, duo Tarrac. cetera, ut edita ſunt. *q Congratulamur*, unus Tarrac. *r F. t. ſcriptis præſentibus* &c. ut edita ſunt, Barcin. *fraternitati tuæ taliter reſpondentes præſenti ſcripto duximus reſpondendum*, concil. *ſcriptis præſentibus f. t. duximus reſpondendum*, Cont. *F. t. duximus reſpondendum, quod*, Raim. ego ex editis vocem *dignum* amoveo, cetera placent; *fra. tuæ ſcriptis dignum duximus præſentibus reſpondere*, vetus Tarrac. *f. t. litteris præſentibus reſpondendum dignum duximus*, alter Tarrac. *s* Hæc Raim. & Cont. omiſerunt, ſint licet in concil.

*t* Sic etiam veteres Gregor. *appellationibus annus*, concil. & Cont. & alii, & unus Tarrac.

*u* Sic etiam concil. *aut ex neceſſaria, & evidenti cauſa biennium*, Raim. & Cont. non male.

*x* Hæc omiſit Raim. & Cont. ſunt autem in concil. *y* Sic etiam in concil. *vel negotii*, Barcin. addit: *& perſonarum, & negotii qualitatem*, Raimund. & Cont. *& negotii qualitatem*, unus Tarrac.

*z Infra quod*, veteres Gregor. Barcin. unus Tarrac. & concil. *intra quod*, Cont. & alii, quod magis placet. *Itaque* pro *Ita quod*, prior concil. editio. *aa Recidiſſe*, prior concil. editio, non recte.

*bb In eodem*, prior editio concil. *cc Etiam ante*, unus ex veter. Gregor.

*dd* Sic etiam in concil. Ante hæc verba Raim. addidit, *etiam extra judicium*. Poſt hæc verba inſeruit quædam, quæ in hac collectione, & in concil. poſteriora ſunt: *nec ſolent hujuſmodi dici appellationes, ſed provocationes ad cauſam*, Cont. ut Raim. *ee Si autem ante*, Raim. *ff Appellavit*, concil. *quis appellaverit*, Raim. & Cont.

*gg* Sic etiam Raim. & Cont. *cogetur illius*, Barcin. & concil. *hh A quo*, unus ex veter. Gregor.

*ii* Hæc ab eiſdem ſunt omiſſa, leguntur autem in concil. *vero* pro *autem*, vetus Tarrac.

*kk* Sic concil. & Raim. *vocationes*, Barcin. & prior editio concil. & olim vetus Tarrac. PROVOCO in denario Porcii Lecæ vidimus, propterea quod lege Porcia provocatio data eſt plebejo cuilibet civi Romano, ſi a magiſtratu Romano cæderetur indicta cauſa. *ll* Sic etiam in concil. *vel alius*, Barcinon. & unus Tarracon. vox *alias* a Raimund. eſt omiſſa. *mm* Sic in concil. *is*, deſideratur apud Raimund.

*nn* Sic etiam Raimund. & Contius: *niſi manifeſtiſſimus*, concil.

*oo Et non requiſitum*, concil. *& irrequiſitum*, Raim. Vidend. epiſt. 2. Pauli ad Corinthios cap. 5.

*pp Eodem* pro *eadem* Barcin. & vetus Tarrac. mendoſe. *Idem eidem*, Raim. & Cont. *Idem Rhemenſi Archiepiſcopo. Pars cap.* CUM SIT ROMANA: in concil. d. parte 10. cap. 15.

*qq* Sic etiam Raim. & Cont. *Si in una*, concil. *rr* Sic etiam in concil. *cauſa quis*, Raim.

ſe dicatur, vel modo etiam accuſetur, vel conveniatur (*a*) de alia (*b*) re, de qua (*c*) non ſit appellatum; & illam perferri [*d*] contingat ad audientiam judicis, a quo etiam (*e*) in alio negotio (*f*) appellaverit [*g*]; eum poteſt, ſi voluerit, tamquam ſuſpectum vitare, alioquin debebit (*h*) ejus ſtare judicio [*i*], a quo fuerat appellatum (*k*), maxime ſi judex ſuus (*l*) ordinarius exiſtat (*m*).

## CAPUT VII.

*Idem in eadem* (*n*).

cap. 7. eod. SI duobus coram ſuo (*o*) judice litigantibus, alter ad noſtram, alter ad ſui judicis audientiam ſuper eodem negotio appellavit (*p*), & ille, qui ad ſuum judicem appellavit, & ad (*q*) diem appellationis veniens, appellaſſe ſe ad eum proponit, eo tacito, quod adverſarius ejus ad audientiam Romani Pontificis (*r*) appellaſſet [*s*], ſi legitime citatus nec venit, nec aliquem miſerit reſponſalem (*t*), aut etiam (*u*) alias parere contemnit (*x*), & in eum [*y*] ſententiam excommunicationis (*z*) tulerit, tenebit excommunicationis ſententia pro contumacia (*aa*), niſi cognoverit judex [*bb*] eum ad audientiam Romani Pontificis (*cc*) appellaſſe. Denique quod (*dd*) in fine quæſtionum tuarum [*ee*] quæris, ſi a civili judice ante judicium, vel poſt ad noſtram audientiam fuerit appellatum: an hujuſmodi appellatio teneat? tenet quidem in iis, qui noſtræ ſunt temporali (*ff*) juriſdictioni ſubjecti. In aliis vero ſi de conſuetudine (*gg*) eccleſiæ teneat, ſecundum tamen (*hh*) juris rigorem tenere non credimus.

## CAPUT VIII.

*Idem Plebano, & clericis Sancti Nazari de Albareto* (*ii*).

EX ratione &c. & infra (*kk*). Verum poſt cap. 8. eod.
appellationem (*ll*), poſtquam biennium eſt elapſum (*mm*), factam (*nn*) a ſententia (*oo*), quæ fuerat (*pp*) contra vos prolata, de controverſia, quam habuiſtis in eccleſia Solariæ (*qq*), proſecuti non eſtis, dummodo proſecutionem ipſius appellationis (*rr*) per impotentiam vos conſtiterit omiſiſſe, nolumus, quod juſtitiæ veſtræ debeat aliquatenus præjudicare (*ſſ*).

## CAPUT IX.

*Idem Wigor. Episcopo, & cet.* (*tt*)

MEminimus &c. & infra (*uu*). Ceterum, cap. 9. eod.
cum aliquam cauſam tibi contigerit [*xx*] ap. re. (*yy*) commiſſam fuiſſe (*zz*), & adverſa [*aaa*] pars poſt citationem factam (*bbb*) iter arripuerit (*ccc*) ad ſedem Apoſtolicam veniendi, non minus (*ddd*) poteris [*eee*] in cogni-

*a* Sic in concil. *aut* pro *vel* Raim. *accuſatur*, *vel convenitur*, in priori edit. concil.
*b De aliqua* unus Tarrac. *c Re*, *ſuper qua*, Raim. & Cont. & concil. in poſteriori edit. ſed in priori, ut editum eſt. *d Proferri*, unus Tarrac. & duo Gregor. *e* Sic in concil. vox *etiam* omittitur a Raim.
*f In aliam cauſam*, vetus Tarrac. *g Appellavit*, Raim. & Cont. *appellaverit*, concil. *appellavit* duo Tarr.
*h* Sic etiam Raim. & Cont. *debet*, concil. *i Judicio ſtare illius*, concil. ut editum eſt, Raim. & Cont.
*k* Hæc Raim. & Cont. omittunt: in concil. *a quo appellatum eſt*. *Fuerit* pro *fuerat* duo Tarrac.
*l* Vox *ſuus*, in uno Tarracon. non eſt. *m Exiſtet*, unus Tarracon.
*n Eodem*, Barcin. & unus Tarrac. non recte. *Idem*, Raim. & Cont. *Idem eidem in eadem epiſtola*, d. parte 10. cap. 7. plenius. Cur autem hæc capita dividantur, ratio nulla eſt.
*o* Sic etiam Raim. & Cont. *coram non ſuo*, concil. vox *ſuo* in uno Tarracon. non eſt.
*p Appellaverit*, Barcin. & Raim. & concil. in quibus alia omiſſa ſunt, non in ceteris; *appellaverint*, vetus Gregor. *appellaverit*, unus Tarrac. ante vocem *audientiam*. *q Et*, Barcinon. & unus Tarracon. & Raimund. & Contius omittunt; *appellaverit*, *ad*, concil. priori editione, *judicem appellavit*, *ad*, poſteriori.
*r Ad Ro. Po.* unus Tarrac. *s* Sic etiam in concil. *appellarat*, Raim. & Cont. *appellaverit*, unus ex veteribus Gregor. *t Non venerit*, *nec aliquem miſit reſponſalem*, concil. *nec venit nec reſponſalem miſit*, Raimund. & unus Tarracon. *nec venit*, *reſponſalem miſit*, Contius non recte.
*u* Vox *etiam* in uno ex veteribus Gregor. non eſt, neque in uno Tarracon.
*x Contempſit*, unus ex vet. Gregor. *contempſerit*, vetus Tarrac. *contemnat*, alter Tarrac.
*y* Hæc uſque ad verbum *tenebit*, omittunt Raimund. & Cont. ſunt autem in concil.
*z Excommunionis*, unus Tarrac. bis. *aa In eum pro contumacia promulgata*, concil. & Raim. & Cont. ſed in priori edit. concil. ut editum eſt. *bb Agnoverit*, concil. *niſi judex cognoverit*, Raim.
*cc* Sic etiam Raim. & Cont. *noſtram*, concil. *dd* Vox *quod*, in concil. non eſt, eſt apud Raim. & Cont. *Deinde quod*, unus ex veter. Gregor. *ee* Hæc ab illis omiſſa ſunt, leguntur autem in concil.
*ff In his*, *qui ſunt noſtræ temporali*, Raim. & Cont. *in his*, *qui veſtræ ſunt Epiſcopali*, concil. quod nondum aptius eſſe exiſtimavi: ſed notanda varietas eſt. *gg Et ſi* pro *ſi* concil. & Raim. & Cont. & duo Tarracon. utrumque non diſplicet. *hh* Vox *tamen* neque in Barcin. eſt, neque in concil. neque apud Raim. & Cont. neque in duobus Tarrac. *ii Sancti Nazarii de Albis*, vetus Gregor. *de Albia*, Cont. & alii: *de Arbareto*, in marg. Cont. *ſancti Nazari de Abbea*, alter vetus Gregor. *Nazarii*, duo Tarrac. *de Albarum*, unus eorum, in altero omnia deſiderantur. *kk* Integra clauſula quærenda. *ll Verum ſi appellationem*, Barc. & Raim. & Cont. aptius. *mm Biennio elapſo*, Raim. & Cont. *nn Interpoſitam*, Raim. & Cont. non male.
*oo Ante ſententiam*, unus Tarrac. *pp* Hæc omiſit Raim. & Cont. *qq* Hæc ab eiſdem ſunt omiſſa; *cum eccleſia ſæculari*, Barcin. pro ultimis tribus verbis: *cum eccleſia Solane*, unus Tarracon.
*rr* Hæc etiam vox ab eiſdem omittitur. *ſſ Præjudicium generare*, Raim. & Cont. quæ mutatio minime neceſſaria fuit. *tt Idem Vuigorn. Epiſcopo*, d. parte 10. cap. 8. *Idem Wirgon. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Vigorien. Epiſcopo*, Cont. & alii: *&c.* in Barcin. non eſt, neque in duobus Tarrac. cetera, ut edita ſunt. *Vigoren. Epiſcopo*, alter vetus Gregor. *uu* Sic etiam Raim. præter vocem *&c.* hæc in concil. non ſunt. *Pars cap.* MEMINIMUS. Barcin. integra clauſula exſtat ſub tit. qui clerici vel voventes cap. 6. in hac collectione, & in conc. parte 6. cap. 9. & parte 21. cap. 3. *xx Contigerit tibi*, concil. & duo Tarrac. *contingit tibi*, Raim. & Cont. Hujus capitis verba exſtant lib. 1. regiſtri Innoc. III. epiſt. 380. quæ eſt Archiepiſcopi Montis Regalis: in ea eſt, *contigerit tibi*, ut in conc. *yy Ap. ceſ.* duo Tarrac. *zz Fuiſſe commiſſam*, concil. *committi*, Raim. & Cont. ut editum eſt, d. epiſt. 380. *aaa* Vox *&* in veteri Tarrac. expuncta eſt.
*bbb Poſt factam citationem*, concil. & d. regiſtr. vox *factam* omiſſa eſt a Raim. & Cont.
*ccc* Sic etiam concil. & Raim. *iter arripuit* regiſtr. & unus ex veter. Gregor. & duo Tarracon.
*ddd* Sic etiam Raim. & Cont. *nihilominus*, conc. *non minima*, regiſtr. mendoſe. *eee Poterit*, unus Tarrac.

UNED

gnitione negotii (*a*) ſecundum formam juris procedere, quod utique [*b*] ſi ante citationem factam [*c*] iter inceperit (*d*), non eſt (*e*) aliquatenus procedendum [*f*].

## CAPUT X.

*Idem* (*g*), *pars c. Meminimus* (*h*).

c. 10. eod. SUper eo vero [*i*], quod a nobis (*k*) ſollicitudo tua requiſivit (*l*), utrum ſententia (*m*) per appellationem (*n*), quam ex incidenti quæſtione ſæpe contingit, ſi fuerit (*o*) ſuſpendenda, licet cauſa fuerit ap. re. commiſſa, tuæ prudentiæ duximus reſpondendum: quod ſi de aliqua exceptione quæſtio ſuboriatur (*p*), & exinde appellationem fieri contingat, eidem exceptioni erit merito ſuperſedendum, & ſi (*q*) principalis cauſa ſine illa terminari non poterit, ei nihilominus ſuperſedeatur. Si autem adverſa pars de falſi ſuggeſtione in appellationem prorumpit (*r*), non eſt ſententia ſuper hoc [*s*] differenda, ſi litteris commiſſoriis (*t*) appellationis obſtaculum inhibeatur.

## CAPUT XI.

*Idem in eadem* [*u*].

c. 11. eod. DE appellationibus vero (*x*), quæ pro cauſis minimis fiunt (*y*), tuam volumus cognitionem (*z*) tenere, quod eis pro qualicumque, & quantacumque (*aa*) levi cauſa fiant, non eſt minus (*bb*), quam illis, quas (*cc*) pro majoribus fieri contingit [*dd*] negotiis, deferendum. Unde ſi appellantes (*ee*) appellationem ſuam contempſerint proſequi (*ff*) tu illos (*gg*) aut appellationem proſequi, vel tuo judicio ſtare ap. re. diſtricte compellas.

## CAPUT XII.

*Idem Senon. Archiepiſcopo.*

SIcut Romana (*hh*) eccleſia omnium eccleſiarum, diſponente domino, mater eſt & magiſtra, ita etiam nos, qui eidem eccleſiæ, licet immeriti ſupernæ diſpoſitionis providentia præſidemus, pro ut nobis dominus miniſtraverit, conſultationibus reſpondere cogimur ſingulorum & quæ videntur dubia, Apoſtolicæ circunſpectionis providentia declarere. Sane quæſitum eſt a nobis ex parte tua, utrum ſi aliquando cauſa inter aliquos delegatis judicibus abſque remedio appellationis committitur, & altera pars litteris Apoſtolicis protectionis munita, quibus eſt ei generaliter indultum, ut libere ſibi liceat appellare, ſi in vocem appellationis proruperit, ei in eadem cauſa ſit deferendum. Hoc igitur pr. litteris tuæ inquiſitioni reſpondemus, quod ejus in hac parte non eſt aliquatenus deferendum appellationi, poſt quam judicibus ap. re. eſt cauſa commiſſa, quia ſpeciale mandatum derogat generali. De reſcrip. cap. 1.

## CAPUT XIII.

*Idem* (*ii*).

SUper eo vero, quod (*kk*) interdum judices delegati ab altera partium, tamquam ſuſpecti recuſantur, hoc tuæ prudentiæ præſentibus litteris innoteſcat, quod cum ſacri (*ll*) canones, & ante [*mm*], & poſt litem conteſtatam [*nn*] & in prolatione ſententiæ, & poſt ſententiam (*oo*) ſingulis appellandi facultatem tribuunt; non admittunt (*pp*) aliud remedium, præter ſolam appellationem, ſicut leges faciunt ſæcu- De appell. cap. 12.

*a In negotii cognitione* concil. & unus Tarrac. & regiſtr. *in negotio*, Raim. cur mutaverit, cauſam ignoro: *ad negotii cognitionem*, vetus Tarrac. *b* Sic etiam concil. & regiſtr. vox *utique* Raim. diſplicuit.

*c* Sic etiam in concil. vox *factam* in regiſtro non eſt, neque apud Raim. & Cont.

*d* Sic etiam in regiſtr. *iter arripuerit* Barcin. & concil. *iter arripuit*, veteres Gregor. ſed apud Cont. & alios, ut in Barcin. *iter arripuit ad ſedem Ap. veniendi*, unus Tarracon. *e Non eſſe*, vetus Tarrac.

*f* Sic etiam concil. & Raim. *utique obſervandum*, regiſtr. Hujus capitis mentio etiam fit in aliis duabus epiſtulis 379. 381. ejuſdem regiſtri: ex poſtrema ſumitur cap. 22. de officio, & poteſtate judicis deleg. in Gregoriana, & in tertia collectione cap. 1. ejuſdem tit. *g* Sic etiam Raimund. & Cont. *Idem Vuigorn. Epiſcopo* d. parte 10. cap. 9. forte *Idem in eadem*, ſcribendum. *h* Hæc neque in Barc. ſunt, neque in duobus Tarr. neque in conc. neque in Gregor. *i* Vox *vero*, neque in conc. eſt, neque in duobus Tarr. neque apud Raim.

*k* Hæc etiam Raim. omiſit; ſunt in concil. *l* Sic etiam in concil. *quæſivit*, Raim. & Cont. *requiſivit*, unus ex veteribus Gregor. *m* Hæc uſque ad illa, *tuæ prudentiæ*, Raimund. & Contius omiſerunt: ſunt in concil. vide infra cap. 34. *n Pro appellatione*, concil. non recte.

*o Fieri ſæpe contingit*, *fuerit*, Barcinon. & duo Tarracon. aptius: ſic etiam in concil. excepto *contigerit* pro *contingit*; ego pro *ſi* ſcribo *fieri*, & idem efficio; *ſæpe contingit fieri*, fuerit. *p* Sic etiam in concil. *oriatur*, Raimund. & Contius & unus Tarracon. *q* Sic etiam concil. & Raim. *ſi* Cont. omiſit non recte.

*r Prorupit*, Raim. & Cont. *proruperit*, concil. & duo Tarracon. *s* Sic etiam Raim. & Cont. *propter hoc*, concil. *t* Hæc a Raimund. & Contio ſunt omiſſa: *ſi in litteris commiſſionis*, concil.

*u Eodem*, Barc. & vetus Tarr. mendoſe. *Idem eidem in eadem*, d. parte 10. cap. 10. *Idem*, Raim. & Cont.

*x* Vox *vero*, in concil. non eſt, neque in Gregorianis. *y Quæ in cauſis* &c. concil. *pro cauſis minimis interpoſitis*, Raimund. & Cont. *z* Sic etiam in concil. *volumus te*, Raimund. & Cont.

*aa Quantumcumque*, Barc. & vetus Tarr. *pro qualicumque*, concil. aliis omiſſis; *pro quacumque* Raim. & Cont.

*bb Non minus eſt*, Raim. *non minus in illis*, concil. *non eſt minus eis*, vetus Tarrac.

*cc Quam pro majoribus eſt deferendum*, concil. *quam ſi pro majoribus fierent*, *deferendum*, Raim. & Cont.

*dd Contigit*, vetus Tarrac. *ee* Hæc Raim. & Cont. omittunt. *Verum* pro *Unde* concil.

*ff* Hoc verbum *proſequi* in conc. non eſt, neque in veteri Tarracon. *gg Tu ipſos*, Barcin. & concil. & unus Tarracon. *hh* Totidem verbis ſupra cap. 1. de reſcr. Vide illic addita.

*ii* Sic etiam Raim. & Cont. *Idem in eodem*, Barcin. mendoſe pro *eadem*, quæ vox eſt in vet. Tarrac. *Idem eidem in eadem epiſtola*, d. parte 10. cap. 12. ſcribi potuit, *Pars cap.* SICUT ROMANA: aut hæc quinque capita colligi in duo, ut ſunt ex duabus epiſtulis ſumpta, debuerunt.

*kk* Vox *vero* neque in concil. neque in Gregorianis eſt, neque in Barcin. cetera recte Cont. addidit omiſſa a Raim. quæ in concil. etiam leguntur. *ll* Sic etiam in concil. *quod ſacri*, Cont. *Sacri*, Raim.

*mm Et*, non eſt in conc. neque in Greg. *nn* Sic etiam veteres Gregor. *poſt litis deciſionem*, concil. *poſt litis conteſtationem*, Cont. & alii. *oo* Sic etiam in concil. vox *ſententiam* a Raim. eſt omiſſa; *latam*, addit vetus Tarrac. *pp* Pro his verbis uſque ad vocem *appellationem* Raim. & Cont. ſcribunt, *leges autem ſæculares*: ut editum eſt in conc.

UNED

ſæculares: quæ appellationem, niſi in caſu (*a*) ante ſententiam non admittunt. Unde in cauſis [*b*] eccleſiaſticis ubi appellationis remedium tollitur, utrumque remedium denegatur; & ideo [*c*] ſicut appellationi, ita recuſationi (*d*) non eſt aliquatenus deferendum. Si autem infra certum temporis ſpatium [*e*] perſonis aliquibus (*f*) committitur lis aliqua decidenda (*g*), infra quod contineatur (*h*) in litteris cauſam poſt ſuſceptionem litterarum infra certum terminum terminari debere, ex tunc terminus incipiat (*i*); cum eos [*k*], quibus litteræ delegantur, eaſdem (*l*) contigerit litteras recepiſſe (*m*).

CAPUT XIV.

*Idem Dulmenſi Epiſcopo.*

Non ponitur.

EX quorundam [*n*] relatione audivimus, quod cum aliqui viri eccleſiaſtici de provincia veſtra pro juſtitia ſua proſequenda litteras commiſſionis a nobis impetrent, adverſarii eorum, ut mandatum noſtrum eludant, antequam litteræ noſtræ ad judicem perveniant, vel litteris a judicibus perceptis, priuſquam illi ab eis citentur, in vocem appellationis prorumpunt, aut commutationem facientes, aliquos in poſſeſſionem eorum, de quibus controverſiæ vertuntur, malitioſe inducunt: quoniam hujuſmodi calliditates, & verſutiæ ſuis non debent in aliquo fraudatoribus ſuffragari; & nos contra prædictas calliditates, & verſutias paſtorali ſollicitudine volumus providere: d. v. per A. s. m. qua. ſi adverſarii ejus, inter quos, & ipſum ſuper eccleſia controverſia eſt agitata, pro mandato noſtro evacuando, ſupradicto modo appellaverint, aut de poſſeſſione qualibet commutationem fecerint, vel malitioſe ſe abſentaverint, & eos, qui in prædictæ eccleſiæ poſſeſſione ingreſſi fuerint, ap. ces. cogatis, ſub examine veſtro, juris æquitati parere.

CAPUT XV.

*Idem* [*o*].

PErvenit ad nos, quod cum presbyteri, & alii (*p*) clerici (*q*), ſe conquerantur ab aliquibus vulneratos, vel alias [*r*] graviter læſos (*s*), & ad probandum [*t*], quod aſſerunt [*u*], plerumque teſtes producunt [*x*]: ii, qui [*y*] impetuntur, Ap. Sedem (*z*) appellant, ſed appellationem [*aa*] interpoſitam proſequi, vel (*bb*) conſortia (*cc*) hominum devitare contemnunt. Unde quia (*dd*), quid tibi [*ee*] ſit faciendum exinde (*ff*), noſtris litteris certiorari deſideras, ſ. t. præſentium auctoritate mandamus (*gg*), qua. illos, qui pro tali cauſa appellant (*hh*), ſi eorum exceſſus publicus non ſit, & notorius, contrad. & appellatione ceſſante [*ii*], eccleſiaſtica cenſura (*kk*) compellas, ut infra conveniens tempus ipſam appellationem (*ll*) interpoſitam proſequantur. Si vero eorum exceſſus (*mm*) publicus, & notorius eſt (*nn*), appellationis obtentu, ſi quam [*oo*] ad ſuam iniquitatem fovendam interpoſuerint, nullatenus (*pp*) prætermittas, quin eos excommunicatos denunties, ſicut ipſa [*qq*] injectione manuum in clericos (*rr*) excommunicationis ſententiam incurrerunt (*ſſ*), ipſoſque (*tt*) facias, ſicut excommunicatos, cautius evitari, donec paſſis injuriam ſatisfaciant, & cum litteris tuis Apoſtolico ſe conſpectui (*uu*) repræſentent. c. 13. eod.

CAPUT XVI.

*Idem Toletano Archiepiſcopo.*

COnſuluit nos tua fraternitas, utrum (*xx*) deſe-

*a* Sic etiam in concil. *in caſibus*, Raim. & Cont.
*b* *Verum* pro *Unde* concil. *In cauſis quoque* Raim. & Cont. *c* *Et ita*, concil. omnia ſunt a Raimund. & Cont. omiſſa. *d* *Ita & recuſationi*, vetus Tarrac. *e* *Temporis terminum*, Barcin. & duo Tarrac. *tempus*, Raim. & Cont. ut editum eſt in concil. *f* Vox *perſonis* in concil. non eſt; utraque omittitur a Raim. & Cont.
*g* Vox *aliqua* in concil. non eſt, neque in vet. Tarrac. *lis decidenda committitur*, Raim. & Cont.
*h* Hæc uſque ad illa, *extunc terminus*, omiſerunt Raim. & Cont. *itaque contineatur*, concil. non ſine mendo: alias *continetur*: forte *ita quod*, ſcribendum, quod in duobus Tarrac. poſtea legi.
*i* *Incipit*, Barcinon. & concil. & veteres Gregor. *incipit currere*, Cont. & alii; *incipit*, duo quoque habent Tarracon. *k* Sic etiam in concil. *cum judices contigerit litteras recepiſſe*, Raim. & Cont.
*l* *Eas deinde*, vetus Tarracon. *m* *Accepiſſe*, concil.
*n* Totidem verbis ſupra de alienatione judicii mutandi cauſa: cap. un. vide illic addita, & dele *Non ponitur*, quod in marg. eſt ex uno Tarrac. libro. Eſt autem hoc 18. caput in Barcin. & in veteri Tarrac.
*o* Sic etiam Raim. & Cont. *Idem Cant. Archiepiſcopo*, d. parte 10. cap. 13. Hoc eſt cap. 14. in Barcinon. & vet. Tarracon. *p* Hæc Raimund. & Contius omittunt: *vel* pro *&* in concil.
*q* Sic etiam Raim. ſed in concil. hæc vox deſideratur. *r* Sic etiam Raim. & Cont. *vel aliter*, concil.
*s* *Eſſe læſos*, Raimund. & Contius: ut editum eſt, in concil.
*t* Hæc uſque ad illa, *qui impetuntur*, omiſſa ſunt a Raim. & Cont. ſunt in concil.
*u* *Quod aſſumunt*, concil. *x* *Inducunt*, unus Tarr. *y* *Hi qui*, concil. *Ii quidem qui*, Barcin.
*z* *Ad ap. ſedem*, unus ex veteribus Gregor. *Apoſtolicam ſedem*, vetus Tarracon.
*aa* Recte Contius addidit a Raimund. prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil.
*bb* *Proſequi volentes*, Barcin. *nolentes proſequi*, Contius: ut editum eſt, in concil. *cc* Sic etiam Cont. *conſortium*, concil. *dd* Sic etiam in concil. *Verum quia*, Cont. vox *quia* aliquando in vet. Tarrac. deſiderabatur.
*ee* Vox *tibi* in conc. non eſt; eſt apud Cont. *ff* Hæc etiam vox in concil. deſideratur, eſt apud Cont.
*gg* *Etc.* conc. *mand.* Raim. & Cont. aliis omiſſis. *hh* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.
*ii* Hæc itidem ab eiſdem omiſſa ſunt: leguntur autem in concil. *kk* Sic etiam in concil. *eos* addit Raim. ante hæc verba, quod in hac collectione fuerat prius ſcriptum, *illos &c.*
*ll* Sic etiam in concil. vox *ipſam* a Raimund. eſt omiſſa. *mm* Vox *eorum* in conc. non eſt: utraque vox a Raimund. omittitur. *nn* *Sit, & notorius*, concil. *eſt, & notorius*, Raimund. & Cont.
*oo* Hæc clauſula eſt a Raim. & Contio omiſſa, ſit licet in conc. *pp* Sic etiam in concil. *non*, Raim. & Cont. *nulla ratione*, unus Tarrac. *qq* *Sicut ex ipſa*, concil. hæc etiam clauſula a Raim. & Cont. eſt omiſſa.
*rr* *In clericum*, concil. & unus Tarrac. *ſſ* Sic etiam in concil. *incurrunt*, Barcin.
*tt* Sic etiam Raim. & Cont. *& ipſos* concil. *uu* *Aſpectui*, Barcin. ceteri, ut editum eſt.
*xx* Recte Cont. addidit omiſſa a Raim. quæ ſunt etiam in concil. d. parte 10. cap. 14. hoc eſt *cap.* 15. in Barcin. & in vet. Tarrac.

UNED

ferendum ſit appellationibus, quando (*a*) cauſa fruſtratoriæ dilationis appellatur (*b*), nec appellationem interpoſitam proſequuntur (*c*): ſuper quo utique [*d*] conſultationi tuæ taliter duximus reſpondendum [*e*], quod ſi aliquando aliqui (*f*), quos manifeſtum ſit, & notorium, uxorem alterius detinere, aut injeciſſe manus violentas in clericum, appellaverint (*g*), eorum appellationi non eſt aliquatenus deferendum: ſed cum multa (*h*) dicantur notoria, quæ non ſunt, providere debes (*i*); ne quod dubium eſt, pro notorio videaris habere: eos autem (*k*), qui appellant a præſentia tua, cogere debes infra tempus conveniens, appellationem interpoſitam proſequi (*l*), aut judicio tuo ap. ceſſante parere [*m*].

## CAPUT XVII.

*Idem Eboracen. Archiepiſcopo.*

De ſent. & re jud. c. 1. INter ceteras conſultationes, &c. [*n*] & infra. Item cum aliqua cauſa ap. ceſ. committitur, & ſententia fertur iniqua, eam evacuari oportet, nec ei debet ſtari, ſi manifeſtam continet iniquitatem.

## CAPUT XVIII.

*Idem Ravennati Archiepiſcopo* (*o*).

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 10. c. 16. COnſuluit nos tua fraternitas, utrum recuſationes admittere debeas in cauſis, quas abſque remedio appellationis tibi committimus terminandas: ſuper quo f. t. taliter duximus reſpondendum (*p*), quod licet ſacræ leges remedium illud (*q*) admittant, tamen cenſura [*r*] ſacrorum canonum aliud remedium (*s*), præter remedium appellationis non admittit (*t*), cum licitum ſit ſecundum ſtatuta canonum, ante litis conteſtationem, & in ipſa litis conteſtatione, & poſt deciſionem cauſæ ad appellationis remedium convolare. Ideoque remedium recuſationis non debes admittere, ſi quando cauſas aliquas tibi commiſerimus (*u*) ap. re. terminandas. Verum tamen cognitioni cauſæ, quæ vertitur inter B. & nepotem. B. (*x*) volumus, ut in præſentiarum (*y*) ſuperſedeas, quia utraque pars noſtro conſpectui ſe repræſentavit (*z*).

## CAPUT XIX.

*Idem Dulm. Epiſcopo* (*aa*).

APpellationi autem (*bb*), ſi qua ſub aliquo caſu [*cc*] ab alterutra partium fuerit interpoſita, niſi appelletur [*dd*] ab ipſo, cui cauſa ſit remota appellatione commiſſa, debita devotione (*ee*) eſt deferendum. Non ponitur. d. p. 10. c. 17.

## CAPUT XX.

*Idem eidem* (*ff*).

SUggeſtum eſt auribus noſtris, quod cum oppreſſi, & gravati [*gg*] ad præſidium Ap. ſe. [*hh*] recurrunt, & appellatione (*ii*) facta iter arripiunt, adverſarii [*kk*] eorum appellationem interpoſitam cognoſcentes, nec ad præſentiam noſtram accedunt, nec pro ſe [*ll*] reſponſalem tranſmittunt (*mm*): cum autem perſenſerint [*nn*] illos rediſſe, & [*oo*] litteras noſtras reportaſſe, in vocem appellationis prorumpunt; & iter ad nos arripiunt (*pp*), ut ſic eorum ſollicitudinem, a quibus impetuntur, eludant. Verum quoniam [*qq*] nemini fraus ſua patrocinari debet, & falce Apoſtolici moderaminis (*rr*) ſunt reſecanda, quæ in ſe vitium noſcuntur De appell. c. 15.

Ca-

*a* Sic etiam Cont. ſed plenius eſt in concil. *appellationibus, quæ ſuper manifeſtis criminibus interponuntur, aut eorum appellationibus, qui* &c. *b* Sic etiam Cont. *appellant*, concil.

*c* Vox *interpoſitam* in concil. non eſt: *nec interpoſitam appellationem proſequuntur*, Contius.

*d* Hæc vox in vet. Tarrac. non eſt. *e Taliter reſpondemus*, concil. vox *taliter* in veteribus Gregor. deſideratur: eſt apud Cont. & alios: cetera, ut edita ſunt. *f Si quando aliqui*, concil. *ſi aliqui*, Raim. & Cont.

*g* Sic etiam Raim. & Cont. *appellant*, concil. & poſtea additur, *nec appellationem proſequuntur.*

*h Quia multa*, Barcin. ceteri, ut editum eſt. *i* Sic in concil. & in Gregor. *prohibere debes*, Cont. quod nondum probavi. *k Illos autem*, Barcin. & concil. & Raimund. & duo Tarracon.

*l Cogere debes, ut infra &c. proſequantur*, unus ex veter. Gregor. *m* Sic etiam in concil. *ap. remota*, Raim. & Cont. *ap. re.* vetus Tarrac. *n* Vide, quæ diximus ſupra de officio, & poteſtate judicis delegati cap. 3. Hoc eſt *cap.* 16. in Barcin. & in veteri Tarrac. in quo *tuas* additur poſt vocem *conſultationes.*

*o* Hæc in concil. non ſunt; ſed conjungi potius videntur cum cap. 15. d. partis 10. cujus initium fuit, *Cum ſit Romana*; & ita ſcribi oporteret *Remenſi* pro *Ravennati.* In Barcin. & in vet. Tarrac. eſt hoc *cap.* 17. pro *Raven. Arch.* eſt in eodem vet. Tarracon. *De juramenti Epiſcopo*, inepte.

*p Diſcretioni tuæ taliter reſpondemus*, concil. *q Tale remedium*, concil. *r Cum cenſuræ*, concil.

*s* Sic etiam in concil. *illud* pro *aliud* Barcin. quod non æque placet.

*t Præter appellationem non admittant*, concil. *admittunt* pro *admittit* fuerat olim in veteri Tarrac.

*u Commiſimus*, concil. *x Blandu.* pro *B.* eſt in Barcin. *Baldevuini*, in concil. *Bal.* in vet. Tarrac. *Blaſium*, in altero Tarrac. *y Ut in præſenti*, concil. *in præſentiarum, ut*, vetus Tarrac.

*z Præſentavit*, concil. & duo Tarrac. Hoc videtur caput a Raim. eſſe omiſſum propter cap. 13. quod ejuſdem ſententiæ eſt. *aa Dulmenſi Epiſcopo*, duo Tarrac. *Idem*, tantum eſt in Barcin. *Idem Exonien. Epiſcopo*, in concil. additurque. *Pars cap.* SIGNIFICASTI, *ſupra de poteſtate judicum*: eſt autem cap. 11. partis 7. eo initio, ſed inſcriptio alia eſt. *Idem Norvuicen. Epiſcopo*; vide cap. 9. ſupra de officio, & poteſtate judicis delegati.

*bb* Vox *autem* in conc. non eſt. *cc Super* pro *ſub* in concil. & in uno Tarrac. *ſuper aliquam cauſam*, Barcin.

*dd Niſi appellaretur*, unus Tarrac. *niſi appellatur*, alter olim. *ee Eſt debita devotione*, Barcin. & duo Tarr. *cum debita eſt devotione*, concil. *ff Idem Dulmenſi Epiſcopo*, Barcin. & vetus Tarrac. *Alex. III. Dunolmenſi Epiſcopo*, d. parte 10. cap. 19. in priore editione concil. *Dunelmenſi*, in poſteriore. *Idem* Raim. *Dulmen. Epiſcopo*, addit Cont. *gg* Sic etiam in conc. hæc omittunt Raimund. & Contius.

*hh Apoſtolicæ ſedis*, duo Tarrac. *ii Et jam* pro *&* unus Tarrac. *kk Et adverſarii*, Tarrac. unus.

*ll* Sic etiam in conc. *nec* Raim. & Cont. aliis omiſſis: *neque* vetus Tarrac. itidem aliis omiſſis, *neque pro ſe*, alter Tarrac. *mm Ad nos tranſm.* vetus Tarr. *nn Senſerint*, Raim. & Cont. *præſenſerint*, concil. & vetus Tarrac. *oo Eos rediſſe, &*, concil. *illos* Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*pp Iter ad nos veniendi arripiunt*, concil. *iter ad nos arripiunt veniendi*, Raim. *ad* omittit Cont. non recte.

*qq* Hæc clauſula a Raim. & Contio eſt omiſſa, ſit licet in conciliis. *Unde* pro *Verum* vetus Tarracon.

*rr* Sic etiam in concil. *Apoſtolicæ moderationis*, Barcin. *moderaminis Apoſtolici*, unus Tarracon.

UNED

calliditatis, & fraudis continere [a]: f. t. nos (b) ſuper hoc conſulenti taliter reſpondemus (c), ſi quis [d] deprehenſus fuerit, hoc ex fraude [e], vel malitia (f) facere, ejus appellationi non deferas (g), nec ob id tibi cauſam commiſſam ſine congruo (h) terminare poſtponas; quia decretalem epiſtolam (i), qua tales videntur muniri (k), non ad deprimendam cujuſque (l) juſtitiam, ſed ad removendum [m] injuſtum gravamen (n) nos feciſſe cognoſcas.

## CAPUT XXI.

*Idem Cant. Archiepiſc. & ejus ſuffraganeis.*

Non ponitur. d.p.10. cap. 20.

RElatum eſt auribus noſtris, quod cum ſint quidam (o) in provincia veſtra, qui uxoribus ſuis (p) propria auctoritate relictis, concubinis adhærere non dubitant, errorem ſuum (q), ac temeritatem ſuam per obſtaculum appellationis tueri, ac fovere nituntur. Quoniam igitur officio noſtræ ſollicitudinis (r) imminet providendum [s], ne appellationis obtentu in ſua malitia perſeverent: f. v. per Ap. ſ. pr. m. qua. (t) ſi manifeſtum ſit aliquos (u) de provincia veſtra uxores ſuas ſine rationabili cauſa dimiſiſſe, & adhæſiſſe aliis; ſi commoniti uxores ſuas concubinis abjectis non receperint, pro appellatione (x), ſi quam [y] ad ſuum errorem fovendum interpoſuerint (z), non prætermittatis (aa), quin eos ad abiiciendas concubinas, & ad recipiendas [bb] uxores ſuas, & maritali affectione (cc) tractandas, per excommunicationis ſententiam compellatis.

## CAPUT XXII.

*Idem Eboracen. Epiſcopo (dd).*

AD præſentiam noſtram T. & R. presbyteris convenientibus [ee] Epiſcopo Tuſculano, & P. Sanctæ Suſannæ Cardinali tuam, & ipſius (ff) cauſam commiſimus audiendam (gg), qui ad objectionem tuam (hh) licet non eſſet (ii) excommunicatus de jure, de facto fecerunt abſolvi (kk). Quia vero (ll), quod a fratribus noſtris noſcitur in hac parte ſtatutum (mm), nolumus aliqua ratione mutare, f. t. pr. m. quatenus (nn) prædictum presbyterum, vel alium (oo) pro eo, quia (pp) poſt excommunicationem, contra ap. factam cantavit divina (qq), nullo modo inquietare attemptes (rr), ſed ad eum ſtatum omnia reducas (ſſ) ceſſante ap. (tt) in quo erant tempore appellationis ad ſedem Ap. (uu) factæ [xx]. c. 16. eod.

## CAPUT XXIII.

*Idem Cant. Archiepiſcopo.*

CUM teneamur conſultationibus (yy) ſingulorum, quantum dominus (zz) miniſtraverit, reſpondere: tanto gratius tibi volumus reſponſum impendere, quanto perſonam tuam abundantiori diligimus charitate. Quoniam igitur nos [aaa] conſulere voluiſti, utrum ſi eorum, qui ad audientiam (bbb) noſtram appellant, poſſeſſio turbata fuerit, tibi liceat, quæ ipſis (ccc) turbata fuerint, reformare, eo præter- c. 17. eod.

*a Obtinere*, vetus Tarrac. *b Et nos*, in concil. non recte: vox *nos* in uno Tarrac. deſideratur.
*c Tibi*, pro *taliter*, concil. *tuæ conſultationi taliter reſpondemus*, Raim. & Cont. vox *taliter* in vet. Tarrac. non eſt. *d Quod ſiquis*, concil. *ut ſiquis*, unus Tarrac. & Raim. quod placet.
*e* Sic etiam in concil. *hæc* pro *hoc* vetus Gregor. *hoc* Cont. & alii. *f Vel malitioſe*, unus Tarrac.
*g Ne deferas*, vetus Gregor. *non* ceteri libri. *h* hæc Raim. omiſit, ſunt in concil.
*i Decretalem illam*, unus ex veter. Gregor. hæc putatur eſſe, quæ relata eſt cap. 9.
*k* Sic etiam in concil. *muniti videntur*, vetus Gregor. *muniri videntur*, Cont. & alii.
*l* Sic etiam Raim. & Cont. *ad deprimendum cujuſquam*, concil. *cujuſcumque* unus ex veter. Gregor.
*m* Sic etiam in conc. *ad*, in veteribus Gregor. non eſt, eſt in aliis. *n* Vox *injuſtum* a Raimund. & Cont. eſt omiſſa: ſit licet in conciliis. *o Quod quidam ſint*, concil. *p* Vox *ſuis*, in concil. deſideratur.
*q Et errorem ſuum*, concil. & vetus Tarrac. *r Noſtræ ſollicitudini*, Barcin. ut editum eſt in concil.
*s Providere*, unus Tarrac. *t Fraternitati veſtræ*, &c. *quatenus*: concil. *pr.* in vet. Tarrac. deſideratur.
*u Eſt*, pro *ſit* in concil. *x Propter appellationem*, concil aptius. *y Si qui*, unus Tarrac.
*z Interpoſuerunt*, concil. & duo Tarrac. *aa Non prætermittas*, unus Tarrac. *bb Ad*, in concil. non eſt.
*cc Affectu*, conc. *dd Archiepiſcopo*, Raim. *Idem*, vetus Gregor. aliis omiſſis. *Idem Eboracen. Archiepiſcopo, & R. presbytero*, d. parte 10. cap. 21. non ſine mendo in poſteriori edit. concil. *Epiſcopo* eſt in priori editione. Hoc eſt *cap.* 23. in uno Tarrac. eſt enim cap. 22. quod nobis eſt 26. QUÆSIVISTI &c.
*ee R. presbytero veniente*, concil. & Raim. & Cont. apertius: *venientibus R.* prior editio concil. *N.* pro *R.* vetus Tarrac. *ff* Sic omnes: ſed ego addo *R.* *gg* Sic in concil. *terminandam*, vetus Gregor. *audiendam*, Cont. & alii. *hh* Sic etiam Raim. & Cont. *qui eum*, pro *qui* Barcin. *qui ob excommunicationem tuam*, concil. in poſteriori editione, ſed in priori *quem* pro *qui* fuit: *qui ab excommunicatione tua*, unus Tarrac.
*ii* Sic etiam in concil. *licet R. non eſſet*, vetus Gregor. *licet R. presbyter non eſſet*, Cont. & alii.
*kk De facto tamen fecerunt eum abſolvi*, concil. & Raim. & Cont. *de facto fecimus abſolvi*, prior editio concil.
*ll* Hæc clauſula ante illa *mand. quatenus*, a Raim. & Contio eſt omiſſa, neque ſatis integra videtur: eſt tamen in conc. *mm Conſtitutum*, eſt in conc. *nn F. t. per A. ſ. pr. m. quatenus*, Barcin. & unus Tarrac. plenius: *fraternitati veſtræ* &c. *quatenus* concil. *Ideoque mandamus*, *quatenus*, Raim. & Cont. *qua* pro *quatenus*, duo Tarracon. *oo* Hæc neque in concil. ſunt, neque apud Raim. neque apta ſunt: ſunt tamen in priori editione concil. & in tribus Tarrac. & in Barcin. *pp Quod* pro *quia* ceteri libri, præter Tarrac. duos, & Barcinon. *qui*, in priori editione concil. *qq Factam divina cantavit*, concil. & Raim. vox *divina* in Barc. deſideratur: *cantavit*, prior editio concil. aliis omiſſis. *rr Nullo modo attemptetis inquietare*, concil. *nullatenus inquietes*, Raim. & Cont. *ſſ Reducas omnia*, Raim. *omni* pro *omnia* in concil. mendoſe in poſteriori editione: *omnia reducatis*, erat in priori. *tt Appellatione ceſſante*, concil. omnia ſunt a Raim. & Contio prætermiſſa: *ap. ceſ.* vetus Tarrac. *uu* Hæc etiam ab eiſdem omittuntur: ſunt autem in concil.
*xx Emiſſæ*, Raim. & Cont. *factæ*, conc. *yy* Recte Contius addidit a Raim. omiſſa, quæ ſunt in concil. d. parte 10. cap. 23. *conſultationi*, unus Tarracon. in quo eſt hoc *cap.* 24. *zz* Sic etiam in concil. *quantum nobis dominus*, Cont. plenius. *aaa* Sic etiam in concil. vox *igitur*, a Raim. omiſſa addita eſt a Contio.
*bbb* Sic etiam concil. & Gregoriani libri: *ad* in Barcin. deſideratur, & in uno Tarracon.
*ccc Quæ ab ipſis*, vetus Tarrac. *reformare debeas eo prætermiſſo* &c. concil. *tibi eam ſibi liceat reformare, eo, de quo appellatio eſt interpoſita, prætermiſſo*, Raim. & Cont. *eodem negotio*, *ſuper quo*, pro *eo*, *de quo*, unus ex veteribus Gregor.

termiſſo, de quo eſt appellatio interpoſita: prudentiæ tuæ taliter reſpondemus, ſi exinde (*a*) ad te querela pervenerit, id ordine judiciario tibi licebit [*b*].

### CAPUT XXIV.

*Idem univerſis ſuffraganeis Cant. Archiep.* [*c*]

Non ponitur d. p. 10. c. 24. SIgnificavit nobis venerabilis frater noſter Cant. (*d*) Archiepiſcopus, quod ſi quando vos appellatis ad præſentiam [*e*] noſtram, vel Archid. veſtri (*f*) ſuper aliquo certo negotio; Epiſcopatus, & Archidiaconatus (*g*) veſtros ſub protectione Apoſtolica ponitis (*h*), & appellatis ad annum, & interim (*i*) nec de præteritis commiſſis, nec de novis exceſſibus veſtris, ſive de ſubjectorum [*k*] veſtrorum delictis permittitis ipſum cognoſcere (*l*), ſed omnem juſtitiam ei (*m*) ſuſpenditis, & prorſus [*n*] evacuatis. Quoniam igitur providendum [*o*] eſt, ne appellationis obtentu, aut manifeſta delicta (*p*) remaneant impunita, aut ſubditi veſtri de ſuorum exceſſuum impunitate lætentur: f. v. per A. s. pr. m. qua. (*q*) ſi vos Epiſcopi veſtros [*r*] Epiſcopatus, aut Archidiaconi ſuos (*s*) Archidiaconatus Apoſtolicæ protectioni ſubiiciunt, & ad audientiam [*t*] noſtram appellant: propter hoc, memoratum [*u*] Archiepiſcopum nullatenus impedire temptetis [*x*], quominus de cauſa, vel de exceſſibus [*y*] ſubditorum veſtrorum cognoſcere valeat, & juxta meritorum (*z*) qualitatem, eos debita animadverſione punire, aut etiam [*aa*] exceſſus veſtros, ſi qui (*bb*) manifeſti ſunt, & notorii, his dumtaxat exceptis (*cc*), ſuper quibus appellatio eſt interpoſita, poſſit digne corrigere, & quod injuſte actum eſt, ad rectitudinis tramitem revocare.

### CAPUT XXV.

*Idem R. Cant. Archiepiſcopo* (*dd*).

REl atum eſt auribus noſtris, quod ſi Epiſcopi [*ee*] ſuffraganei, vel Archid. (*ff*) tuæ provinciæ ſuper aliquo certo negotio ad audientiam noſtram appellant; Epiſcopatus, & Archidiaconatus (*gg*) ſuos noſtræ, & Romanæ eccleſiæ protectioni (*hh*) ſubiiciunt, & cum appellant ad annum; interim [*ii*] de ſuis, vel ſuorum ſubditorum exceſſibus cognoſcere (*kk*) non permittunt; ſed omnem juſtitiam evacuant (*ll*), & ſuſpendunt. Volentes igitur (*mm*) paſtorali ſollicitudine providere, ne appellationis obtentu, detur eis audacia gravia committendi (*nn*), auctoritate Apoſtolica tibi duximus indulgendum [*oo*], quod ſi præfati Epiſcopi, vel Archidiaconi appellaverint (*pp*) ad audientiam noſtram, & Epiſcopatus, & Archidiaconatus ſuos ſub Apoſtolica protectione poſuerint [*qq*], pro eorum appellatione nullatenus prætermittas, quin de cauſis, & exceſſibus ſubditorum ſuorum (*rr*), & de ſuis propriis exceſſibus, ſi qui manifeſti (*ſſ*) ſunt (*tt*), & notorii, iis duntaxat exceptis, ſuper quibus appellatum eſt, cognoſcere poteris (*uu*), & ſuper his ſtatuere, quod ſecundum juſtitiam videris (*xx*) ſtatuendum. Non ponitur d. p. 10. c. 30.

### CAPUT XXVI.

*Idem Crapulano Epiſcopo.*

QUæſiviſti (*yy*) ab Apoſtolatu noſtro: cum ſublato appellationis remedio (*zz*) litterarum, ſicut in iſtis (*aaa*) ponitur, ſi totam litterarum ſeriem comprehendat, nec ne? Inquiſitioni tuæ reſpondemus, quoties (*bbb*) ſic ſublatio appellationis ponitur (*ccc*), non niſi Non ponit.



*a* Sic etiam in concil. *quod ſi exinde*, Raimund. & Cont. non male.
*b* Sic etiam veteres Gregor. *terminare*, additur in Barcin. *experiri*, Cont. & alii: *tibi corrigere licebit*, conc.
*c* *Cant. eccleſiæ*, Barcin. *Idem univerſis eccleſiæ Cant. & ejus ſuffraganeis*, concil. non ſine mendo; vox *univerſis* in vet. Tarrac. non eſt: vox *Archiepiſcop.* in altero, in quo eſt hoc 25. caput.
*d* *Frater noſter R. Cant.* concil. omiſſa voce *venerabilis*, quam retinendam cenſeo. *R.* autem etiam placet, ſic enim cap. 25. quod de eadem re ſcriptum eſt: *Idem R. Cant. Archiepiſcopo.*
*e* *Ad audientiam*, concil. non male. *f* *Vel Arch. veſtri*, prior editio concil. *vel Archidiaconi veſtri*, poſterior editio: ego hæc verba ſcripſiſſem poſt illa, *ſi quando vox*: ſed ſingamus ita intelligendum eſſe.
*g* *Vel* pro *&* concil. & unus Tarrac. *h* *Apponitis*, unus Tarrac. *i* *Ad annum, & infra*, concil. aliis omiſſis. Ex cap. 25. quod 30. eſt in concil. confirmantur edita. *Et cum appellatis* &c. Barcin.
*k* *Sive de ſubditorum*, Barcin. *nec de ſubditorum*, concil. *l* *Eum* pro *ipſum*, concil.
*m* *Ejus* pro *ei*, concil. & unus Tarrac. *n* *Et protinus*, concil. *o* *Nobis providendum*, concil.
*p* *Ne mala impunita ſub appellationis obtentu remaneant*, concil. *intuitu* pro *obtentu*, unus Tarrac.
*q* *Fraternitati veſtræ* &c. *quatenus*, concil. *r* *Si qui veſtrum*, concil. edita ſunt in vet. Tarrac. deletis duobus poſterioribus verbis: vox *veſtros* in altero Tarrac. non eſt. *s* Hæc in concil. non ſunt. *Archidiaconi veſtri ſuos*, duo Tarrac. plenius. *t* *Et audientiam*, concil. *u* *Prædictum*, concil.
*x* *Curetis*, unus Tarrac. *y* Poſterius *de* in Barcin. non eſt, neque in vet. Tarrac. *de cauſis, & de exceſſibus* concil. *z* *Secundum delictorum*, unus Tarrac. *aa* Sic etiam in concil. *aut ceteros*, Barcin.
*bb* *Perſequi, qui*, conc. *cc* *Exemptis*, unus Tarrac. *dd* Sic in conc. d. parte 10. cap. 29. & cap. 30. *R.* in Barcin. deſideratur, & in uno Tarrac. T. pro *R.* in altero: eſt autem hoc *cap.* 26. in dicto Tarrac.
*ee* *Si quando Epiſcopi*, conc. & Barcin. aptius, & unus Tarr. *ff* *Tui, vel Archidiaconi*, concil. plenius & duo Tarracon. *gg* *Et Archidiaconus*, mendoſe in poſteriori editione concil.
*hh* Hæc vox in conc. deſideratur: ſed eſt cap. 24. *ii* In concil. mutatur punctorum ratio: *appellant ad annum interim.* Salebroſus locus male etiam acceptus cap. 24. *ad annum* fortaſſe ſignificat *eo anno*, ſive *durante anno*, ſive, quoad annus appellationis effluxerit. *kk* Sic etiam in concil. *te cognoſcere*, Barcin. plenius.
*ll* *Tibi evacuant*, concil. *mm* *Itaque*, unus Tarrac. *nn* *Graviora* pro *gravia*, in concil. aptius.
*oo* *Reſpondendum*, concil. quod non æque placet: *indulſimus*, vetus Tarracon.
*pp* *Et Archidiaconi, quando appellaverint*, concil. *&* pro *vel*, duo Tarrac. *qq* *Poſuerunt*, unus Tarrac.
*rr* *Et de exceſſibus*, &c. conc. vox *ſuorum* in Barcin. omiſſa eſt. *ſſ* Sic etiam in concil. *ſi* in Barcin. non eſt.
*tt* *Sint*, concil. & unus Tarrac. *uu* *Poſſis*, Barcin. & concil. & duo Tarrac.
*xx* *Cognoſceris*, vet. Tarr. non recte: *cognoveris* malo. *yy* *Quæſitum eſt*, Barcin. *Quæſiſti*, unus Tarrac. in quo eſt hoc 22. caput. *zz* Scribe, *cum ſublatio appellationis in medio*, ut eſt in duobus Tarrac. *ſi* pro *cum*, Barcin. cetera, ut mutavimus. *aaa* Hæc in Barcin. non ſunt: *commiſſionis*, unus Tarrac.
*bbb* *Quod quotiens*, unus Tarr. *ccc* *In medio*, additur in Barc. ante verbum *ponitur*. *Sublatio remedio* &c.

ve-

ea, quæ prædicta ſunt [a], complectitur: ad ea vero, quæ in fine litterarum ponuntur, minime extenditur; niſi forte ipſa appellationis ſublatio reiteretur.

## CAPUT XXVII.

*Idem Bon. Epiſcopo, & Archipresbytero [b].*

c.18.eod. t. CONſuluit nos (c) veſtra devotio (d), ut ſi appellatio [e], quæ ab omni aggravamine (f) interponitur, teneat, prudentiam veſtram redderemus certiorem (g); & ideo (h) conſultationi veſtræ taliter reſpondemus; quod ſi forte generaliter appellationem interponeret (i) ab omni gravamine, quod ſibi contingere poſſet [k], hujuſmodi ap. tenere non debet (l). Si vero aliquis ſub aliquo (m) judice ſuper omni gravamine, quod in una cauſa (n) ſibi contingere poſſet (o), appellationis obſtaculum interponeret (p), quamquam generalis (q) appellatio ſit interpoſita, appellationi tamen hujuſmodi (r) ab eodem judice (s) eſt deferendum. Super eo vero [t], quod quoſdam dicitis fruſtratorie, ut pœnam poſſint vitare canonicam, appellare, nec appellationem interpoſitam proſequi; hoc vobis volumus innoteſcere, quod, ſi qui a vobis appellaverint, eos debetis cogere, ut infra tempus congruum, & competens appellationem proſequantur, aut ſuper iis, de quibus appellatum fuerit, ap. re. judicio veſtro pareant.

## CAPUT XXVIII.

*Idem Ravennati Archiepiſcopo (u).*

INter cetera, quod nos (y) conſuluiſti, quid facere debeas de iis, qui appellant a te (z), nec appellationem proſequuntur, taliter reſpondemus, quod debes eos compellere, infra congruum terminum ap. interpoſitam proſequi, aut coram te juſtitiæ parere. Super eo vero (aa), quod Abbas Sancti Apollinaris a te ap. generalem interpoſuit ſuper omni cauſa, quæ aliquo tempore adverſus eum poſſet moveri, ipſum exinde redarguimus, nec hujuſmodi appellationem duximus admittendam. Verum ſi aliquis ſpecialiter (bb) ad nos appellaverit, ad examen tuum eum remittere (cc) non valemus. Non ponitur (x).

## CAPUT XXIX.

*Idem Genuenſi Epiſcopo (dd).*

CUM parati eſſemus petitiones, quas nobis per nuntium tuum porrexiſti, benigne (ee) admittere (ff), & efficaciter exaudire (gg); dilectus filius noſter (hh) Hyacinthus Sanctæ Mariæ [ii] in Coſmedin diaconus Cardinalis conſtanti nobis aſſertione (kk) propoſuit, quod eum te ad ſynodum ſuam vocaſſet, & (ll) ad ejus vocationem contempſiſſes accedere, in perſonam tuam excommunicationis ſententiam promulgavit, poſt cujus excommunicationem [mm], qui vice [nn] noſtra fungebatur, te feciſti in Epiſcopum conſecrari. Cum dilectus filius noſter Martinus (oo) Canonicus Bea- c. 19. eod.

vetus Tarrac. non recte: vox tamen *remedio*, olim non erat. *a Quæ ſunt ſupradicta*, vetus Tarrac, *quæ ſupradicta ſunt*, alter. *b Bononienſi* pro *Bon.* in concil. parte 50. cap. 54. *Idem Epiſcopo, & Archid. Bonon.* vetus Gregor. *& Archidiacono de Bonon.* Cont. & alii. *c* Recte Cont. addidit a Raim. omiſſa: ſunt in conc.

*d* Sic etiam Cont. *veſtra dilectio*, concil. *e* Sic etiam Cont. *utrum appellatio*, concil. non male.

*f Gravamine*, Barcin. & concil. & Cont. & duo Tarrac. aptius.

*g Veſtram prudentiam redderemus noſtris literis certiorem*, Cont. hæc in concil. non ſunt.

*h* Sic etiam Cont. *Super quo utique*, concil. *i Aliquis*, additur in concil. in fine: *quis*, in Barcin. poſt vocem *forte. Quod ſi generalem appellationem quis interponeret*, vetus Gregor. *generaliter* Cont. & alli, cetera ut vetus.

*k Poſſit*, vetus Tarracon. *l Appellatio*, concil. & veteres Gregor. & vet. Tarrac. pro *ap.* ſed Contius, & alii nonnulli *appellationem* mendoſe. *m Ab* pro *ſub*, concil. *ab aliquo*, Raim. & Cont. tertia voce omiſſa.

*n In cauſa*, olim vetus Tarrac. *o Contingere poſſit*, concil. *poſſit inferri*, Raim. & Cont.

*p* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *q Generaliter*, unus ex veter. Gregor.

*r* Sic in concil. *ejus*, Raimund. & Cont. *s* Hæc in concil. non ſunt, habent Raim. & Cont.

*t* Hæc ad finem uſque Raim. omiſit, & in concil. d. cap. 54. non ſunt: eſt tamen additum in marg. in princ. ejus capitis, *ſupra de appellat.* SUPER EO. 3. ſed ſuſpicabamur eſſe non 3. ſed 1. hoc eſt cap. 2. partis 10. quod eſt cap. 2. in hac collectione, & plenius cap. 28.

*u Archiepiſcopo Remenſi*, d. parte 10. cap. 2. & Raim. & Cont. cap. 2. eod. & cap. 2. hujus tit. in hac coll.

*x* Hæc verba ſunt in uno Tarrac. ſed pro eis ſcribendum eſt *cap. 2. eod.*

*y Quæ* pro *quod* Barcin. aptius. Raimund. & Cont. omiſerunt, quæ poſt verbum *cetera* ſunt uſque ad illa *Super eo vero*: in concil. quoque nulla ſunt, ut diximus cap. 2. *z Ad te*, unus Tarracon.

*aa* Vide, quæ diximus d. cap. 2. *bb* Hæc neque in concil. ſunt, neque apud Raim. neque in hac collectione dicto cap. 2. *Verumtamen ſi quis* &c. Barcin. *Verumtamen ſi quis aliter*, unus Tarrac.

*cc Eos mittere*, unus Tarrac. *dd Aurel. Epiſcopo*, Barc. *Anuenſi Epiſcopo*, prior editio concil. d. parte 10. cap. 28. *Zamorenſi Epiſcopo*, poſterior editio, quæ pleraque mutat ob Gregorianam collectionem: ſic Raim. in veteribus libris, *Zamorien.* Cont. & alii non recte. *Jenuenſi* vetus Tarracon. *Januenſi*, alter, pro *Genuen.* ego *Gienen.* ſcriberem, ſive *Aurien.* pro *Aurel.* aut pro *Anuen. Abulen.* Si credimus Raimundo, nihil aliud opus eſt quærere, ſed *Zamoren.* retinere; neque enim id nomen fictum eſt: immo de Zamorenſi eccleſia magna contentione inter Archiepiſcopos certatum eſt tempore Innocentii Tertii, ut ex ejus regiſtro apparet: vide etiam cap. 7. collect. 2. *ee* Pro his verbis Raim. & Cont. habent *tuas*, quam vocem in concil. legimus, & edita: *tuas quas nobis* &c. *ff* Sic etiam Raim. & Cont. *ſuſcipere*, concilia.

*gg* Hæc etiam Raim. & Cont. omittunt: ſunt in concil. *hh I. diaconus*, Raim. & Cont. *frater* pro *filius*, concil. non recte. Hunc ſuſpicor fuiſſe poſtea Cæleſtinum III. dictum, qui legatus in Hiſpania fuit, ut ait Innoc. III. cap. 4. de reſt. in integr. 3. collect. *ii Scilicet*, concil. mendoſe in poſteriori editione, *ſ.* in priori.

*kk* Ante hæc verba eſt in poſteriori editione concil. *olim Apoſtolicæ ſedis Legatus*, quæ in Gregorianis libris ſunt: edita non ſunt, ſed ſunt in concil. at in priori editione omnia, ut edidimus.

*ll* Hæc in Gregoriana collectione non ſunt, ſint licet in concil.

*mm* Sic etiam in concil. *poſt excommunicationem ejus*, Contius addens, quæ Raim. omiſerat.

*nn* Hæc uſque ad illa, *Cum dilectus*, Raim. omiſit, Contius addidit, ſunt autem in concil.

*oo Cumque* pro *Cum* eſt in duobus Tarrac. & in concil. *Cumque N.* Raim. & Cont. aliis omiſſis.

UNED

Beati Jacobi firmiter aſſeveraret (*a*), quod in legatione Regis eſſes, & ideo non potuiſſes [*b*] ad vocationem prædicti Cardinalis accedere. Cardinalis e contra aſſeruit, quod non in legatione Regis, ſed in Salamantina (*c*) eccleſia, te ſuus nuntius inveniſſet, tibique dixiſſet (*d*), quod in alia (*e*) eccleſia te non eſſet requiſiturus, & cum iterum ex parte tua fuiſſet propoſitum, quod quando venerabilis (*f*) frater noſter Archiepiſcopus Compoſtellanus appellaverit (*g*), tuam etiam appellationem interpoſuiſſes (*h*): Cardinalis adjecit, quod appellatio illa, te tueri illa in parte (*i*) non potuit, quin ad (*k*) ipſius vocationem [*l*] accedere tenereris. Nos vero attendentes, quomodo te (*m*) non decuerit [*n*] contemnere optentu appellationis ad vocationem Cardinalis veniſſe [*o*]: f. tuam monemus, atque pr. [*p*] quatenus vel in propria perſona, vel per idoneos nuntios Apoſtolico conſpectui te repræſentes (*q*), innocentiam, & immunitatem (*r*) tuam, ſi poteris, oſtenſurus.

## CAPUT XXX.

*Idem Cant. Archiepiſcopo* [*s*].

cap.20.eod. AD hæc, & infra (*t*). Præterea de iis (*u*), qui juramentum præſtant, quod ſtabunt judicio eccleſiæ (*x*), & poſtea præſtito ſacramento [*y*] appellant; id tua ſollicitudo provideat, ut eos (*z*) ſervare, quod jurant, vel infra xl. dies poſt appellationem interpoſitam iter arripere ad ipſam proſequendam compellas.

## CAPUT XXXI.

*Idem Carnoten. Epiſcopo* [*aa*].

QUæſtioni, quam facis (*bb*), utrum appellationi illius ſit deferendum, qui ſicut moris eſt (*cc*), præſtito juramento abſolvi meretur (*dd*), ſi ante quam (*ee*) aliquid ei mandetur, appellaſſet (*ff*), vel ſi mandato [*gg*] recepto, cauſa ſubterfugii appellaverit (*hh*), taliter reſpondemus; quod poſtquam juravit (*ii*), appellationi ejus (*kk*), quæ juramento ejus debeat derogare [*ll*], non eſt [*mm*] in aliquo deferendum; ſed ſtatim erit in eadem ſententia reducendus (*nn*): quæ donec mandatum ſuſceperit, & ſuſceptum pro poſſe fuerit proſecutus (*oo*), debet firmiter obſervari. cap.21.eod.

## CAPUT XXXII.

*Idem Winton. Epiſcopo.*

PRæterea, qui ad Apoſtolicam ſedem de clericis appellant (*pp*), & poſtea gravia, & enormia (*qq*) committentes, ſed dum conveniuntur (*rr*), tuentur appellatione, hoc duximus (*ſſ*) reſpondendum; quod ſi poſt appellationem (*tt*) gravia committunt, & ita publice, & manifeſte, quod alii graviter [*uu*] ſcandalizentur, & decor eccleſiaſticæ honeſtatis deformetur, eos appellatio non debet in tanta nequitia, & iniquitate tueri (*xx*), quominus cap.22.eod.



*a* *Aſſeveraſſet*, vetus Tarrac. *b* Vox *ideo*, in concil. non eſt: *poſſes* pro *potuiſſes*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *c* Sic in concil. & in Gregoriana; ſed *in Salmanticenſi* ſcribendum erat, ut veteres uſi ſunt: ſed ferendum eſt, vitio enim temporum multa ſunt immutata.

*d* Hæc recte Cont. addidit a Raim. omiſſa: ſunt etiam in concil. *& tibi*, Cont. legit, *tibique* in concil. eſt.

*e* Sic etiam Cont. *quod non in alia eccleſia eſſes quæſiturus*, concil. mendoſe.

*f* Sic etiam Cont. *quod venerabilis N. Archidiaconus Prædanus*, in concil. non recte.

*g* *Appellavit*, Bar in. concil. & Cont. & vetus Tarrac. *h* Sic etiam in concil. *tuam appellationem etiam interpoſuiſſet*, Cont. quod non placet: *tu etiam* pro *tuam etiam* malo, ſive *tu tuam etiam*; cetera, ut edidimus.

*i* *In parte illa*, concil. *in hac parte*, Barcin. & Cont. *in illa parte*, vetus Tarrac.

*k* *Quod ad*, unus Tarrac. *l* Sic etiam Cont. *illius* pro *ipſius* concil. *ipſius invocationem*, Barcin. quod non æque placet. *m* Sic etiam in concil. *quod te*, Raim. & Cont. *n* *Non decet*, concil. *non decuit*, Raim.

*o* *Venire*, concil. *ad vocem Card. venire*, Barcin. *ad vocationem venire Legati*, Raim. & Cont.

*p* *Fraternitatem tuam monemus*, *mandantes*, *atque præcipientes*, concil. *præcipimus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*q* Sic etiam Raim. *te præſentes*, concil. *r* Sic etiam in concil. hæc a Raim. & Contio ſunt omiſſa. Poſt hoc caput in Barc. eſt Cæleſtini caput, cujus initium, *Præterea requiſiſti* &c. eſt in 2. collect. c. 14. ejuſd. tituli.

*s* *Cantuarien.* pro *Cant.* Raim. & Cont. *Idem R. Cant. Archiepiſcopo*, Barcin. & concil. d. parte 10. cap. 29. ut editum eſt, in Barcin. cap. 4. de jurejurando. *t* Sic etiam Raimund. & Cont. *Pars c.* AD HÆC. Barcin. omittuntur hæc in concil. & d. cap. 4. in Barcin. *alias incip.* PRÆTEREA. Cont. in marg. Integra clauſula fortaſſe eſt ſub tit. de exceſſibus prælator. cap. 2. in hac collectione, & in concil. parte 24. cap. 4. licet non eſſe initium id reſcripti manifeſtum ſit: quis enim litterarum initium eſſe credat, vel *Ad hæc*, vel *Præterea*?

*u* *Præterea*, vetus Gregor. aliis omiſſis: ceteri libri, ut editum eſt.

*x* Sic etiam in concil. *mandato* pro *judicio* Barcin. d. cap. 4. *quod eccleſiæ ſtabunt judicio*, Raim.

*y* *Juramento*, concil. & Barcin. d. cap. 4. omnia omittunt Raimund. & Contius.

*z* *Non eos*, Barcin. d. cap. 4. mendoſe: forte *nam eos*; ſed nihil muto. *aa* Sic omnes, uno veteri Gregor. excepto, in quo eſt, *Cantuarien. Archiepiſcopo: Carnomen.* vetus Tarrac. *Canonim.* alter.

*bb* Ante hæc verba eſt in Barcinon. *Pars cap.* SANE QUIA NOS. *P. c.* SANE, Cont. Integra clauſula poſita eſt cap. 16. de officio, & poteſtate judicis delegati: eſt in concil. parte 7. cap. 20. & quod in hac collectione eſt in tria capita diviſum, illic unicum caput eſt: nam poſt verba capitis 16. adduntur verba capitis 5. de teſtibus cogendis, & poſt ejus capitis verba, hæc ſunt: *Quæſtioni vero, quam facis.*

*cc* Sic etiam Raim. *mos eſt*, conc. *dd* Sic etiam Raim. & Cont. *inhibetur* pro *meretur* concil. non recte.

*ee* Sic etiam in conc. *&* pro *ſi*, Raim. & Cont. *ff* *Mandatum eſt*, *appellet*, concil. *mandetur*, Raim. alia voce omiſſa. *gg* Sic etiam in concil. vox *ſi* a Raim. eſt omiſſa. *hh* Sic etiam Raim. & Cont. *cauſa diffugii appellet*, concil. *ii* *Juraverit*, concil. *Reſpondemus*, *quod*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*kk* Sic etiam in conc. vox *ejus* omittitur a Raim. *ll* Sic etiam Raimund. & Cont. *derogat*, concil. aliis prætermiſſis. *mm* Sic etiam Raim. *penitus non eſt*, conc. *nn* *In eandem reducendus ſententiam*, conc. & Raim. & Cont. aptius; *in eandem ſententiam reducendus*, duo Tarr. *oo* Sic etiam Raim. & Cont. *executus*, Barc. *pro poſſe ſuo fuerit executus*, conc. *pp* *Appellant de clericis*, conc. parte 50. cap. 53. *Præterea de his, qui ad ſedem Ap. appellant*, Raimund. & Cont. apertius. *qq* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*rr* Sic etiam Raim. *cum* pro *dum* concil. *ſſ* Sic etiam in concil. vox *hoc* a Raim. eſt omiſſa.

*tt* Hæc Raim. & Cont. omittunt, uſque ad illa, *eos appellatio*, ſunt autem in concil.

*uu* *Alii* conc. omiſſa voce *graviter*. *xx* *Eos appellantes in tanta nequitia, & iniquitate non debes tueri*, conc.

eos

nus eorum exceſſus (a) canonica cenſura puniatur (b). Porro de iis [c], qui ſententia excommunicationis (d) innodati, jurant eccleſiaſtico [e] judicio ſtare, & mox obliti in vocem appellationis prorumpunt: d. t. ſignificamus, quod eos per excommunicationem compellere debes, appellationem factam (f) congruo tempore [g] proſequi, vel judicio eccleſiæ ſtare.

## CAPUT XXXIII.

*Idem Cantuar. Archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis* [h].

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p.28. c. 14.

EX querimoniis (i) clericorum, qui de partibus veſtris ad præſentiam noſtram accedunt, ſatis evidenter nobis innotuit, quod interdum decedentibus eccleſiarum perſonis, quandoque filii (k) quandoque alii abſque conſcientia, & conſenſu Epiſcopi diœceſani, ſe in prædictas eccleſias intrudere non verentur, & earundem eccleſiarum claves accipiunt, & ut eccleſias (l), & earum bona [m] teneant occupata, in vocem appellationis prorumpunt. Quoniam igitur (n) id iniquum eſt penitus (o), & abſurdum; nos tantæ iniquitati, & enormitati, paſtorali volentes conſideratione occurrere, & radicem hujus cupiditatis de clero penitus extirpare: f. v. per A. s. pr. m. quatenus (p), ſi qui ſunt, vel fuerunt in partibus veſtris, qui tali modo ad detinendas eccleſias inhiare præſumant [q], ipſos ad eas (r) eccleſias, quanto citius [s] relinquendas, ſtudioſe monere curetis, & eccleſiaſtica diſtrictione compellere. Ita quod, ſi manifeſtum eſt, ipſos ita temere (t), & præſumptuoſe eccleſias detinere, optentu (u), appellationis, ſi quam (x) interpoſuerint [y], non obmittatis, quin eos ad eaſdem eccleſias dimittendas, ap. ces. eccleſiaſtica cenſura compellatis.

## CAPUT XXXIV.

*Idem Winton. Epiſcopo.*

Non ponitur. d.p.10. cap. 31.

SUper eo vero [z], quod a nobis quærendum duxit t. diſcretio (aa), utrum videlicet per incidentem (bb) quæſtionem, ſuper quam (cc) fuerit appellatum, tota principalis cauſa, quæ commiſſa eſt judici appellatione poſtpoſita (dd) terminanda (ee), debeat indeciſa relinqui, inquiſitioni t. duximus reſpondendum; quod ſi quæſtio incidens talis fuerit, quod ſine ea principalis cauſa [ff] non poſſit (gg) terminari, per interpoſitum (hh) ap. obſtaculum, totius cauſæ cognitio debet de jure differri (ii), donec ſuperior judex, ad quem ſuper jam dicta [kk] quæſtione appellatum eſt, aliter de tota cauſa diſponat.

## CAPUT XXXV.

*Idem Cant. Archiepiſcopo.*

Non ponitur. d.p.10. cap. 32.

SIgnificaverunt nobis dilecti filii noſtri (ll) prior, & canonici ſanctæ Frid.* (mm) quod cum ſuper [nn] cauſa, quæ inter eos, & canonicos de Oſeneja [oo] de eccleſia S. Mariæ Magdalenæ vertitur, de mandato (pp) noſtro coram venerabilibus fratribus noſtris (qq) Exon. (rr) & Ciſtrenſi Epiſcopis tractaretur, ad audientiam (ſſ) noſtram appellaſſent, idem Epiſcopi canonicos de Oſeneja (tt) in poſſeſſionem eccleſiæ ipſius, cauſa rei ſervandæ judicaverunt induci; & poſtmodum idem Epiſcopi litteras commiſſionis noſtræ, quas ſuper cauſa ipſa receperant, diligentius intuentes, & videntes appellationem alterutri partium in eiſdem litteris inhibitam non fuiſſe, Exon. Archid. mandaverunt [uu], ut omnia in eodem ſtatu ſervaret, in quo tempore factæ appellationis fuiſſe dignoſcuntur [xx]. Interim vero canonici de Oſeneja in præſcriptam eccleſiam irruerunt, & ibi manere volentes, a miniſtris S. Fridæ (yy) rejecti [zz] fuerunt. Deinde autem

* *Sanctæ Fridevuendæ*, Cujac.

*eos appellatio non debet in ſua iniquitate tueri*, Raim. *in ſua* pro *in tanta*, unus Tarracon.

a Sic etiam Raimund. & Cont. *coram te exceſſus*, concil. quod non æque placet.

b *Puniantur*, vetus Gregor. & alii: *puniatur*, Cont. & concil. c Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

d *Excommunionis*, vetus Tarracon. e *Eccleſiæ*, concil. f *Suam appellationem*, concil.

g Hæc in concil. non ſunt. h Hæc in duobus Tarracon. non ſunt.

i *Ex crebris querimoniis*, concil. *Ex frequentibus querellis*, cap. 1. de inſtitutionibus in hac collectione: quod caput huic noſtro non diſſimile eſt: *quorundam*, additur in uno Tarrac. k *Filius*, vetus Tarracon.

l Vox & non eſt in duobus Tarrac. m *Vel* pro & concil. n *Quum igitur*, concil.

o Sic in priori editione concil. *ſit* pro *eſt*, in poſteriore. p *Fraternitati tuæ* &c. *quatenus*, concil.

q Sic etiam in priori edit. concil. *inhiare præſumunt*, in poſteriore, & in uno Tarracon.

r *Ad eaſdem*, concil. s *Quantocyus*, concil. & duo Tarracon.

t *Tenere*, concil. quod non placet: *eos ita temere*, Barcin. u *Sub obtentu*, concil.

x *S.* pro *ſi* vetus Tarrac. quod *ſcilicet* interpretor. y Sic etiam in concil. *interpoſuerunt*, Barc. & duo Tarr.

z Ante hæc verba eſt in Barcin. *pars cap.* QUAMVIS. Integram clauſulam eſſe ſuſpicor cap. 7. de officio, & poteſtate judicis delegati, in hac collectione. aa *Dis. t.* vetus Tarracon. *di. t.* alter.

bb *Propter*, ſcribe, ut eſt in concil. in duobus Tarrac. non *per*. cc *Sub qua*, conc. *ſuper qua*, duo Tarrac. non male. dd *Remota*, conc. ee *Determinanda*, vetus Tarrac. ff Sic in conc. vox *cauſa* in Barcin. deſideratur. gg *Non poteſt*, unus Tarr. hh *Propter* in concil. non *per*, ut ſupra: *per interpoſitam*, vetus Tarrac. *per interpoſitum debet*, alter Tarrac. deleto poſtea ſimili verbo *debet*. ii *Deferri* in concil. non recte, & in vet. Tarrac. kk *Prædicta*, conc. Vide ſimile reſcriptum cap. 10. quod maluit Raim. quam hoc referre.

ll *Dil. fil. noſter*, unus Tarrac. mm *Fridæ*, duo Tarr. *ſanctæ Fridesvuihe*, concil. *Fridæ* poſtea in tribus Tarrac. *Fridesvuerichæ*, in concil. & *Frideſvuichæ*. *Si judex*, additur in vet. Tarrac. poſt *Fridæ*.

nn *Cum*, in Barcin. & in concil. deſideratur, & in vet. Tarrac. *cum ipſi ſuper*, alter Tarrac.

oo *Oſenia*, concil. pp Sic etiam in concil. *cum de mandato*, Barcinon.

qq *Venerabili fratre noſtro*, prior concil. editio non recte; *venerabil. fratr. noſtr.* poſterior recte.

rr *Exonien.* concil. *Exonienſi*, unus Tarrac. plenius. ſſ *Et ad audientiam*, concil.

tt *Oſenia*, concil. poſtea tamen *Oſeneja* eſt. *Oſeneja*, in tribus Tarrac. bis. *Oneſia*, & *Oneſeja*, in uno tantum.

uu *Oxeneford.* pro *Exon.* Barcin. *quæſtione facta a Xeneforden. Archidiacono*, *mandaverunt*, concil. plenius.

xx *Dinoſcitur*, concil. quod minus probo. yy *Sanctæ Frideſvuerichæ*, concil. *ſanctæ Fridæ*, duo Tarrac.

zz *Dejecti*, Barcin. & unus Tarrac. *ejecti*, concil.

tem [a] canonici de Oſeneja, ad Lundon. & Wigor. (b) Epiſcopos litteras noſtras impetraverunt continentes, quod ſi a poſſeſſione (c) ipſius eccleſiæ fuiſſent violenter ejecti, eis poſſeſſio redderetur: & ſic cum pars utraque [d] propter hoc [e] eorum ſe conſpectui præſentaſſet, præfatus prior Sanctæ Fridæ (f), quoniam litteræ ante terminum appellationi præfixum, ſicut ajebat, per ſubreptionem (g) fuerunt impetratæ, ad noſtram iterum audientiam appellavit; ſed Lundon. (h) Epiſcopus ap. non deferens, canonicos de Oſeneja (i) in poſſeſſionem ejus eccleſiæ (k) fecit induci. Inde eſt, quod f. t. per A. s. pr. m. quatenus (l), ſive ex litteris [m] noſtræ commiſſionis prædictis Exon. & Ciſtrenſi (n) Epiſcopis factis (o), ſive ex aſſertione ipſorum Epiſcoporum, aut etiam (p) alias tibi legitime (q) conſtiterit, in prædictis litteris ap. inhibitam non fuiſſe; quidquid poſt ejus (r) appellationem ab eis [s] Epiſcopis ad nos interpoſitam, in cauſa ipſa innovatum eſt, vel mutatum, in eum ſtatum (t) facias ap. ces. reduci, in quo tempore factæ appellationis noſcitur extitiſſe (u), non obſtantibus litteris noſtris ad Lundon. & Wigor. Epiſcopos poſterius directis (x), ſi ante terminum ap. præfixum, aut etiam in termino fuerint tacita imperratæ veritate. Non enim a poſſeſſione fuerunt ejecti violenter, ſi volentes poſſeſſionem intrare [y], ſunt in continenti rejecti (z), cum liceat omnibus vim in continenti vi repellere (aa), & ab aliorum [bb] violentia jura ſua tueri (cc): deinde vero utraque parte ante te (dd) convocata [ee], cauſam diligentius (ff) audias, & eam ſublato ap. remedio ſtudeas terminare (gg).

## CAPUT XXXVI.

Non ponitur. ſupra c.3. de judic.

*Alexander III. Cant. Archiepiſc.*

NOS in eminenti ſpecula eccleſiæ, licet immeriti, diſponente domino conſtituti fratrum, & coepiſcoporum noſtrorum tenemur conſultat. (hh) reſpondere, & quod a nobis (ii) in quæſtione propoſita melius viſum fuerit, aperire: inde eſt, quod prud. tuæ litteris præſentibus reſpondemus; quod cauſa aliquibus ſublato ap. re. delegata, ſi alter judicum conjudici, aut alii vices ſuas commiſerit, a ſecundo delegato judice poterit appellari, quia delegatus non poterit ap. poſtpoſita delegare: cauſa vero per appellationem ad primos delegatos, aut ad eum, qui delegavit, ſecundum appellantis arbitrium, refertur (kk).

## CAPUT XXXVII.

*Idem Gradenſi (ll) Patriarchæ, & E. tt. Sancti Vitalis presbytero Cardinali, & priori Sanctæ Crucis.*

COnſtitutis in præſentia noſtra dilectis filiis noſtris M. (mm) Abbate Sancti Felicis (nn), & presbytero R. atque canonico Sancti Marci (oo) pro controverſia, quæ de electione Toletanæ (1) (pp) eccleſiæ faciente maligni hoſtis invidia (qq), ſuborta eſt, &c. & infra. Ideoque vobis per A. s. pr. (rr) m. qua. in unum pariter (ſſ) convenientes, utramque partem ante præſentiam veſtram convocetis, & inquiſita rei veritate diligenter, & cognita, ſi vobis conſtiterit, quod præfatus Archidiaconus (tt) poſt appellationem ad nos factam (uu), poſt denuntiationem [xx] etiam excommunicationis [yy], ad denominationem [zz] ſæpe dicti C. proceſſerit, & primicerius cum canonicis, & plebanus cum aſſenſu cleri Epiſcopatus, vel majoris, & ſanioris partis prænominatum (aaa) I. in Epiſcopum, & paſtorem elegerit (bbb), non ob. ap. vel prohibitione (ccc) præſtita ab Archidiacono (ddd), ſi ipſe (eee) appellationi prius factæ non detulit, electionem c. 23. eod.

(1) *Torcellanæ*, malo.

a Vox *autem* in concil. non eſt.
b *Ad Lunden. & Vuigorn.* concil. ſæpe incidimus in hæc nomina varie ſcripta: qui recte ſcribunt, *Londinum*; & *Vigorniam* ſcribunt; alii *Lundoniam*, ſive *Londoniam* pro *Londino* dixerunt jam inde a temporibus Gregorii primi. c Sic prior concil. editio: *ſi* deſideratur in poſteriore.
d *Et ſicut utraque pars*, concil. non recte. e Hæc in concil. non ſunt.
f *Sanctæ Fridesvuichæ*, concil. g *Per ſubreptiones*, olim in uno Tarracon.
h *Sed Lunden.* prior concil. editio: *ſed London.* poſterior. i *Oſenia*, concil.
k *Ejuſdem eccleſiæ*, Barcin. & concil. l *Fraternitati tuæ* &c. *quatenus*, concil. *f. v. per A. ſ. m. qua.* unus Tarracon. m *In* pro *ex* concil. quod non æque probo. n *Exonien. & Ciceſtrenſis*, prior concil. editio, non recte. *Ciceſtrenſi*, poſterior. o *Factæ*, concil. non ineptiſſime.
p Vox *etiam* in uno Tarracon. non eſt. q Vox *tibi* in concil. deſideratur.
r Vox *ejus* non eſt in concil. neque in Barcin. neque in uno Tarrac. *ejuſmodi* forte ſcribi debuit.
s *Ab eiſdem*, concil. t *Aut mutatum*, *in eo ſtatu*, concil. u *Fuiſſe*, concil.
x *Litteris*, *neque Lunden. neque Vuigornien. Epiſcopis poſtea directis*, concil. mendoſe.
y *Volentes intrare*, concil. z *Ejecti*, Barcin. *rejecti*, concil. aa *Vim vi in continenti tantum, repellere*, conc. *vim vi* &c. vet. Tarr. bb *Ab eorum*, concil. cc *Jura tueri*, concil. dd *Ante præſentiam tuam*, concil.
ee *Vocata*, unus Tarracon. ff *Cauſam ipſam diligentius*, Barcin. & concil. gg *Termines*, concil.
hh *Conſultationibus*, duo Tarracon. vox *noſtrorum*, in altero deſideratur.
ii *A*, in veteri Tarracon. expunctum eſt. kk *Refertur*, duo Tarracon.
ll *Idem Granden. Patriarchæ*, *& ſancti Vitalis presbytero Card.* Raimund. & Cont. aliis omiſſis. *Grand.* unus Tarrac. *l. priori*, pro *& priori*, idem. mm Hæc omittunt Raim. & Cont.
nn *Sanctæ* pro *ſancti*, unus Tarracon. non male. oo Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa.
pp Sic tres Tarr. *Torcellanæ* Barcin. & Raim. & Cont. aptius. qq Hæc itidem Raim. & Cont. omiſerunt.
rr Hæc etiam ab eiſdem omittuntur: *vobis*, in Barc. deſideratur. ſſ Hæc uſque ad illa, *ſi vobis*, a Raim. & Contio ſunt omiſſa. tt *Si Archidiaconus*, Raimund. & Cont. uu Hæc a Raim. & Cont. ſunt omiſſa.
xx *Et*, additur in Barcin. ante hæc verba *& denuntiationem*, Raim. & Cont. *poſt nuntiationem*, vetus Tarrac.
yy Vox *etiam* a Raim. omittitur. zz *Ad nominationem*, Raim. & Cont. aaa *Nominatum*, vet. Tarrac.
bbb *Elegerunt*, vetus Gregor. *elegerint*, Cont. & alii, & unus Tarr. ccc Hæc omittunt Raim. & Cont.
ddd *Præfati Archidiaconi*, Barcin. & Raim. & Cont. eee Vox *ipſe* in uno Tarrac. non eſt.

nem de præfato C. (*a*) factam appellatione, & ex. re. (*b*) Apoſtolica auctoritate confirmetis, & tu frater (*c*) Patriarcha ei conſecrationis munus impendas: ſi autem res aliter ſe habuerit convocatis ſuffraganeis Gradenſis (*d*) patriarchatus, aliiſque viris diſcretis, & honeſtis vobis aſcitis (*e*), cauſam audiatis, & eam re. ap. ob. fine debito terminetis.

## CAPUT XXXVIII.

*Idem Eboracen. Archiepiſcopo.*

c. 34. eod. PRopoſuit nobis M. clericus tuus, quod ſæpe contingit, ut, cum aliquis ſuper aliqua cauſa appellat, in aliis cauſis, in quibus non eſt appellatum, reſpondere penitus renuat, & recuſet [*f*], ſuper quo conſult. t. taliter (*g*) reſpondemus; quod licet pro illa appellatione (*h*) † tuam † (*i*) non minus teneatur in aliis cauſis, ſuper quibus appellatum eſt [1] (*k*), reſpondere: judex tamen, a quo appellatur, quia illi omnino ſuſpectus eſt, cum in cauſa procedere non deberet [*l*], ad reſpondendum [*m*] ſuper aliis cauſis (*n*) compellere, niſi pro crimine adeo gravi, & manifeſto, quod ipſo actu [*o*] haberetur reus, & merito foret damnandus.

## CAPUT XXXIX.

*Idem eidem.*

De conc. præb. c. 3. RElatum eſt auribus noſtris, quod cum quidam (*p*) clerici in beneficiis eccleſiaſticis c. vel cc. marcharum (*q*) redditus poſſidentes, & proponentes primas vacantes eccleſias a monachis, vel canonicis, aut aliis jus patronatus habentibus ſibi fuiſſe promiſſas, ne in illis, cum vacant, inſtituantur alii, vocem appellationis emittunt [*r*], ut interim arte aliqua valeant propoſitum ſuum adimplere; quia igitur conſulis (*s*), an a diœceſano (*t*) Epiſcopo hujuſmodi appellationi ſit deferendum, præſentibus litteris reſpondemus (*u*), quod cum in Lateranenſi concilio (*x*) promiſſiones factæ de eccleſiis non vacantibus ſint caſſatæ (*y*), prætextu appellationis eorum, qui jam dictis [*z*] promiſſionibus nituntur [*aa*], omitti non debet, quin eccleſiæ cum vacaverint, perſonis (*bb*) idoneis ordinentur.

## CAPUT XL.

*Idem Eboracen. Archiepiſcopo.*

IN eminenti ſpecula eccleſiæ licet immeriti diſponente domino conſtituti, intendere debemus conſultationibus ſingulorum, & prout nobis dominus [*cc*] revelaverit (*dd*), propoſita denodare (*ee*). Conſuluiſti autem ſi cauſa ap. re. commiſſa altera partium ante citationem, vel poſt (*ff*), ante ſententiam, vel poſt [*gg*] ad ſedem Apoſtolicam appellaverit, an appellationi ſit in his articulis (*hh*) deferendum. Præterea ſi cui cauſa (*ii*) fuerit ap. re. commiſſa, & alter adverſariorum appellaſſet [*kk*], quia delegatus [*ll*] judex non vult probationes ſuper ſuggeſtione falſi admittere, qua cauſatur (*mm*) litteras impetratas, an in hoc caſu appellatio teneat, quæſiviſti. Dubitas autem (*nn*), ſi duobus fuerit cauſa ap. re. commiſſa [*oo*], & alter ſuo conjudici vices ſuas commiſerit, an ille ſolus (*pp*) poſſit procedere, ap. re. vel ab eo liceat appellare. Cum in fine litterarum (*qq*) non ſit appoſitum, ut ſi uterque nequiverit (*rr*) intereſſe, unus procedat. Primæ igitur quæſtioni taliter (*ſſ*) reſpondemus, quod cauſa ap. re. commiſſa appellationi deferri non debet, ſive ante citationem, ſive poſt, ſive ante ſententiam, ſive poſtea (*tt*) fuerit appellatum, niſi appellans prius, quam citaretur, iter arripuiſſet ad ſedem Apoſtolicam veniendi. Quod autem quæſiſti [*uu*], ſi aliquis appellaverit [*xx*], quia delegatus judex audire ſuper falſi [*yy*] ſuggeſtione probationes recuſat, an ap. teneat, hoc tuam volumus

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 49. c. 13.

[1] *Non eſt*, malo.

*a* I. ſcribendum eſt, ut in Barcin. eſt, & in Gregorianis, & in duobus Tarrac.
*b* *Ap. & excuſatione re.* Barcin. hæc a Raim. & Contio ſunt omiſſa. *c* Quæ ſequuntur a Raim. & Contio ſunt etiam omiſſa. *d* *Grandenſis*, unus Tarracon. *e* *Aſſiſtentibus*, vetus Tarracon.
*f* *Reſpondere recuſet*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis. *g* Sic etiam veteres Gregor. *tibi taliter*, Cont. & alii.
*h* *Per illam appellationem*, vet. Tarr. *i* Vox hæc delenda eſt, quæ neque in Barc. eſt, neque in Gregor. neque in uno Tarrac. eſt in aliis duobus. *k* *Appellatum non eſt*, Barcin. & Raimund. aptius, & duo Tarrac.
*l* *Cum non debet*, Raim. & Cont. apertius: *eum in cauſa præcedente non debere*, Barcin. non ſine mendo; forte *eum in cauſa procedente non deberet ad reſpondendum &c. compellere*: vox *cum* in uno Tarrac. non eſt: *debet* pro *deberet* in duobus. *m* *Nec ad reſp.* unus Tarrac. *n* *Pro*, eſt in Barcin. non *ſuper*: vox *cauſis* in Gregorianis deſideratur. *o* *Quo ipſo actu merito ſit damnandus*, Raim. & Cont quod non æque placet.
*p* Vox *cum* in Barcin. non eſt, neque in concil. parte 47. cap. 7. tit. de jure patronatus. Raim. multa omiſit, & Contius, ſub tit. de conceſſione præbendæ cap. 3. *q* *Argenti*, addit vetus Tarrac.
*r* *Appellationem emittunt*, concil. *s* *Conſuluiſti*, vetus Tarrac. *t* *An diœceſiano*, concil. non recte.
*u* *Præſentibus tibi litteris reſpondemus*, duo Tarrac. & concil. *conſult. t. t. reſpondemus*, Raim. & Cont.
*x* *Cap. 8. ſub Alex. III.* non *cap.* 5. ut Contius ſcripſit: ex eo eſt cap. 2. de conceſſ. præb. in Gregoriana.
*y* *Sunt* pro *ſint*, unus Tarrac. *z* *Qui jam prædictis*, concil. *qui dictis*, Raim. & Cont.
*aa* *Innituntur*, conc. & Raim. *bb* *De perſonis*, concil. & Raim. *cc* *Prout Deus nobis*, concil.
*dd* Sic etiam conc. *miniſtraverit*, Barcin. *ee* *Quæſtiones propoſitas denodare*, Barcin. *propoſitas enodare*, concil. *propoſitas denodare*, Tarrac. duo; in altero tamen *S* expunctum eſt.
*ff* *Citationem*, addunt Barcin. & concil. & unus Tarracon. *gg* *Sententiam*, addunt iidem: *vel poſt*, in vet. Tarrac. aliquando deſiderabantur. *hh* *In hujuſmodi articulo*, Barcin. & duo Tarrac. & concil. excepta voce *articulo*. *ii* *Si cauſa*, Barcinon. & concil. & duo Tarracon. *kk* *Appellet*, concil.
*ll* Vox *delegatus* in uno Tarr. non eſt. *mm* *Eſſe*, additur in Barcin. *contra Cant.* eſt in conc. non ſine mendo.
*nn* *Etiam* pro *autem*, in conc. non male. *oo* *Ap. re.* in vet. Tarracon. olim non erant.
*pp* Vox *ſolus* aliquando in vet. Tarrac. deſiderabatur. *qq* Vox *litterarum* in concil. non eſt.
*rr* *Nequit*, unus Tarrac. *ſſ* *Primæ ergo quæſtioni*, concil. omiſſa voce *taliter*. *tt* *Sive poſt*, concil.
*uu* *Quæſiviſti*, concil. *xx* *Appellavit*, unus Tarrac. *yy* *Falſa*, unus Tarrac.

UNED

lumus diſcretionem tenere, quod in eo caſu debet ap. deferri. Ab uno vero judicum ap. remota in cauſa procedi non poteſt, niſi hoc ſpecialiter (*a*) in commiſſionis litteris (*b*) exprimatur. De cetero noveris [*c*], quod ſi ſententiam a nobis latam præceperimus per aliquem executioni mandandam, & fraus intervenerit, non eſt facultas executori de toto negotio cognoſcendi, ſed referri quæſtiones, quæ inciderent, ad ſedem Apoſtolicam oportebit.

## CAPUT XLI.

*Idem R. Cantuar. Archiepiſcopo* (*d*).

c.25. eod. t. QUA fronte nos ſuper articulis juris (*e*) conſulere valeas, non videmus; cum in iis, quæ tibi nota ſunt, & liquido manifeſta (*f*), dicaris ordinem juris (*g*) pervertere, & evidenter (*h*) libertati eccleſiaſticæ contraire (*i*), pro qua ille glorioſus inclitus (*k*) martyr Thomas (*l*) prædeceſſor tuus ſubire martyrium non expavit. Jam enim non in eccleſia, ſicut canonicum eſt, & honeſtum, non in palatio (*m*), non in camera (*n*) tua, ſed in propria (*o*) camera Regis, contra debitum juris, & contra Pontificalis officium dignitatis (*p*), Epiſcoporum electiones diceris confirmare. Verum, ne petitionibus [*q*] tuis noſtrum denegare videamur aſſenſum ſuper iis, de quibus nos conſulere voluiſti, tibi, prout nobis dominus dedit (*r*), reſpondemus: ſane, ſi quis pro contumacia, vel alia qualibet cauſa, interdicto, vel (*s*) excommunicatione (*t*) tenetur aſtrictus, & offert ſe ad juſtitiam de iis, pro quibus ſententiam ipſam excepit (*u*), judex eum, ut non in excommunicatione decedat [*x*], abſolvere poterit, etiam ſi pars adverſa, ne abſolvatur, ap. obſtaculum interponat, ab ipſo tamen ante abſolutionem, ſufficienti cautione recepta, quod vel in præſentia Romani Pontificis, ad cujus appellatur audientiam, ſi maluerit adverſarius, vel coram judice, cui cauſam Romanus Pontifex (*y*) delegaverit, juris pareat æquitati (*z*). De iis etiam (*aa*), qui ſe conqueruntur irrationabiliter excommunicationi, vel interdicto (*bb*) ſuppoſitos, illud idem [*cc*] dicimus, etſi ii (*dd*), qui hujuſmodi protulerint (*ee*) ſententiam, ad ſedem Apoſtolicam duxerint appellandum. Super eo vero (*ff*), quod defuncto aliquo, interdum religioſæ perſonæ, interdum eccleſiaſticæ, interdum ſæculares poſtulant (*gg*) ſibi debita ſolvi, quæ defunctus ipſis debebat, & niſi ſolvantur, ne corpus defuncti ſepulturæ tradatur, vocem appellationis emittunt, hoc tuæ fraternitati duximus reſpondendum; quod niſi eis (*hh*) de ſolutione debitorum, dummodo ſit ſolvendo, ab hærede, vel conſanguineis defuncti ſufficiens cautio detur, corpus ejus poſt appellationem non eſt tradendum ſepulturæ.

## CAPUT XLII.

*Idem in concilio Lateranen.* (*ii*)

REprehenſibilis valde (*kk*) conſuetudo in quibuſdam partibus inolevit, ut cum fratres (*ll*), & coepiſcopi noſtri, ſeu etiam Archidiaconi appellaturos quoſdam (*mm*) in cauſis ſuis exiſtimant, nulla penitus commotione (*nn*) præmiſſa, ſuſpenſionis, ſive excommunicationis (*oo*) in eos (*pp*) ſententiam ferant [*qq*], alii etiam, dum ſuperioris [*rr*] ſententiam, & diſciplinam canonicam reformidant, ſine ullo gravamine appellationem objiciunt, & defenſionem [*ſſ*] iniquitatis uſurpant, quod ad præſidium (*tt*) innocentium dignoſcitur inſtitutum. Quo circa, ne prælati [*uu*] ſine cauſa valeant gra- c. 26. eod.

*a Speciale*, concil.

*b In litteris commiſſoriis*, concil. *in commiſſoriis litteris*, unus Tarracon. *c* Hæc ſunt in concil. parte 49. cap. 12. ſuperiora cap. 13. non recte: in marg. addi debuit hoc loco: *cap. 5. de ſent. & re judic.* vidimus ſupra eodem illo tit. cap. 7. *d R.* non eſt in concil. parte 31. cap. 2. titulo de excommunicatis, neque in Gregorianis, excepto Contiano. ℞. pro *R.* eſt in duobus Tarracon.

*e* Sic etiam in concil. hæc Raim. omiſit: *in articulis juris*, Cont. *f Liquida*, *manifeſte*, concil. hæc etiam omnia Raimund. omiſit: *in his, quæ tibi nota ſunt*, Contius aliis omiſſis.

*g* Sic etiam Raim. & Cont. vox *juris*, in conc. non eſt. *h* Hæc recte addidit Cont. a Raimund. omiſſa, ſunt in concil. *i* Sic etiam in concil. ſed in marg. *eccleſiæ*, eſt: *eccleſiaſticæ occurrere*, Cont. quod non æque placet. *k Et inclitus*, Barcin. & duo Tarrac. & concil. & Cont. aptius; *glorioſus ille*, unus Tarrac.

*l Sanctus Thomas*, unus Tarrac. *m* Sic etiam in concil. *non etiam in palatio*, Raim. & Cont.

*n Sed* pro *non*, vetus Tarrac. *o* Sic in concil. vox *propria* a Raim. & Contio eſt omiſſa.

*p Officii dignitatem*, concil. & unus Tarr. cetera, ut edita ſunt; *& pontificalis officii dignitatem*, Raim. & Cont.

*q* Recte addidit Cont. a Raim. prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil. mendoſa: namque ita ſcriptum eſt: *Verum ſuper his, de quibus* &c. alia deſiderantur. *r Dederit*, unus Tarr. *prout nobis dederit dominus*, concil. *prout dedit nobis dominus*, Cont. *s* Hæc in concil. non ſunt: habent Raim. & Cont. *interdictione, vel*, unus Tarracon. *t Excommunione*, vetus Tarracon. *u Suſcepit*, unus ex veter. Gregor.

*x Ne* pro *ut non* Raimund. *ut non in excommunicationem diſcedat*, concil. mendoſe.

*y* Hæc omittunt Raim. & Contius: ſunt in concil. *z* Sic etiam Raim. & Cont. ſed in concil. ante hæc verba eſt: *vel coram eo, in quo utraque pars convenerit.* *aa* Hoc eſt in conc. cap. 3. hac inſcriptione: *Idem eidem in eadem epiſtola.* *bb* Sic etiam Raim. *vel interdictioni*, conc. *cc* Vox *illud* in altero ex veter. Greg. non eſt. *dd Etiam ſi hi*, conc. & Raimund. & Cont. *ee Protulerunt*, Raim. & Cont. *pro quibus tulerint*, concil. quod aptius eſt: forte ſcribendum, *pro quibus hujuſmodi protulerint*, ſed malo, quod in uno ex veter. Gregor. eſt *pertulerint ſcribere*; cetera ut edita ſunt. *ff* Hoc thema neque in concil. eſt, neque in Gregoriana: durum credo viſum fuiſſe, corpus poſt appellationem non tradi ſepulturæ, quod ſecundum Anglicanam conſuetudinem fieri teſtantur R. & Alanus Angli, ut Tancredus refert. *gg Poſcunt*, vet. Tarrac.

*hh* Vox *eis* in vet. Tarrac. deſideratur. *ii* Sic etiam Raim. & Cont. *ex* pro *in* Barcin. *cap. 9.* addit in marg. Cont. non recte: ſcribo *cap. 6.* ut in conciliis eſt. *kk* Recte Cont. addit a Raim. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil. d. cap. 6. *ll* Sic etiam Cont. *ut fratres*, concil. *ut confratres*, Barcin. quod non æque placet.

*mm Quos appellaturos*, concil. ut editum eſt, Cont. *nn Admonitione*, Cont. & concil.

*oo Vel* pro *ſive*, concil. *ſeu etiam*, Cont. *pp* Sic etiam in concil. hæc omiſit Cont.

*qq Ferunt* pro *ferant*, Cont. & unus Tarracon. *ferant ſententiam*, concil. *rr Cum* pro *dum*, unus Tarrac.

*ſſ Et ad defenſionem*, concil. Barcin. duo Tarracon. & Cont. aptius. *tt* Sic etiam Cont. *ſubſidium* concil.

*uu Ne vel prælati*, concil. & Cont. plenius.

UNED

gravare ſubjectos [a], vel ſubjecti (b) pro ſola [c] voluntate ſub appellationis obtentu correctionem [d] valeant eludere prælatorum, præſenti decreto ſtatuimus; ut nec [e] prælati, niſi canonica commonitione præmiſſa (f) ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententiam proferant (g) in ſubjectos, niſi forte talis ſit culpa, quæ ipſo ſuo genere (h) ſuſpenſionis, vel (i) excommunicationis (k) pœnam indicat, nec ſubjecti contra diſciplinam eccleſiaſticam ante ingreſſum cauſæ (l) in vocem appellationis prorumpant [m]. Si vero quiſquam pro ſui (n) neceſſitate crediderit appellandum, competens ad (o) proſequendam appellationem terminus præfigatur, infra quem ſi forte proſequi (p) neglexerit (q), tunc Epiſcopus libere ſua auctoritate utatur. Si autem in quocumque negotio aliquis appellaverit, & eo, qui appellatus fuerit, veniente, qui appellaverit (r), venire neglexerit, ſi quidem proprium [s] habuerit (t), competentem illi (u) recompenſationem faciat expenſarum, ut hoc ſaltem timore deterritus (x), in gravamen alterius non facile quis appellet. Præcipue vero hoc in locis religioſis [y] volumus obſervari, ne monachi, ſive quicumque religioſi viri (z), cum pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra regularem prælati ſui, & capituli diſciplinam appellare præſumant; ſed humiliter, ac devote ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua eis fuerit injunctum (aa).

## CAPUT XLIII.

*Idem* [bb], *pars c. Eam te* (cc).

c. 27. eod. AD hæc præſentibus (dd) tibi litteris duximus indulgendum, ut cum a te ſuper aliqua cauſa fuerit appellatum, fas tibi ſit appellantes appellatione ceſ. [ee] compellere, ut vel ap. interpoſitam proſequantur, vel coram te juris pareant æquitati, aut ſi alterutra partium te ſuſpectum habuerit (ff), te inſiſtente judicem (gg) eligant, qui propoſitam inter eos valeat dirimire quæſtionem.

## CAPUT XLIV.

*Idem Salesberienſi Epiſcopo* (hh).

PErvenit ad nos, quod cum Rogerium filium Willielmi (ii) eccleſiæ tuæ canoni- c. 28. eod.
cum, ut debitam in eadem eccleſia (kk) reſidentiam faceret, monuiſſes, ad audientiam noſtram (ll) in appellationem proruperit (mm), & appellationi (nn) ſuæ terminum proximum feſtum beati Lucæ (oo) præfixit. Quoniam igitur indignum eſt per ejus, vel per aliorum ſubterfugia (pp) præſcripta (qq) eccleſiam debitis obſequiis defraudari, cum ipſe (rr) fruſtratoriæ dilationis cauſa videatur (ſſ) appellaſſe: per A. s. pr. (tt) m. qua. præfatum Rog. diligenter, & ſtudioſe commoneas (uu), ut in eadem eccleſia debitam omni mora poſtpoſita (xx) reſidentiam faciat, vel infra proximum feſtum beati Lucæ [yy] appellationem ſuam (zz) proſecuturus, iter ad nos veniendi arripiat. Interim vero alicui honeſtæ perſonæ vices ejus (aaa) in eccleſia prætaxata exequendas (bbb) committas, & ei de beneficiis illius ap. ces. (ccc) aſſignes, unde poſſit (ddd) congrue ſuſtentari. Quod ſi prælibatus Rog.

a Sic etiam in concil. *gravare ſubditos*, Cont.
b *Vel ſubditi*, concil. Barcin. & Cont. & unus Tarrac. c Sic etiam Cont. *pro ſua*, concil. & Barcinon.
d Sic etiam in concil. *correptionem*, Cont. & unus Tarrac. e *Ut ne*, unus ex veterib. Gregor.
f Sic etiam in concil. & in uno ex veter. Gregor. *monitione præmiſſa*, Raim. & Cont. Ut editum eſt, ſcriptum eſt cap. 48. concilii generalis ſub Innoc. 3. ex quo eſt cap. 61. de appell. in Greg. ex 4. collectione.
g Sic in concil. & in veteribus Gregor. & aliis; *ferant*, Cont. & vetus Tarrac.
h *Genere ſuo*, concil. *ſuo genere*, Raim. & Cont. qui in marg. addit *nomine*, alii *jure* ſcribunt.
i Sic etiam Raimund. & Contius: hæc in concil. non ſunt. k *Excommunionis*, unus Tarrac.
l Hæc omiſit Raimund. ſunt in concil. addidit Cont. poſt vocem *appellationis*.
m Sic etiam in concil. *erumpant*, Barcin. & Raim. & Cont. qui in marg. habet *alias prorumpant*, quod verbum eſt in uno ex veter. Gregor. n Sic etiam Raim. *pro ſua*, concil. o *Competens ei ad*, concil. duo Tarrac. Barcin. & Raim. aptius. p *Perſequi*, vetus Gregor. & concil. *proſequi*, Cont. & alii.
q *Noluerit*, unus Tarrac. r Sic etiam in concil. *& qui appellat*, vetus Gregor. *qui appellat*, Cont. & alii;
s *Si quid proprium*, Barcin. & vetus Tarracon. *ſi quod proprium*, vetus Gregor. *ſi quid*, Cont. & alii: *ſi proprium quid*, concil. t Sic etiam Raim. & Cont. *habuit*, concil. & duo Tarracon.
u *Ei* pro *illi* concil. & vetus Gregor. *illi*, Cont. & alii: & Innoc. 3. cap. 44. Gregorianæ.
x Sic etiam veteres Gregor. *territus*, Cont. & alii: *perterritus*, concil. *deterritus eſt*, cap. 44. Gregorianæ.
y Sic etiam in concil. *in religioſis*, Raim. & Cont. z *Ne religioſi*, Raim. aliis omiſſis: *ne* [*monachi*, *ſive quicumque alii*] *religioſi*, Cont. vox *viri*, in concil. non eſt; cetera, ut edita ſunt.
aa *Fuerit eiſdem injunctum*, Raim. & Cont. *utiliter eis fuerit injunctum*, conc. bb Sic etiam Raim. & Cont.
cc Sic etiam Cont. Integra clauſula exſtat fortaſſe cap. 4. de ætate, & qualitate ordin. in hac collectione.
dd Quæ omiſit Raim. addidit Cont. *Ad hoc* unus Tarrac. ee Sic etiam vetus Gregor. *remota* pro *ceſ.* Cont. & alii. ff *Habuit*, duo Tarrac. gg *Judices*, unus ex veter. Gregor. & poſtea *valeant* pro *valeat*.
hh *Salebirienſi Epiſcopo*, Barcin. *Salabrien. Epiſcopo*, Raim. & Cont. *Salesbien.* unus Tarrac.
ii *Cum tu Rog.* &c. Barcin. *cum W.* vetus Gregor. *cum G.* alter vetus codex, *cum V.* Raim. & alii, ceteris omiſſis: *cum tu*, *Rog. filium W.* unus Tarracon. *cum Rogerum filium Willi.* alter.
kk *Ut in ea*, Raim. & Cont. vox *eadem*, in uno Tarracon. non eſt. ll Hæc omittunt Raim. & Cont.
mm *Prorupit*, Raim. & unus Tarracon. nn Recte Cont. addidit a Raim. prætermiſſa.
oo *Beatæ Luciæ*, Cont. & vet. Tarracon. olim. pp *Pro ejus*, *& aliorum ſubterfugio*, Cont. *horum* pro *aliorum*, olim vetus Tarrac. qq *Prædictam*, Cont. rr *Cum autem*, Raim. *Cum ipſe* [*autem*] Cont.
ſſ *Dictus canonicus*, Raim. addidit. tt Hæc omittunt Raimund. & Contius.
uu *Eum ſtudioſe moneas*, Raim. & Cont. *Rogerium* pro *Rog.* vetus Tarracon. plenius.
xx Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa. yy *Infra terminum*, Raim. *beatæ Luciæ*, vetus Tarrac. olim.
zz *Ap. eam*, veteres Gregor. *eam*, Cont. & alii altera voce omiſſa, non ſine mendo.
aaa Sic etiam Raim. & Cont. *vices ſuas*, Barcin. bbb Hæc vox a Raim. & Cont. eſt omiſſa.
ccc Hæc itidem ab eiſdem omittuntur. ddd *Ut poſſit*, unus ex veteribus Gregor.

UNED

Rog. (*a*) alterum iſtorum neglexerit adimplere, tu eum ex tunc (*b*) præbenda ſua omni cont. & ap. poſtp. [*c*] prives, & eam alicui diſcreto (*d*) & honeſto viro nullius ap. admiſſa concedas pariter, & aſſignes.

## CAPUT XLV.

*Lucius III. Wallincon. Epiſcopo* [*e*], *pars c. Ad aures* (*f*).

c. 36. eod. POſtremo [*g*] fraternitati tuæ litteris præſentibus intimamus [*h*], quod ſi cauſa aliqua (*i*) alicui fuerit delegata, qui conſanguineus ſit illius, qui litteras impetravit (*k*), aut in eodem negotio advocati officio functus (*l*), aut ex alia quacumque juſta cauſa [*m*] ſuſpectus, hujuſmodi delegatus non immerito poterit (*n*) recuſari, quamvis ap. re. fuerit ei (*o*) negotium delegatum.

## CAPUT XLVI.

*Idem Norwicen. Epiſcopo* (*p*), *pars c. Quæſitum* [*q*].

c. 37. eod. AD hæc (*r*) quoniam ſub interdicto aliqui conſtituti appellant, & deinde [*s*] interdictum (*t*) ſervare (*u*) contemnunt, quid in hoc caſu ſervandum ſit, conſulere voluiſti, noveris, quod (*x*) ſicut poſt ap. [*y*] excommunicari non poſſunt, ſic interdictum nequeunt [*z*], cui ante appellationem eos conſtat ſuppoſitos (*aa*), declinare.

## CAPUT XLVII.

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 49. c. 1. *Gregorius VIII. Univerſis Archiepiſc.* (*bb*).

VEL ex malitia (*cc*) litigantium, vel ex defectu noſtro credimus provenire, quod tanta negotiorum frequentia diebus ſingulis perurgemur, ut imbecillitate proprii corporis laborantes, minori etiam intelligentia præpediti (*dd*), omnibus non poſſumus (*ee*) commode ſupereſſe, aut undique concurrentium clamores, & murmura [*ff*] ſuſtinere. Hinc etiam evenit, quod negotiis mediocribus (*gg*) occupati, majoribus intendere non valemus, prout neceſſitas eccleſiaſtica poſtularet, & quæ diffiniri, vel diſponi per nos brevi tempore potuiſſent, expectatione diutina plus, quam oporteat (*hh*), multis pariter irruentibus producuntur. Quo circa per generalem epiſtolam remedium huic rei (*ii*) duximus providendum, ne vel multitudinis [*kk*] impediamur incurſu, vel ſuam injuriam (*ll*) patientibus poſſit juſtitia deperire. Ea propter f. v. per A. s. (*mm*) m. qua. [*nn*] ſi forte ſuper rebus modicis [*oo*], quæ infra ſummam marcarum xx. ſubſiſtunt (*pp*), in auditoriis veſtris quæſtio ventiletur (*qq*), & alteruter litigantium deluſorie putaverit provocandum (*rr*), ejus ap. contempta, infra fines vero veſtror. (*ſſ*) Epiſcopatuum eligere compellatis (*tt*), qui ſuſpicione careant judices, ſi tamen ibidem idonei poterunt inveniri [*uu*], in quorum præſentia jurgium ſopiatur, a quibus ſi qua partium crediderit appellandum, ad Archiepiſcopum, ſeu Primatem vocem provocationis (*xx*) emittat. Si vero negotium tale fuerit [*yy*], quod ſubſtantiam (*zz*) aliquatenus teneat (*aaa*) ampliorem, infra fines veſtrarum diœceſum cognitores eligere [*bbb*] ſi ſpon-



*a W.* pro *Rog.* veteres Gregor. *V.* Contius, & alii *Rogerius*, vetus Tarracon.
*b Tu præbenda ſua prives eundem*, vetus Gregor. *tu de præbenda*, &c. Cont. & alii non recte.
*c Ap. ceſ.* Barcin. *ap. poſtpoſita*, vetus Tarrac. *d Et eam alii idoneæ perſonæ concedas*, Raimund. & Cont. *alicui* pro *alii*, unus ex veter. Gregor. *e* Scribo *Wal. Lincon. Epiſcopo*: eſt enim in Barcin. *Val. Lingon. Epiſcopo*, & alibi *Epiſcopo Lincol.* & in veteri Gregor. *Waltio Lixcon. Epiſcopo*, ſed pro *Waltio* ſcribo *Walterio*, ſive *Waltero. Vu. Lincolnien. Epiſcopo*, d. parte 10. cap. 18. *Gualtero Lincon. canonico*, tam Cont. quam alii quidam mendoſe: *Valton. Epiſcopo*, alter ex veter. Gregor. *Waltero Imcol.* unus Tarrac. non ſine mendo.
*f* Hæc omittunt Raim. & Cont. & unus Tarrac. & concil. Integra clauſula exſtat ſupra de reſcriptis cap. 6. *Valtero Licoln.* inſcripto, & in concil. parte 41. cap. 8. *Lincol. Epiſcopo.*
*g Et infra*, additur in uno ex vet. Gregor. *h Inſinuamus*, Barcin. *i Aliqua cauſa*, concil. & Barcin. vox *aliqua* omittitur a Raim. & Cont. *k Impetraverit*, Barcin. *l Sit*, addit Barcin.
*m* Vox *juxta* in concil. non eſt: *vel ex alia juſta cauſa*, Raim. & Cont. *vel alia cauſa*, unus ex veter. Greg. *aut ex aliqua* &c. duo Tarracon. *aut alia quacumque cauſa juſte*, Barcin. *n* Sic etiam Raim. & Cont. *poteſt non immerito*, concil. *o* Vox *ei* in concil. non eſt: eſt in Gregorian. In duobus libris Romano, & Barcin. eſt hoc caput totidem verbis ſub tit. de officio, & poteſt. judicis delegati.
*p Greg. VIII. Norvicenſi Epiſcopo*, Barcin. *Idem Norvicen. Epiſcopo*, Raim. & Cont. & unus Tarrac.
*q* Hæc omittunt Raim. & Cont. vide cap. 7. de reſcriptis, in hac collectione. Integra clauſula fortaſſe ex cap. 2. de officio judicis delegati collect. 2. ſumi poteſt. *r Ad hoc*, unus Tarracon.
*s* Sic etiam Raimund. & Cont. *& ſi deinde*, Barcinon. *t Illud*, Raim. *u Obſervare*, unus ex veter. Gregor. *x Noveris igitur quod*, Raim. & Cont. *y Poſt appellationem*, vetus Tarrac. *z* Vox *nequeunt*, in Barcin. deſideratur: *ſic nec interdictum nequeunt*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii.
*aa* Sic etiam Raim. & Cont. *eos conſtat eſſe ſuppoſitos*, Barcin. & unus ex veter. Gregor. plenius.
*bb Et Epiſcopis*, additur in Barcin. & in vet. Tarrac. non male: *univerſis fratribus Epiſcopis, & archidiaconis ad quos litteræ iſtæ pervenerint*, concil. *Archiepiſcopis* pro *Archiepiſ.* duo Tarracon.
*cc Vel ex dolo, vel ex malitia*, concil. plenius. *dd Diligentia impediti*, concil.
*ee Non poſſimus*, conc. & unus Tarrac. *ff Contradicentium clamores, aut murmura*, concil. quod non æque placet. *gg Minoribus*, concil. non male. *hh Quam oportet*, concil. *ii Hujus rei*, unus Tarrac.
*kk Ne multimodo*, concil. *ne vel in multitudinis*, unus Tarracon. olim.
*ll Sua* pro *ſuam*, concil. quod non improbo. Eſt autem præclara ſententia totius principii hujus capitis, cui eſt non diſſimilis Bernardi Clarevallenſis ad Eugenium in aureo illo libello de conſideratione.
*mm Univerſitati* pro *f.* Barcin. & concil. *fraternitati veſtræ*, vetus Tarrac. *f. t.* alter Tarrac.
*nn Præſentibus mandamus, quatenus*, concil. *oo De modicis rebus*, concil. *pp Conſiſtunt*, vetus Tarracon.
*qq Quo* pro *quæſtio*, prior concil. editio non recte: *cauſa*, poſterior. *rr Appellandum*, concil.
*ſſ* Vox *vero*, ut ſupervacanea recte omittitur in Barcin. & in concil. & in uno Tarrac.
*tt Eos eligere judices, qui ſuſpicione careant, compellatis*, conc. *uu Ibi* pro *ibidem*, unus Tarrac. *idonei ibi fuerint inventi*, concil. *xx Sive Primatem vocem appellationis*, concil. *yy Tale negotium ſit*, concil.
*zz Summam*, concil. aptius. *aaa Contineat* pro *teneat*, Barcin. *contineat aliquatenus*, concil.
*bbb* Hæc in conc. deſiderantur.

UNED

ſponte noluerint, non cogantur inviti: tamen de vicinis (*a*) Epiſcopatibus aliquos aſſumere compellantur, juxta formam, quam præmiſimus, negotium tractaturos, in majoribus (*b*), cauſis, & obſcurioribus articulis appellandi ſedem Ap. (*c*) copia reſervata (*d*). Non enim videtur malitiæ ſuſpicione carere, quod plerique ſuos in præſentiam noſtram adverſarios (*e*) laborare compellant [*f*], cum a nobis (*g*) fere nihil aliud, quam commiſſionis poſſit litteras (*h*) obtinere. Ceterum, ſi qui litigantium a proximo feſto Purificationis ſuper aliquibus cauſis (*i*), de quibus Epiſcopus, cujus juriſdictioni (*k*), ſaltem is [*l*], qui convenitur, ſubjacet, non fuerit [*m*] requiſitus, vel judices electi ſupradicto modo non fuerint (*n*), litteras a nobis [*o*] duxerint impetrandas, per quas examinatio jurgiorum vel diffinitio judicibus non ordinariis committatur, careant impetratis, & ad ſuorum audientiam judicum ordine debito judicia revertantur (*p*). Sic enim ſubterfugiis diſceptantium occurrere (*q*) volumus, ut dum eorum calliditatibus obviamus, eis alium ad juſtitiam aditum reſervemus [*r*]. Cum tamen (*s*) aliqui juſtam cauſam habuerint noſtram præſentiam (*t*) adeundi, litteras eis dimiſſorias non negetis, ſeriem negotii continentes: hoc autem de factis ad nos appellationibus diſponentes, ſuper illis (*u*) quæ ad Archiepiſcopos fieri contigerit, & Primates (*x*), antiquorum ordinem canonum non mutamus (*y*).

## TITULUS XXI.
## DE CONFIRMATIONE UTILI, VEL INUTILI [*z*].

### CAPUT I.

*Alexander III. Exon. Epiſcopo* [*aa*].

SI quis rei (*bb*) litigioſæ confirmationem impetraverit Apoſtolicæ ſedis [*cc*], non minus (*dd*) judex poteſt de cauſa cognoſcere, & eam fine debito terminare, ſed ſi rem pacifice tunc poſſidebat, cum in (1) (*ee*) confirmationem obtinuit (*ff*), non eſt tutum, aut licitum [*gg*] judici de quæſtione ſuborta (*hh*) ſine mandato (*ii*) Romani Pontificis decernere, aut eam diffinire. De confirm. cap. 1.

### CAPUT II.

*Idem Wigor. Epiſcopo* [*kk*], *pars c.*
*Ex parte tua* [*ll*].

DE confirmationibus autem Romanorum Pontificum (*mm*) tuam volumus cognitionem tenere (*nn*), quod * nullas [*oo*], niſi novum Apoſtolicæ ſedis procedit (*pp*) mandatum, aut certum ſit, quod ipſæ confirmationes (*qq*) per falſam (*rr*) ſuggeſtionem elicitæ ſint (*ſſ*), non eſt aliquatenus judicandum. c. 2. eod. t. * *quod contra illas, niſi.*

LI-

[1] Alii, *inde.*

*a Cognitores tamen de vicinis Epiſcopatibus aliquos eligere compellantur*, conc.
*b Sed in majoribus*, vetus Tarracon. *c Appellandi ad ſedem Ap.* concil. *Apoſtolicam* pro *Ap.* vetus Tarr.
*d Copia ſervata* concil. *e Ad* pro *in*, unus Tarrac. & Barcin. *ſuos adverſarios ad præſentiam noſtram*, conc.
*f Compellunt*, Barcin. & concil. *g* Hæc uſque ad illa, *Ceterum ſi*, in concil. non ſunt.
*h* Malo, *poſſint litteras*; in Barcin. eſt, *poſſunt litteras*: *litteras poſſint*, vetus Tarracon.
*i Super cauſis*, concil. *k Ejus* pro *cujus*, vetus Tarrac. *l Alter*, *vel is*, unus Tarrac.
*m Non ſubjacet*, *non fuerit*, concil. quod nondum placet: *ſubjaceat*, olim vetus Tarrac.
*n Judices clerici ſupradicto modo non fuerint electi*, concil. *o Et litteras a nobis*, concil.
*p Negotia revertentur*, prior editio concil. *negotia revertantur*, poſterior. *q Occurrere diſceptationum*, concil. non recte. *r Referemus*, concil. non male. *s Cum vero*, concil.
*t* Sic etiam poſterior concil. editio: *veſtram* pro *noſtram*, prior editio, quod non placet.
*u His* pro *illis*, unus Tarrac. *x Vel Primates fieri contigerit*, concil. aptius. *y* Sic etiam in concil. poſt hæc verba eſt in Barcin. *Datum Bon.* hoc eſt *Bononiæ*: *non immutamus*, unus Tarrac. habet.
*z Et inutili*, Barcin. *vel non utili*, vetus Gregor. *vel inutili*, Cont. & alii.
*aa* Sic etiam Raim. & Cont. *Lexonienſi Epiſcopo*, in concil. parte 44. cap. 10. forte *L. Exonien.*
*bb* Ante hæc verba additur in Barcin. *Pars cap.* IN LITTERIS, ſic etiam Cont. Integra clauſula quærenda eſt. Multa quidem capita ſunt ex eodem reſcripto ſumpta, ut exiſtimamus. In duobus integra clauſula exſtat ſub tit. de offic. jud. deleg. & ſub tit. de raptor. in hac collect. *cc* Sic etiam veteres Gregor. *a ſede Apoſtolica impetraverit*, concil. *impetravit ab ap. ſede*, Cont. & alii. *dd* Sic omnes: ſed ego *nihilominus* malo.
*ee Cum inde*, Barcin. duo Tarrac. concil. & Raim. ego deleo *in*. *ff* Sic etiam veteres Gregor. & concil. *obtinuerit*, Cont. & alii. *gg* Sic etiam in concil. *non eſt licitum*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.
*hh Poſtea*, additur in conc. *de quæſtione poſtea ſuborta*, Barc. & unus Tarr. *de quæſtione poſtea exorta*, Raim. & Cont.
*ii* Sic etiam in concil. *decernere*, *aut eam diffinire abſque Ap. ſedis mandato*, Raim. & Cont. vox *eam* in Barc. deſideratur: cetera ut edita ſunt. *kk* Sic etiam vetus Gregor. *Vigorien. Epiſcopo*, Cont. & alii. *Wigornien. Epiſcopo*, 12. libro regiſtri, concil. parte 50. cap. 16. *ll Pars cap.* EX PARTE. Contius: hæc Raim. omiſit. Integram clauſulam invenies in concil. & cap. 13. de accuſat. in hac collect.
*mm Rom. Pont.* Raim. & Cont. *Ro. Po.* unus Tarracon. *Rom. Pontificum*, concil.
*nn* Sic in conc. *volumus te tenere*, Raim. *oo Quod illas* unus Tarrac. non recte; *quod contra illas* concil. & Barcin. & duo Tarrac. & Raim. & Cont. aptius. *pp Procedat*, concil. & Barcin. & Raimund. & Cont.
*qq* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *rr* Sic in concil. *per falſi*, Raim. & Cont.
*ſſ Fuerint* unus ex veteribus Gregor. *ſint elicitæ*, duo Tarrac. *ſint ſuggeſtionem obtentæ*, concil. Operæ pretium eſt Tancredi ſcholii facere mentionem, qui multorum veterum opiniones de his ipſis confirmationibus rettulit, ut ſimul cognoſcamus, qui fuerint hujus collectionis interpretes. Refert initio Alani, & Vincentii verba, mox Laurentii, quas etiam gloſſas appellat, mox B. hoc eſt Bernardi hujus libri, ut ait, compilatoris, & Hugonis. Silveſtri quoque verba audiſſe ſe Tancr. ait, *has non eſſe decretales* &c. Ipſe Tancr. recte ſeparat confirmationes ex certa ſcientia ab aliis. Vidend. Bern. in ſcholiis Gregor. collect.